Grinoy


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
22 D
70







IVRIS PONTIFICII NOVI

ANALYTICA ENARRATIO,


Authore

FRANCISCO ZYPÆO

IC. Canonico & Archidiacono Antuerpiensi.

Editio denuo auctior.





COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Sumptibus Viduæ ARNOLDI HIERATI, sub signo Gryphi.

ANNO CIↃ IↃC. XLI. 5



Perilluſtri & R.^{mo} Domino

GASPARI NEMIO

EPISCOPO ANTVERPIENSI.

LIbrum hunc, cum primum lucem aſpexit, obtuli, primitias tum ſtudiorum meorum, Ill.[mo] D. Matthiæ Houio Archiepiſcopo Mechlinienſi: cum porro iterum cum ætate auctior prodiret, Emi.[mo] D. Alphonſo Cardinali de la Cueua, Regio tum hic Legato: bone Deus, quantis viris? eundem ergo, cui incrementum nõ exiguum ſerior ætas attulit, cui æquius erat ſacrari, quam R.[mæ] V. G? tum quod, vt primo omnia vota noſtra ad Deum referre iuſtum eſt, ita proxime ad Superiores, eius nomine imperantes: tum etiam quod acti temporis rationes dare oportet maxime, vt ſeruum domino, militem duci, ita clericum Epiſcopo. ſeruum domini pecuniam inutiliter defodiẽtem damnat parabola Euangelica; militis inertiam leges militares; clerici otia canones ſacroſancti. hæc vitare cupiens, an vtiles exercitationes ſumpſerim aliorum erit iudicium; ſed imprimis R.[mæ] V. G. reflectere tamen ſoleo ad

illud monitum;turpe est difficiles habere nugas; & stultus labor est ineptiarum:ideoq; nec tricas quærere subtiliorum apicum,sed magis argumenta tractare ea,quæ in communem vsum veniunt: & quasi per paratitla.vt hoc libro fuit animus iuris pontificij noui generalem quandam ingerere notitiam, & velut per indicem ad fontes ducere.dignitas sane huius argumenti tanta est, vt iure suo ingressum ad adyta R.^mæ V. G. mereatur:nisi remoram adferret tractantis imparitas. sed & rursus quantum hæc retardat;tantum allicit comitas R. V. G. qua non tantum perfecta summorum artificum opera, sed & conatus aliorum admittit, atq; complectitur. eâ ergo fiduciâ, quodque in magnis voluisse sat esse mihi persuaserim, laborem hunc meum beneuolæ R. V.G. & patrocinio sisto,dico,dedicoque.

R.^mæ V. G.

obseruantissimus

Franc. Van den Zype.

Antuerpiæ 4. Cal. Decemb. 1640.

AD



AD LECTOREM.

PRudenter admodum Iustinianus Imper. C. de vetere Iure enucleando inhibuerat, ne quis Iurisperitorum consummationi Iuris librorum suis auspicijs compositorum Commẽtarios applicaret, & verbositate sua illius compendium confunderet: quemadmodum, inquit, in anterioribus temporibus factum est; cum per contrarias interpretantiũ sententias totum pene Ius conturbatũ est: sed sufficiat per indices tantum, & titulorũ subtilitates (quæ παρατιτλα *nuncupantur) quædam admonitoria eius facere. Ex illius enim Constitutionis neglectu, paulatim pullularũt infinita quæstionum, disputationumq́; volumina; Oceanus, inquam, Iuris controversi, atq́; immensa vastitas. Ad eũ modum* PIVS IV. *Constitutione confirmatoria Oecumenici Concil. Trident.* VII. *Kal. Febr.* CIƆ. IƆ. LXIII. *ad vitãdam peruersionem & confusionem, quæ oriri posset, si vnicuiq́; liceret, prout liberet in decreta Concilii Commentarios & Interpretationes suas edere, interdixit, ne quis sine authoritate Sedis Romanæ audeat vllos Commentarios, glossas, annotationes, scholia, vllumve omnino interpretationis genus super ipsis Concilii decretis quocumq́; modo edere. Si cui vero, inquit, in eis aliquid obscurius dictum, & statutũ fuisse, eamq́; ob causam interpretatione, aut decisione aliqua egere visum fu-*

)(3 erit:

erit: ascēdat ad locum quem Dominus elegit: ad Sedem videlicet Apostolicam, omnium fidelium magistram. Cum itaq; Pius IV. omnes huiusmodi controuersias sibi reseruasset, neq; is, vniversalis Ecclesiæ regiminis, negotiorumq; ex toto orbe confluentium pondere pressus, enucleandis illis se dare posset; ex suis Senatoribus (Cardinalib. inquam, S. Romanæ Ecclesiæ) delectum habuit; eamq; illis prouinciam delegauit. Ea deinceps congregatio Cardinal. Concil. Triden. interpretum nuncupatur. Quibus & ea authoritas data est, quæ olim in Rep. Romana Prudentibus: quorum responsa pro iure accipiebantur, vt illorũ Resolutiones in vtroq; foro seruandas, & iuxta eas iudicandũ asseratur. quippe, vt ipsi de se testantur, apud Serolam prax. part. 1. v. Authoritas p. 2. v. Abs. habent potestatem instar Pontificiæ, vt amplitudo eorum Pontificiæ hodie proxima est. Nonnunquam tamen si quando minus per Cardinalium Interpretum resolutionem satisfactum esse videtur; repetitis vicibus deliberatur: ac deniq; totius rei momenta ad Pontificem deferuntur; qui porro oraculo suo definit, & immobilem terminum controuersiæ imponit. Circumferebantur antehac Cardinalium Interpretum diuersæ, & manuscriptæ resolutiones, & diuerso ordine concinnatæ: donec anno CIↃ. IↃCVIII. *sub titulo Decisionum Rotæ Part.* IV. *quasi ex Bibliotheca Prosperi Farinacii fugitiuæ Francofurti Typis vulgatæ sunt, sed vt fugitiuæ pluraā simul vitia, censurasq; secum traxerunt, diuersis deinde locis, tempo-*

ribu

ribusq́ recusæ. Vt merito Vrbanus VIII. ante annos nunc aliquot decreuerit nullam in vel extra iudicium dandā fidem Declarationibus, nisi manu Secretarii S. Congreg. signatis, & sigillo Cardinalis præfecti munitis. Itaque vt Instituti mei rationem paucis patefaciam; versabitur illud circa ius Pontificium duntaxat; nec vetus illud quidem, (in quo vt & in iure ciuili satis, si non plus satis à sexcentis, & eo amplius est desudatum) nisi qua forte illius se mentio, ad noui demonstrationem ita sponte ingerat, vt excludi non possit; sed nouum illud, quod suppeditant Constitutiones Pontificiæ, quæ hactenus ad volumina Iuris Canonici nō accesserunt; & Concil. Trid. decreta; denique mores nostri, & obseruatio hodierna. Cuius quidem nec vltima cura esse debet: cum paucæ hodie prouinciæ puro puto iure vtantur, siue de ciuili siue de Ecclesiastico loquamur; (vt Belgicæ ditiones quidem maiori ex parte cōsuetudinariæ sunt) meminisseq́ adeo oportet moniti, quod proponit Tacitus, Morum, inquit, animorumq́ prouinciæ, nisi sint gnari, qui de ea consultāt; perdunt se & Remp. Et ad Constitutiones quidem quod attinet, per indices tantùm; vt præscribit Iustinianus, admonitoria solùm quædam earum faciam; præsertim cum eas nō omnes vsus passim, præterquam in Italia forte, receperit. In Concilium Tridentin. porro non aliter me ingeram, quam Pius IV. permisit: sed analyticè tantùm illius decreta enarrabo: quicquid autem explicationis accedet; acceptum erit à loco quem Pius demonstrauit; Congregatione, inquam, Cardinalium Interpretū,

non ex-

nõ ex codice tamen aliquo dubio, ſed eorũ monimentis, qui ad libram certi iuris expẽderunt, ſuppoſititiæne, an genuinæ; pro iure generatim reſponſæ, an pro caſus ſpecialis definitione datæ delatæq; fuerint eorum Reſolutiones: quas ſcriptis ſuis inſeruerunt: quas ſparſim legi, ſelegiq; quippe quorũ eruditioni decretũ Vrbani VIII. *nihil detraxit. quibus adnectã, ſi quid eo ſpectans me vſus docuit, ac praxis, optimaq; legũ interpres cõſuetudo Vniuerſa porro in ordinẽ Decretalium redegi, quæ methodus magis mihi ꝓbata eſt, ob cõmunem vſum, & quia ipſi Pontif. laudarũt; tametſi alii nec indocti alias prætulerint, & in libris ſuis obſeruarint. Boni conſulat, quiſquis in hoc operæ publ. ſuæve rei idoneũ aliquid repererit: qui nihil repererit, ſine offenſa ſeponat. nec alteruter velim indignetur, ſi ſtylus nõ vniformis, non terſa aure ſit dignus: imo etſi perſonata ſæpius vocabula, quæ ipſi latini ſermonis authores nõ agnoſcerẽt, intercurrant: quibus practica cognitio tradi cupit; quæq; ideo illius nomenclatori indulgenda ſunt. Cur enim minus vernaculæ, ac barbaræ, quam Græcæ voces Latino iure donentur, & in medium producantur;*

Cum volet vſus,

Quem penes arbitrium eſt, & vis, & norma loquendi?

Quo eodem in argumẽto quærit S. Auguſt. quid proſit clauis aurea, ſi nõ aperiat; quid noceat lignea, ſi aperiat. Si bonæ clauis officio me fũctum iudicaueris, Lector; erit quod mihi gaudeã, tibi gratuler: ſin minus; ſaluebis tamen ab eo, cui voluntas non defuit, & valebis.

APPRO-

APPROBATIO CENSORIS.


Vris Pontificij noui Analyticam enarrationem admodum R.[di] & Consultiss. D. Francisci Zypæi Archidiaconi Antuerpiensis, in qua pleraq; ad politiam sacram & forum Ecclesiasticum spectantia exacte discutiuntur & explicantur, ab auctore denuo recognitam & quamplurimis locis egregiè auctam & elucidatam, dignam censeo quæ ad commoditatem & instructionem, non tantum in curijs versantium, sed etiam curis animarum incumbentium & aliorum Ecclesiasticorum, quo labia eorum custodiant scientiam, & parati sint omnibus ex ore ipsorum Leges Ecclesiasticas requirentibus rationem reddere, typis euulgetur. Actum Antuerpiæ 20. Ianuarij 1640.

P. Coens S. T. L. Canonicus
& lib. Cens. Antuerp.

INDEX TITVLORVM, QVI IN HIS quinque Libris Iuris Pontificij noui continentur.

LIBER I.

LIBER II.

LIBER III.

Con-

LIBER IV.

LIBER V.

Finis Indicis Titulorum.





IVS PONTIFICIVM NOVVM. *SIVE* ANALYTICA POSTREMI IVRIS ECCLESIASTICI Enarratio.

LIBER PRIMVS.

DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE Catholica.

Discite Iustitiam moniti, & non temnere Diuos.



ERITÒ Pontifices volumina sua *Decretalium* (vt indigetant) *Sexti, Clementin.* & Iustinianus *Codicem* suum auspicati sunt, *à summa Trinitate, & fide Catholica*; ex monito gentili, sed sacro; *à Ioue principium.* eademque ex causa versuum Virgilianorum optimum illum esse, quem modo recitauimus, Oraculum asseruit. generatim enim, Iustitiam virtutem vniuersalem proponit, & speciatim cultum diuinum: prima enim ac potissima Iustitiæ pars consistit in cognitione ac cultu veri Dei. Et quia ab illa ad hunc progressus, vti argumentabatur Cato; ideo pura mente DEVM colendum esse, quia animus siue spiritus esset; circa Fidem Catholicam eruendam, ac propagandam prima statim Concilia ipsorum etiam Apostolorum hactenus desudarunt. Et vero Oecumenicum Concil. Tridentin. quo infelix hoc seculum salutarius antidotum nullum habere potuit aduersus hæreses, *à laude & gloria sancta & indiuiduæ Trinitatis exorditur, & ad incrementum & exaltationem Fidei, & Religionis Christianæ, atque extirpationem hæresum*, se conuenisse declarat; adeoque infinitas controuersias eo spectantes, vt & Lateranense vltimum, & Florentinum sub Eugen. IV decidit: de quibus vti magis ad sacratæ Theologiæ studium spectantibus nihil hic referam. Id enim solum, quod ad po-

 litiam

litiam sacram & forum Ecclesiasticum pertinet, tangere institui. Faue *ô Sapientia, quæ ex ore Altissimi prodijsti.*

O mutis quoque piscibus
Donatura cygni, si lubeat, sonum.

1 *Fidei professio.* Ea igitur in re primas facile obtinet fidei † orthodoxæ professio: ad quam explicite faciendam, Catholici omnes animo prompti esse debent, actu ac ipsa præstare tenentur, qui ad canonicatũ aut dignitatem in Ecclesia cathedrali, seu beneficia curata, (quorum nomine veniunt etiam dignitates in collegiatis ecclesiis, quibus cura collegii incumbit) promouentur. *A & quibus præstanda.* *Concil. Trid. sess. 25 cap. 2. de reform. s. 24. cap. 18. cap. 12. cum dignitates. §. prouisi.* Sic & Carolus Magnus iam olim sanxerat his verbis: *quando presbyteri aut diaconi per parochias constituuntur, oportet eos professionem Episcopo suo facere: Renat. Choppin. de sac. polit. for. lib. 1. t. 5. num. 2.* Cuius quidem professionis formulam pro Græcis edidit Greg. & pro Latinis Pius *in Const. Iniunctam Idibus Nou. 1564. (quam refert Pet. Mattheu. in suo sept. Decret. l. 1. t. 1. c. 4.) & in alia Const. Inc. In sacrosancta.* *Quæ forma.* Idem iniungitur ijs, qui doctoratum, Licentiam, aut cuiusuis artis professionem adipiscuntur, chirurgis, medicis, confessarijs, concionatoribus, aduocatis, & procuratoribus in causa Religionis, magistratibus, ludimagistris, bibliopolis, obstetricib. *Const. Pij IV. & decret. Pij V. Trid. ll. cc. Prou. Mech. t. 1. an. 1607. d. c. 25. s. 2. Trid.* Prælati etiam regulares, & theologiæ lectores fidei professionem facere tenentur ex constitutione Pij V. quam negant tamen multi obseruari *Diana p. 3. t. 2. r. 78.*

2. *Sacri libri.* Et ne bono fidei semini diabolus superseminet zizania, prudenter Concil. Trid. *s. 4. de edit. & vs. sac. lib.* decreuit, vt vetus † sacrorum librorum & vulgata editio pro authentica habeatur, nullus eam reijciat, sed in omnibus lectionibus, prædicationibus, & expositionibus pro authentica sit; sacram Scripturam nemo contra vnanimem Patrum consensum interpretetur, nullique liceat imprimere, vel imprimi facere, vendere aut apud se retinere, quosuis libros de rebus sacris, siue nomine authoris, seu certi collegij, corporisue. *Asor. Inst. mor. p. 1. lib. 8. c. 17. (q. 3.)* & nisi primum examinati probatique fuerint ab Ordinario, sub pœna anathematis, confiscationis, & combustionis (si quid hæreticum contineant) librorum, & centum ducatorum, & quo ad typographos aut bibliopolas, suspensionis ab exercitio ad annum. *Iuxta Concil. Lateran. sess. 10.* Regulares insuper suorum superiorum licentiam habeant. Ijsdem pœnis subduntur, qui etsi non impressa, scripta tamen aliter euulgant, & communicant, quorum si authores non edant, ipsi pro illis habentur. Gratis autem iubet vt fiat examen, & detur Approbatio & Licentia in scriptis, & in frõte aut calce libri ponatur. Nemo denique sacræ Scripturæ verba ad scurrilia, vana, detractiones, superstitiones, vel libellos famosos applicet: qui secus quid fecerint, vti temeratores, & violatores verbi Dei, Iuris & arbitrij pœnis per Episcopos coërceantur.

Atque hæc quidem quoad librarios spectat, † extensius etiam inhibentur in Sereniss.
3. *Bibliopola.* Principum Belgij edicto, *edito ad Concil. Prouinc. Mech. anno 1607. art. 2. & seq. & in altero edict. an. 1616. 11. Martij de librarijs.* Phil. 11. *edict. Brux dato 26. Febr. 59. l. edict. fol. 815.* vetuit comœdias, tragœdiasque, cantilenas & similia, etiam mutas repræsentationes exhiberi, sine præuia visitatione pastorum, & magistratus, & eorum consensu qui inhibent omnia offensiua. At vero idem repetitur in d. edictis Principum, & ad visitatores ab Episcopis deputatos loco pastorum reijcitur. Magna certe prudentia, quam horum temporum experientia docuit. etsi olim Imper. Augustus immunes verberum histriones responderat.

Tac.

Tac.lib.1.Ann. sed secuti Imperatores prauam insolentiam rursus coërcuerunt.

Librorum † editorum ac prohibitorum Index, iussu Car. V. Aug. mem. editus est, ex Iudicio Vniuersitatis Louaniensis. alius post Concil. Tridentin. ex placito Regio tempore Ferdinandi Ducis Albani fuit publicatus. Alius denique à Clemente VIII. editus, non est hîc publicatus, nisi quatenus comprehenditur in regulis prioris. vtinam foret vsque ad amussim hactenus seruatus! quoad viros doctiores, omnes ingressus suarum bibliothecarum istiusmodi libris interdictis clausissent! singulatim etiam dum ex professo de religione non tractant. Episcopis hæreticorum libros pro necessitate & tempore legere permisit Conc. Carthag. 4. *c. Episcopus 37. dist.* quidam alij id faciunt ex licentia: quidam denique natura in vetitum nituntur, vt de libris Veientonis scribit Tacit. *lib. 15. Ann. Libros, inquit, exuri iussit* (Nero) *conquisitos, lectitatosque; donec periculo parabantur: mox licentia habendi obliuionem attulit.* 4. *Index librorum prohib.*

Singulariter Car. Molinæus speciali Const. *Clemen. VIII. 26. Augusti 1602. quam refert Stephan. Quarante in summa Bullarij verb. libri*, damnatus est: cum reuocatione omnium contrariarum licentiarum, quæcumque eius opera legendi. Censuris etiam Bullæ Cœnæ nunc impressores librorum prohibitorum innodantur, *vti habet Farin. tract. de hæres. q. 180. vbi late quæ ad librorum huiusmodi lectionem, retentionem, & contionum hæreticarum auditionem, similiaque pertinent.* Quemadmodum generatim Gregorius XV omnes licentias reuocauit legendi quoscumque libros prohibitos, à quibuscumque concessas: vetuitque deinceps eas concedi, nisi à Cong. S. Officij, quæ coram ipso singulis hebdomadibus habetur: mãdatque libros huiusmodi ad Episcopum, seu Inquisitorem deferri; qui illos quantocius comburere debeat, & conscios denuntiare reos retentorum talium librorum. Ad hunc modum si à Iudæis, vbi tolerantur, periculum peruersionis Catholicorum aliquod sit; quomodo inhibendi sint, habet Constit. Greg. XIII. *Int. Antiqua, quam refert Ioan. Azor. Inst. Moral. l. 8. c. 22.*

At vero † ne lippi & tonsores, deliri, senes, & garrulæ anus de fide disputent, magni refert ad impediendas hæreses. Vnde iam olim Innoc III. Gallicam sacrorum librorum translationem non permittendam passim laicis & fœminis statuerat. *Azor. Inst. Moral. l. 8. c. 26. q. 4.* Reg. 4. *Indicis librorum prohibitorum, quam sequitur Synod. Dioc. Mech. 1609. tit. 1 c. 8.* sine Ordinarij licentia biblia vernacula legi vetat, præsertim cum ne eruditi quidem, facile se intra terminos contineant, vt non vulgariter Tacit. Agricolam, in eius vita laudet, *Retinuit*, inquit, *quod est difficillimum, ex sapientia modum.* Ad quam Innocentij rationem, cum nouatores nostri ciuilius haberi, & moderatiores videri nunc velint, quam initio eorum vehementia fuit, Magnæ Britanniæ Regis apud Batauos legatus in ea oratione, quam habuit in conuentu Ordinum confœderatorum, *6. Octob. 1617.* Regem suum refert Ordinibus declarasse, puncta prædestinationis nimis obscura, & profunda esse pro captu vulgi: nec debuisse pro concione populo proponi. neque id diffitetur, sed probat, qui Bilancē apologeticã ad eam scripsit §. 63 64. vbi & Regis consilium plurib. literis *nuncupatim 6. Martij 1613*, datis refert Ordinibus scriptum fuisse vt Ministris interdicerent, ne in suggestum eiusmodi disputationes adferrent: quod & ipsum in sua Remonstratione Ioan. Oldenbarneueltius amplectitur, vir Mineruæ politicæque prudentiæ gratior, quam fortunæ, qui vtinam tam Regis Hispaniæ partes egisset, quam egisse accusatur! nunquam meo iudicio tam stabilita fuisset confœderatorum Ordinum Resp. denique ipsi nunc 5. *Vernacula Biblia.*

Ordines Cal. Febr. 1620. edicto sanxerunt, ne qui Arminiani libros seu quæcumque scripta suæ factionis edant, sub pœna ciectionis ex vrbe sua.

Quod si Innoc. sanctio obseruata fuisset, sæculum nostrum non vidisset incommoda, quæ longe tunc prospiciebātur; & infelicitas nostri temporis tulit. Non quod sacræ literæ malæ sint, non magis quam petaso malus est, quia stomachus meus eum non fert; qui olus tantum decoquit. Necquamquam valens sibi quisquam videatur, intempestiuus esse debet; vt qui cæna vixdum sumpta *crudum pauonem in balnea portant.*

Ita neque quisquam antequam didicerit, & bene decoxerit sacras literas, eas docere, aut de ijsdem disputare debet, & venditare se solis instar cum lumine natum. Scriptura sacra si sine Dei spiritu legatur; mors in olla est: *litera occidit, spiritus autem viuificat:* Cera est, pro affectu, & fine legentium flectitur, si non ad inuestigandam sine præiudicio veritatē legitur, sed vt quisque illius verbulis phantasmata tantum sua stabiliat. Id magis scito quā pio exemplo docuit, quisquis edidit libellum *Prurit-Anus.* Iudas, & populus. *lib. 1. Machab. cap. 3.* post ieiunium, cilicia, cinerem. vestium discissionem, demum expanderunt libros legis: *De quibus,* inquit, *scrutabantur gentes similitudinem simulacrorum suorum.* Ecce ipsam idololatriam à gentibus è sacris literis sumptam: & forte omnes Ouidij aliorumve fabulas. Plato alijque sapientes Græci, Chaldæique Philosophi litteras sacras legerunt. sine fructu & scientia veritatis: quia suo iudicio illas subiecerunt, non se illis. Petrus *epist. 2. cap. 3.* de Pauli scriptis asserit quod in ijs sint quædam difficilia intellectu: *quæ,* inquit, *indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem.*

6. *Ne laici de fide disputent.* Quare & bene Alex. IV. vetuit laicæ personæ † publicè vel priuatim disputare de fide, cuius ea non sit professio. *c. 2. §. 1. de Her. in 6. Conc. Mech. dioc. 1609. t. 1. cap. 1.* & iam olim Gregor. VII. ante annos 500. Duci Bohemiæ petenti, vt iuxta Sclauonicam linguam diuinum Officium celebrari liceret (quod hodie nouatores exagitant) respondit negando se id bono ecclesiæ posse permittere. *lib. 7. sui Reg. in epistola ad eum missa, relata ab Azor. vbi supra.* Sic Conc. Trid. *f. 22. cap. 8. de sacrif. Etsi missa,* inquit, *magnam contineat populi fidelis eruditionem; non tamen expedire visum est Patribus vt vulgari passim lingua celebraretur.* &c. Etsi mandet ibi tamen à parochis populo ea mysteria exponi, sicut & catechismum, & necessaria ad salutem. *f. 5. cap. 2.* sacramentorum vim & vsum *cap. 4. & 7.* similiter procedit *Can. 9. sess. 22.*

Romani signum Imperij linguam habuerunt, & ad dignitatem ac maiestatem suam pertinere existimarunt suo idiomate legationes excipere, & proferre. Præceptum Præsidibus ac iudicib. fuit non alio sermone decreta, sententias pronuntiare. Vnde omnia olim pacta, statuta, contractus, eo sermone celebrabantur. qui stylus mansit apud Belgas vsque ad duo postrema sæcula, & in Gallia vsque ad Ludouicum XI.

7. *Non omnia quæ possunt concedēda.* Neque semper, † vt quibusdam flaccidis videtur, hæreticis omnia concedenda sunt, quæ possent, vt nec antiqua Concilia fecerunt. quorum itidem exempla habet ibid. Azor. Præsertim vt Cōcil. Ephes. non suffecerit à Nestorio B. Mariam vocari χριστοτόκον, sed voluerit θεοτόκον: vt Synodo Nicenæ non satis fuerit Christum Arrianos fateri ὁμοιούσιον, sed exegerit, ὁμοούσιον: vt Asiaticis permissum non fuerit pascha celebrare Luna 14. sed dominica proxima post Lunam 14. Ob cuiusmodi quæstionem Policarpus Iohannis Apostoli discipulus ad Anicetum sub Antonino Pio Romam venit. Circa quam etiam quæstionem Concil. Arel. in Gallia tempore Constantini decreuit, vt pascha

vno

vno die & tempore per orbem obseruaretur, & ad Syluestrum scripsit, vt is iuxta consuetudinem litteras ad omnes dirigeret, vtpote tanquam vniuersalis ecclesiæ Episcopus.

8. De vsu Calicis.

Post Conc. Basil. quod Bohemis consensit † vsum calicis: Conc. Trident. id non reuocauit, sed an concedendum alijs, vt petebatur, nationibus foret, ad prudentiam S. Pōtificis remisit. *Decret. vlt. s. 22.* Itaque Pius IV. instante Maximiliano II. Bohemis, Morauis, Silesijs, Lusatijs, Austrijs, Styrijs, Carinthijs concessit; sperans ea beneuola permissione eos ad mentem reducēdos saniorem. Sed frustra, nam obstinatiores multo facti sunt: quasi ecclesia Romana eorum causam probasset. *Refert Ioann. Rebullosa in sua historia Ecclesiastica, sub nom. Bohemia.* vtinam ea ratio res Bohemicas sensim non deduxerit ad eum statum quem his annis videmus! Eodem modo Conc. Trid. etsi instarent, multi etiam Catholicorum Principum oratores, noluit relaxare præceptum positiuum, de obseruando à presbyteris cœlibatu: etsi aliqui vrgerent, ea ratione multos Apostatas redituros ad fidem, alios in ea mansutos, quod sedata licite carnis tentigine, spiritui deformationis occluderetur ingressus, qua solet ferè omnibus nouatoribus aduenire. Cœlibat. Sacerd.

9. Concio.

Verum enimuero † vt fides orthodoxa propagetur, ac conseruetur, Concil. Trid. passim Episcopis, pastoribus, alijsque, ad quos spectat, iubet, vt sacris ad populū concionibus assidue iṅcumbant. Trident. *s. 5. c. 2. s. 24. cap. 4. 7.* lectiones theologicas in cathedralibus ecclesijs, collegiatis insignibus, & conuentualibus institui curent, *s. 5. cap. 1.* Trident. doctrinam Christianam, & rudimenta fidei, Catechesim & salutis monita per parochos Dominicis & festiuis diebus pueros populumque doceri, *s. 24. d. cap. 4. c. 7.* Pro qua doctrina Christiana varij Pontifices insignes indulgentias concesserunt, & speciatim Greg. XIII. *quas habet Serol. ad fin. pr. p. 2. & alias indicat eadem par. v. doctrina, & Quar. v. Magister,* & Catechismum concipere quibusdam mandauit. *Trid. s. 22. c. 7. s. 25. De Indice,* &c. Lectio Theologica Catechesis

10. Concionator.

Semper tamen † Concilium adhibet eam cautionem ne quis regularis, aut sæcularis concionetur nisi examinatus, probatus, & prædicandi licentiam adeptus, ne quidem Episcopus in aliena diœcesi, *vt declarauit Clemen. VIII. teste Marc. Anton. Genuens. in sua prax. c. 58. Pias. in prax. part. 2. cap. 3. numer. 1. vbi obseruanda & vitanda in prædicatione enarrat ex Constit. Leon. X.* Episcopo autem contradicente etiam non dictā causa (quamuis sine causa id facere non debeat) nemo prædicare potest, quantumuis exemptus, quouis priuilegio & appellatione non obstante. *dict. cap. 4. §. nullus.* Interdicere autem debet Episcopus statim si quis scandala, vel errores disseminauerit, *d. c. 2. §. si vero.* & contra hæresim prædicantes procedere, etiam contra qualitercumque exemptos auctoritate Apost. *d. §. si vero.* Et licet *ex Bulla Pij V. incip. & si mendicantium,* 1567. quidam secus crediderint; nec illam Bullam à Gregor. XIII. reuocatam: verius tamen est & per Gregorium XIII. fuisse reuocatam; & omnino Gregorius XV. *constit. incip. inscrutab.* specialius in contrarium disposuit. ad quam non reflexit Diana *p. 3. t. 2. r. 58.*

11. Regularis.

Porro quod ad † Regulares spectat, illi prædicare non possunt in sua ecclesia nisi ex superiorum suorū licentia, & post examen approbatione, & petita, (quamuis non accepta ab Episcopo benedictione) *Eman. q. reg. tom. 3. q. 32. artic. 5.* nec extra eam, nisi etiam eius licentia obtenta: *Conc. ib. c. 2.* aliter prædicans puniri debet: etsi non ab Episcopo sed à superiore. *ex cong. Conc. Quarant. & Pias. vbi supra.* sed Gregor. XV. nunc aliter statuit. & si prædicet errores, prædicationem interdicere ei potest Episcopus. *vt modo diximus,* & licet Pius V. mendicantibus concesserit contrarium, vt & plura contra Concil. Trid. tamen ea

omnia Greg. XIII. reduxit ad terminos Concilij, *Constitutione in tanta, quam pius refert vbi supra.* & licet idem Greg. rursus postea priuilegia mendicantium confirmauerit, etiam suis contrarijs non obstantibus; tamen ii. eisdem literis tum ipse, tum alij subsecuti Pontifices addiderunt clausulam, *in quantum Concil. Trid. decretis non aduersentur.* prædicans tamen hæresim ab Episcopo punitur. *Concil. loco citato f.5.* vtri tota punitio prauitatis hæreticæ spectat ad Episcopum & Inquisitorem (vbi is est) *c. Ad abol. de haret. in 6. Nauar. Conf. 1. num. 15. eod. tit.* & in omni crimine depositione digno Episcopus iudicat, non regularis. *Nauar. de foro com. Conf. 6.* Denique Gregorius XV. *Const. Inscrutabili* 1622. decreuit vt exempti etiam absque licentia seu benedictione prædicantes ab Ordinario puniri possint.

12\. Vt autem lectionis Theologicæ prouisio nullo colore negligatur, amplissima facultas datur Episcopo, *d. c. 1. f. 5.* de ea statuendi, siue per præbendæ assignationē, siue simplicis beneficij, si ea defuerit (collatione tamen ab eo facta ad quem alias pertinet. *Gonz. ad reg. 8. Cancel. gloss. 9. §. 2. numer. 83.*) siue, si secularis idoneus non sit, suspensa præbendæ collatione, donec inueniatur, per deputationem lectoris regularis, & omnium fructuum præbendæ traditionem superiori regularis faciendam. *Cong. Conc. Scrol. V. preb. theol. §. 5.* seruata tamen consuetudine, sicubi sit, dandi theologo stipendium, eoque in triennium conducto, si id diligentiorem eum reddere potest. *Scrol. ibid. §. 2. ex Cong. Conc.* Alliciuntur etiam fauore *d. f. 5. 4. 1.* docentes & discentes de quo vberius Barbosa *in Remiss. ad d. c. 1. De prædicatione ac lectione vide vlterius 1. de off. ord. num. 23.*

13\. *Officiū S. Inquisitionis.* Ad conseruandam fidei puritatem salubriter inuentum est officium inquisitorum hæreticæ prauitatis, promotumque maxime ab Innocentio III. Innoc. IV. Alexan. IV. alijsque vicinorum temporum Pontificibus. quorum constitutiones non paucæ sunt in ius commune relatæ, aliæ etiam exstant in Bullarijs, & Directorio Inquisitorum Eymerici, & Pegnæ. Vbi quartam partem ad calcem operis obtinent, cum alijs litteris Apostolicis in eandem rem scriptis. Officium autem potissimum delatum fuit Prædicatoribus; vt non tantum pœnis, vt alicubi apprehenditur, illud exercerent; sed etiam prædicationibus, monitionibus, alijsque Christianæ pietatis officijs, quibus errantes ad recta fidei dogmata reuocarentur; vt & virtutum amor, & pœnarum seueritas virtutem fidei stabilirent.

Extant etiam, post decisas in Concilio Florentino Græci schismatis hæreses, cōstitutio Eugenij IV. super vnione Græcorum ad S. Romanam Ecclesiam *incipit lætentur cœli*, & vt diximus forma professionis fidei, quam Græci emittere debeant: edita à Greg. XIII. *incip. sanctissimus, 1575. const. 53.* Et breuis instructio S. Congregationis super ritibus Græcorum, qui tolerari possint, vel non. Clemens etiam VIII. de Talmudicis libris latæ statuit. *const. inc. cum Hebræorum.* Pius etiam IV. *const. Roman.* subijcit Græcos locorum ordinarijs, quoad Dei cultum, & ritus. nam proposita sibi impunitate committebant multos errores.

Edita etiam est à Paulo IV. 7. *Idus August.* 1555. constitutio aduersus negantes trinitatem personarum in vnitate substantiæ, Christi diuinitatem, eiusque de Spiritu S. in vtero Virginis Mariæ conceptionem, de abiuratione à lapsis in huiusmodi facienda, & pœnis non facientium.

Ad fidei denique puritatem seruandam, hæreticosque compescendos multa sunt à Principibus nostris edicta proposita. de quibus infra *tit. de haret. & latius diximus in Notitia iuris Belgici hoc tit.*

Ad pro

Ad propagandam † denique fidem Christianam Alex. VI. noui orbis insulas iuri & dominio Ferd. Regis Castellæ & Arrag. concessit, ducta linea à polo arctico ad antarcticum, vt pars altera cederet Lusitano Regi 4. *Non. 93. Maij 14. Refert S. D. P. Matth. l. 12. 9. c. 1.* *Hoc est punctum*, inquit Seneca, *quod inter tot gentes ferro & igni diuiditur. O quam ridiculi sunt mortalium termini!*

Distinctio tamen ea nunc est confusa, postquam vtriusque regni sceptra coaluerunt, vt quidquid terrarum fuit, aut maris diuisum ab Alexandro: *Iberum* nunc, non *Liberum*, vt voluit Hugo Grotius, censendum sit. *littora*, inquit, Celsus, *in l. littora D. ne quid in loco, in qua populus Romanus Imperium habet; populi Romani esse arbitror.* littorum autem marisque, & quæ mari subiacet terræ vel arenæ eadem est natura. §. *flumina inst. de rer. diuis.* sequiturque mare eandem iurisdictionem ac territoriũ, quæ continens *l. Cæsar. D. de publ. l. vnic. C. de classicis, lib. 11. glo. singul. in c. vlt. peric. §. porro de elect. in 6.* Ideoque si Impp. *in l. 2. C. de Commercijs*, vitare licuerit ne ad barbaros aurum pro mancipijs aut alijs mercibus deferatur; ne nundinæ extra certos regnorum terminos frequententur; *l. 4. & 6. eod.* ne qui ad barbaros vinum, oleum, aliudue liquamen deferant; *l. 1. Cod. quæ res exportari non debeant*, ne arma alienigenis etiam legatis vendant; *l. 2. eod. c. 6. 11. 12. 16 Ext. de Iud. & Sar.* ne qui à barbaris præter Comitem commerciorum sericum comparent; *l. 2. C. quæ res vendi non possint.* ne quis purpuram fucet, aut distrahat; *l. 1. eod.* si nõ iniuste prohibitum fuerit ne quis eques Rom. iniussu Cæsaris Ægyptum intraret; si deniq; Iosaphat Rex Iuda ad classem suam quam more maiorum ad Insulam Ophir nauigantem, ad auri opumq; societatem noluit regem Israel admittere; *Reg. lib. 3. c. vlt.* non tantum probandum, sed & laudandum est, quod Rex Catholicus ad terras arbitrio Pontificis propagandæ fidei causa maioribus suis concessas, alijs adnauigare vetat. præsertim ijs gentibus, quæ contaminatæ domi suæ religionis zizania ibi seminare possent, quas etiam patria sua pelli, aqua atque igni interdici Concilium Lateran. magnum sancte decreuit. quanquam neque ob id vnquam desistent, quibus ius in armis: quod Inter Principes super cætera valet. *Sed ijs maximum discrimen*, inquit *Tacit. lib. 4. hist. penes quos aurum & opes præcipua bellorum caussa.* 14. *Propagatio fides per Indias.*

Tandem Gregorius XV. sedulo expendens præcipuas muneris pastoralis partes esse intentis studijs adnitendi, vt oues miserabiliter errantes, ad Christi ouile adducantur, ac Dominum gregis agnoscant & Pastorem: vt quod si ea cura omnes ecclesiarum rectores in partem sollicitudinis vocatos, multo vehementius Pontificem Maximum in plenitudinem electum vrgere debeat. præsertim cum Petro vas illud quasi linteum ostensum sit quatuor initijs de cœlo in terram submissum, præfigurans Petri & successorum eius munus, ex quatuor mundi partibus homines cögregandi, quadrupedia & serpentia terræ, & volatilia cœli occidendi, & manducandi, veterique vita exuendi, & manducando in sua mébra, & Christi conuertendi. Animaduertens etiam quantũ his calamitosis tẽporibus excreuerit errantium & dispersarum ouium numerus: quanta pars orbis iam tot sæculis Agarenorum impurissima dementia sit capta: quantas ad septentrionem prouincias ac regna dira hæresum contagia inimici hominis tyrannidi mancipatint. Denique expendens præceptum Christi Apostolis, & imprimis Petro datum Matth. 9. Marc. vlt. euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ; præceptum, inquam ad omnem possibilem occasionem obligans, non tantum potestatem: Constitutione sua *Inscrutabili 10. Cal. Iul. 1622.* erexit sactam congregationem, quæ sæpius singulis mensibus

sibus conueniat, omniaque negotia ad fidem in vniuerso mundo propagandam pertinentia cognoscat, tractet, & decidat, grauioribus, ad suam S. relatis missionibus omnibus ad prædicandum & docendum Euangelium, & Catholicam fidem superintendat, ministros necessarios constituat, & mutet. In rei verò tanti momenti necessarios sumptus, vltra ea quæ ex arca sua priuata suppeditauit, certos reditus ex Camera Apostolica attribuit. DEVS illi retribuit, *Labores manuum suarum manducabit: Beatus est, & bene ei erit.*

DE CONSTITVTIONIBVS.

1\. *Verum publicatæ Romæ ligent vbique.*

VArie † controuertitur an Constitutiones Pontificiæ Romæ promulgatæ, vbiq; gentium ligent, an vero requiratur publicatio in Prouincia. Azor *lib. 5. c. 3. qu. 3. Inst.* censet publicationem Romæ factam sufficere de consuetudine; de Iure ciuili requiri quidem publicationem in Prouincia, sed ad id Const. Canonicas, non restringendas. Canonicum ius eam publicationem requirens non exstare. sed ego existimo, etsi non extet, ex iure ciuili suppleri *c. 1. 2. de noui. oper. nunc.* In qua sententia post Caiet. aliosque etiam est Nauar. *de const Cons. 1. q.* 4. sic tamen vt sentiat de iure quidem scripto verius esse, non ligare Pontificias etiam constitutiones in prouincia, nisi ibi publicatas, de stylo tamen secus. Et quidem si tunc demum canones leges non dedignantur imitari, cum in canonibus aliud non est decisum; si ideo leges in prouincia non ligent, nisi publicatæ; quia ita per leges decretū est: profectò si Pontifices disertè statuant, vt Romæ publicatæ vbiq; ligent, vt pleræque nunc constitutiones Apostolicæ eam clausulam habent; credunt vnius opinionis assertores cessare negantis opinionis Achillem, in eamque sententiam tunc descendendum maxime, cum de enixa legislatoris voluntate constabit: in ijsque præsertim locis, vbi per obices Placitorum, promulgationes in prouincia retardantur, & constitutiones facile ad notitiam peruenire possunt.

Quærendum igitur, & hic videtur an constitutiones apostolicæ in Belgio effectum habere non possint, nisi præuio Principum placito? profectò si res, vt se habet, examinetur: ad nullius constitutionis legisue ecclesiæ promulgationem placito principali opus esse indicabit, qui non ex præiudicata aliqua opinione, sed ex vero statuere volet. Nulla enim edicta id mandant, quoad leges constitutionesue apostolicas: sed quoad rescripta tantum, priuatis data, eaque non omnia, sed beneficiaria tantum. Quæ enim reperiuntur, *in libro edictorum, sub rubrica octauâ, de causis benefic.* omnia tam narratiuis verbis (quæ impulsiuam, & finalem causam earum Constitutionum continent) quam dispositiuis, sonant de prouisionibus beneficialibus. & in edicto anno 1497. 20. Maji ab abusibus huiusmodi Bullarum procurator generalis refertur nomine Principis appellasse ad Pontificem Alexand. & sanctam sedem, & in defectum sufficientis prouisionis ad futurum Concilium. Porro Trident. Concil. huiusmodi abusibus prouidit nunc sufficientissime, vnde videri posset, cessare posse nunc huiusmodi edicta.

Edictum Carol. V. 20. *Octobr.* 1541. duo circa hanc materiam continet puncta: primum quod nullæ litteræ placiti dabuntur super prouisionibus, quibus parochus eximatur ab obligatione residendi, aut super ætate dispensetur, aut ignorantia idiomatis; aut coad-

sadiutoria in præbēda, alioue beneficio detur. Secundū, quod in omnibus prouisionius parochialiū adiungetur, vt impetrās teneatur residere. Ordinatio Engelberti Nassaij Præfecti Regij *Anno* 1493. 28. *Octobr.* loquitur tantum in iudicialibus, ne in prima Instantia Flandri extra patriam trahantur. De qua inf. tit. de for. compet. nu. 29. Maria Regens 13. *Martij*, 1553. Concilio magno Mechliniensi scripsit, in quibus bullis Papalibus necessarium est aut consuetum impetrare placitum, quod id etiam fieri debeat in prouisionibus à Nuncijs illorum concessis, cum declaratione, quod nouum edictum fieret præcedentibus extensius, quod nondum prodijt, nisi sit edictum 1574. quod tamen nondum mihi constat esse authenticum aut promulgatum. vt nec alterum in prouisionibus Nunciorum praxis obseruat. præsertim cum Nuncij nunc apud Principes Belgicæ resident, & ante exercitium legationis, litteras suarum facultatum eis exhibent.

Saltem ex his † liquidum est edicta ea omnia, non nisi ad beneficialia & abusus circa ea porrigi, non vero ad cursum impediendum Constitutionum Apostolicarum, quæ pro salubri regimine Ecclesiæ, maturis & repetitis deliberationibus ad tollendos abusus, cum magno decoro domus Dei, incremento politiæ Ecclesiasticæ, & augmento Iustitiæ sæcularis promulgantur. Beneficialia porro diplomata subreptione, gratia, & sordibus sæpe obtinentur, vt incommoda in his frequentia esse possint, non in illis: adeoque dispar de vtrisque est ratio iudicandi. Sic qui historias nostrates scripserunt de inhibitionibus huiusmodi circa beneficialia, meminerunt, neque vlterius: In rescriptis sane iustitiæ, quæ nec complectitur edictum a. 1574. dispensationibus matrimonialibus, super ætate, alijsque ordinum sacrorum impedimentis, & similibus nec vsus quidem seu petendi placiti praxis obtinuit. Vt vt sit; hactenus post integrum seculum à primis edictis lapsum, & amplius, ne quidem in Concil. Brabantiæ esse videtur formulare Placiti aliud, quam pro bullis beneficialibus. 3. *Edicta omnia loquuntur in beneficialibus.*

At vero † non nemo dicet, vsus habet vt placitum pro quocumque diplomate petatur. Iam in principio dixi me seponere præiudicatum hūc si non errorē, at opinionem; & disputare an edictum aliquod sit quod hunc vsum firmet, & non esse demonstraui. sed quod plerique qui Roma aliquid accipiunt, placitum petant; fit: quia ad nomen fisci, & minas ingētium mulctarum omnes priuatim horrent, nec ob sumptum paucorū aureorum, quo id placitum impetratur, vitandum, vult aliquis quæstionem vniuersalem, seu omnium, suam priuatam solius facere; disputare inquam, num egeat placito, an non. Sed hæc singulorum in re sua agendi ratio, ipsi vniuersæ iurisdictioni ecclesiæ præiudicium inferre non potest. Vt & tota petendi placiti ratio si non sit in gratiam, non præiudicium Ecclesiæ, atque Reip. omni iure, ratione, atque potestate destituitur. *vt in proximo titulo. num. 7. dicimus.*

Sed hæc controuersia quomodocumque se habeat seu ex præiudicata, vt diximus, opinionē, quod non sine placito Constitutiones Apostolicas publicari posse putauerunt Episcopi, seu quod non omnibus vulneribus eadem emplastra, omnibus morbis venæ sectiones, eademque remedia conueniant: adeoque pro regimine Ecclesiæ Belgicæ non eadem commoda sint, quæ Italiæ alijsque locis apta sunt, seu alias: paucæ extrauagantes, quæ corpori Iuris Canonici (quod vocamus) iunctæ non sunt, hic promulgatæ, vel Romæ publicatæ, hic vsu receptæ sunt; quarum non paucæ quam saluberrime etiam hic recipetentur. quod ad curam Episcoporum spectat, & earum delectus, (siquidem placito Principali opus foret) facile à Curia probaretur.

 In-

5. *Qua ex causa Extrau. in hoc opere paucis verbis mentio erit.*

Interea nihilominus † hæc mihi causa erit, vt in hoc opere huiusmodi constitutiones Apostolicas indice tantùm demonstraturus sim (Compendium bullarij dedit flauius, Cherubinus, quo eas penitus per epitomen exenterauit, scholijsque illustrauit) latius excurram in nouum ius, quod suppeditat Concilium Tridentinum. Quod non tantum suo motu, pijssimus & sapientissimus Rex Philip. II. per Archiepiscopos, & Episcopos publicari hic iussit, sed & stricte obseruari: vt testatur Margareta Ducissa Parmæ & Placentiæ eius nomine gubernatrix per suas literas 24. Iulij 1565. datas. (Quale etiam edictum apud Madritum latum est mense Iulio 1564.) & inter nouissima verb. Concil. Trident. de recip. & obs. decret. Conc omnes principes in Domino monet, ad operam ita suam præstandam, vt decreta ab omnibus deuote recipiantur: & fideliter obseruentur. quod idem Pius IV. cum omnibus Prælatis in virtute sanctæ obedientiæ præcepisset: simul etiam permisit, vt brachium seculare pro Concil. decretis executioni mandandis implorare possent. mandat Margareta nomine Regis, pro concilij obseruantia, & executione, vt sæculares officiarij requisiti ab Episcopis prompte brachium auxiliare præstent. Quin etsi ipsi Ecclesiastici in Concilij exequendis omnibus decretis, fuerint negligentes; mandat id deferri ad Concilia Prouincialia Regis, ad remedium adferendum. In his tamen litteris, *vt etiam notauit Choppin. de sac. polit. l. 2. t. 4. numer. 8.* non vult aliquid mutari aut innouari circa Regalia, Iura, priuilegia suæ Maiestatis, aut suorum vasallorum, statuum, aut subiectorum, & speciatim circa iurisdictionem laicalem, ius patronatus, Indultum, seu ius nominationum, cognitionem causarum, & materiæ possessoriæ beneficiorum, decimarum possessarum aut prætensarum per laicos, superintendentiam & administrationem hospitalium, aliorumque piorum locorum. (Qua in re Serenissimus Princeps *in edict. ad Concil. Mech. ann. 1607. artic. 23. vsque ad finem*, vtriusque iurisdictionis præiudicium præcanit; tum ad commune bonum præclare plura statuit.) denique alia similia iura. *Non, inquit, ad contraueniendum dicto Concilio, sed vt executio accommodetur natura cuiusque Prouinciæ.* Sic Azor. *Inst. Moral. l. 5. cap. 14. qu. 3.* refert Carol. V. in Hispania statuisse, ne Episcopi vel Iudices sæculares permittant, per litteras Apostolicas derogari Iuri patronatus laici, sed earum executio suspendatur, donec S. Pontifex informe-

6. *Cōc. Trid. exacte in Belgio seruari iussū.*

7. *Cum temperamento pro loci necessitate.*

tur. sic recte dicit Cæcilius apud A. Gellium. *Legum oportunitates † & medelæ pro temporum moribus, pro vtilitatum præsentium ratione vitiorum feruore quibus medendum est, flecti debent.*

8. *Pietas Conc. secreti Regis Cathol. in Belgio, erga Triden. Conc. obseruantiā.*

Qua in re † nunquam satis mirari potui piam resolutionem Concilij secreti Maiestatis suæ Catholicæ in Belgio *6. Iunij 1569.* consulti super responso Concilij Frisiæ, quoad admissionem dicti Concil. Trident. dum vltimis suæ consultationis verbis huiusmodi vtitur.

Qua generalement le Concile doibt estre public, non obstant quelques difficultez, qui se pourrioent offrir, que aussi les Estatz des auldres Prouinces, ont faicte ladicte publication, non obstant les difficultez par eux proposees, ou apres auoir la resolution de sa Maiesté sur les poincts que lui sont remonstrés, Lon pourruoira, que de raison. Non æque † pie de Gallis refert Pasquiet. *en ses Recherches lib. 3. c.* 28 his verbis, *en toutes lesquelles particularitez, nous auons trouué tant de repugnance & contrauention à nos anciennes libertez, que iamais nous ne peusmes nous induire à receuoir ce Concile* Eadem fere forma argumentandi vtitur impia *Consultatio Caroli Molinei super facto Concil. Trident.* in qua ad illud eneruandum, frustra conradit, & multa mala fide, plurima obtorto collo transuersim.

9. *Non æqua Gallorum.*

uersim, seu extra propositum trahit decreta, quæ secus in Gallia obtinent. Quibus omnibus vnica illa d. pijssimi Conc. priuati ratio, satis, & plus satisfacit.

Constitutiones † vt generatim obseruentur, latæ sunt, & contra eas non sine personarum & rerum serio delectu indulgere opotret: adeoque præcipit sacros. Concil. Trid. *s.* 10. *Dispensationes contra Constitutiones quando permittendæ.*
25. *cap.* 18. *vniuersi* vt sacratissimos Canones exacte omnes & quoad fieri poterit, indistincte obseruent: quod si vrgens iustaque ratio, & maior quandoque vtilitas postulauerint, cum aliquibus dispensandum esse, id caussa cognita, ac summa maturitate atque gratis à quibuscumque, ad quos dispensatio pertinebit, erit præstandum, aliterque facta dispensatio subreptitia censeatur. S. Bernard. *de consid. l.* 3. *c.* 10. *Non sum*, inquit, *tam rudis vt ignorem positos vos dispensatores; sed in ædificationem, non in destructionem. denique quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur: vbi necessitas vrget, excusabilis dispensatio est: vbi vtilitas probat; dispensatio laudabilis est: vtilitas dico communis, non propria: nam cum nihil horum est, non plane fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est.*

Quomodo fere dispensationes ab ordinarijs excuti vult Tridentinum. *s.* 7. *c.* 5. *s.* 6. *c.* 2. *s.* 12. *c.* 5. authoritate autem inferiores factæ in lege superiotis sunt irritæ: nisi grauis admodum & legitima sit causa. *citati à Barbosa in collect. DD. ad Trid. d. c.* 18. vbi tamen est animaduertendum loqui Tridentinum de sacratissimis canonibus, vtique sedis Romanæ, aut Conciliorum œcumenicorum. vt eo non spectent prouincialia aut diœcesana statuta, nec quæstio an Archiepiscopi vel Episcopi super his illisue dispensare possint citra formã *d. c.* 18. *de quibus Barbosa, & ab eo citati.*

Instar Constitutionum sunt Regulæ Cancellariæ, quarum primus auctor, creditur Ioan. XXII. vt tradit L. Gomez. *in comment. ad Reg. Cance. q.* 1. *proem.* vel potius ad rationem iuris prætorij spectant. solent enim Prætores inituri Magistratum edicta proponere. *Cic. l.* 2. *de fin. cum magistratum inieris, & in concionem ascenderis, est tibi edicendum, quæ obseruaturus sis in iure dicendo. Idem l.* 3. *in Ver.* Sic Pontificibus vita functis exspirant ab eis ordinatæ Regulæ; successoresque nouas euulgant: quæ toties nunc interpolatæ sunt, vt fere ad stabilem legem edictumque perpetuum deuenerint. Ob mutationem tamen antea frequentem, aliasque causas vix extra Italiam omnes vsurpantur. Quæ hic obtineant tetigimus *inf. de renunc. Mol. tractatus, Papon. Arest. l.* 3. *t.* 1. 2. 3. 4. qui & tradit eas pro lege seruari, quæ quidem seruantur in Gallia, adeoque per Papæ mortem non cessare. *d. t.* 1. *art.* 1.

Ditiones † hæ Belgicæ consuetudinariæ sunt; vt mores primo loco eis ius sint. de 11. *Belgicæ ditiones consuetudinariæ.*
Flandria testatur Iacob. Marchantius, *in descript. Fland. lib.* 1. *t. de legibus.* & deinde Principum edicta; ac ijs deficientibus ius scriptum toto orbe æquissimum, vt etiam Turcæ Codice Iustinianæo Græco vtantur, *Busius ad l.* 6. *D. de Iust. & Iur.* & multi in Europa, qui nunquam Romano iugo subfuerunt, vel illud à multis sæculis excusserunt. *Idem ad l.* 32. *D. de leg. numer.* 14. quamquam suo tempore Honorius III. *qui Romæ sedit ann.* 1216. in Francia vicinisque Prouincijs (comprehensas Belgicas non dubito) non fuisse vsum Romanarum legum afferat; ideoque is eas Parisijs legi audirique, vel in illis Prouincijs, sub anathemate vetuit, *c. super* 28. *de priuileg.* vtque Canonum studio magis insisteretur, æquitatem alioquin earum & iustitiam non respuit Honor. Et strictius in Brabantiã tabulæ legũ Ioan. Ducis ann. 1312. mandant, vt casus *ibi* non expressi, iuxta eos iudicentur, quibus expressis maxime similes sunt. eodem modo loquuntur leges Grimbergicæ ann. 1274. Filuordianæ ann. 1312. quæ sunt itidem ducis Brab. Quod non male quidam putant, etsi non

exprimatur, de omnibus Principum nostrorum placitis, cum ea male stricti iuris dicuntur, vt sunt consuetudines, seu statuta ciuitatum, à quorum verbis abscedere ad latiorem interpretationem non licet. Quæ ipsa tamen dubia, an ex iure scripto, an ex ipsis consuetudinibus debeant capere interpretationem, celebrem vere quæstionem esse testatur Mario. *en ses playdoes, Plaid.7.*

Et in ea fluctuat Bugn. *leg. abr. l.6. collect.18.* vbi nonnulli interpretationem consuetudinum in Gallia sumi voluerunt ex consuetudinibus Parisiensibus quasi Parisij sua sint Roma Gallis. In re quidem quæ edictis, legibus, vel canonibus non est decisa, non est negligenda auctoritas vicinæ generalis consuetudinis. Quo sensu loquitur c. super eo *x. de censibus.* quod ideo male abrogatum dicit Bugn. qui perperam thema d. c. propositum accipit. vult d. ca. illud seruati non quod in vna vrbecula vel oppido, sed quod in vicinis prouincijs obseruatur. sic dicit c.*6. x. de cons.* In Londinensi ecclesia seruandum, quod in alijs ecclesijs Anglicanis. & c.31. pro canonicis Florentinis statuit, quod in Tuscia obtinet generalis consuetudo. quando autem consuetudines essent diuersæ, *d. c.6. & c. nouit. distinct.* 12. nō quid Romæ, vel Parisijs, vel Londini fiat, attendendum est: sed quod maiori ratione subnixum est, & magis ad gloriam Dei facit. Non enim, inquit, loca consuetudines, sed consuetudines loca commendant. non quid in vrbe fiat, sed fieri debeat attenditur. l. 12. D. de offi. præsid.

12. *Curia tamen eccles. Canones sequuntur.* Sed Curiæ † ecclesiasticæ nihilominus iuxta sacros canones hic procedunt, præterquam quod ex Concordatis Episcopi Leodiensis & Cameracensis cum Carol. V. Imp. in Brabant. in materia testamentorum statuta locorum & ordinationes Principum sequi oporteat; multa etiam ex patriæ consuetudinibus in forum suum admiserint; vt arresta, aliaque. Quin & olim in tribunalibus sæcularibus, post cōsuetudines, statuta, & edicta, tertio gradu locum fuisse canonibus; haud obscuris coniecturis forte deprehendi potest: sic computatio graduum more Canonico, quam ciuili magis frequentata, computatio duarum quartarum, *de qua alibi*, solemnia testamētorum, filū iudiciarij processus, ex decretalibus magis deductum, quam Iustiniani volumine, sexcenta sunt alia, si non eadem mens etiam fuisse videatur Honor. d. c. super.

13. *Stylus Curia Rom.* Stylus etiam curiæ Romanæ facere ius dicitur. *c. pen. vlt. de Confirm. vtil. vel inutil. & ibi* DD. & attendi debet imprimis in rescriptis inde manantibus, *c. quam graui. x. de crim. fals. Sanches de mat. l.3. d.29. num.17.* præsertim si iuri sit conformis. *c. ex lit. x. de constitut.* non cōtrarius. *c. literas x. de iur. cal.* maxime dum, quæstiō est de interpretatione literarum Apostolicarum, aut confirmationum. *Farinac. 1. p. dec. 196.*

14. *Concilij Tridentini authoritas.* Est hic memoranda constitutio Pij IV. confirmatoria Concilij Tridentini, *incip. benedictus Deus. 7. Calend. febr. 1563.* qua etiam Episcopis mandatur obseruantia Concilij, per censuras, appellatione postposita, decreta concilij exequendo, & altera eiusdem declaratoria de tempore obligationis Concilij sez. cal. mart. 1564. *Inc. sicut ad. data 15. Cal. Aug. a. 5.* denique tertia 13. *Calend. martij 1564.* reuocatoria priuilegiorum, exemtionum, immunitatum, facultatum, conseruatoriarum, indultorum, confessionalium, maris magni, & aliarum quarumcumque similium gratiarum quibuscumque locis & personis concessarum; quatenus contrariantur decretis Concilij Tridentini; & annullatoria omnium in contrarium gestorum, à tempore quo illud cepit obligare. Gregorius etiam XIII. *constitut. incip. in tanta*, omnia priuilegia etiam à Pio V. regularibus cōcessa reduxit ad terminos eius-

eiuſdem Concilij.idemque Pontifex *conſtitut.incip.inter* 1584.edidit aduerſus iurantes cõtraria decretis Concilij Tridentini, atque aliâs illicita,impoſſibilia, & damnoſa eccleſiaſticæ libertati,& introductus eſt ſtylus Curiæ Romanæ, vt hodie in confirmationibus priuilegiorum inſeratur clauſula;*quatenus ſunt in vſu,& decretis Concilij Tridentini non aduerſentur*;vt non facile quidquam recipiendum ſit aduerſus eadem decreta,ſine expreſſa (quæ inſolita eſt)derogatione:niſi & de mente ſatis conſtet ex profeſſo,aut id,quod agatur tale ſit,vt ſtare non poſſit cum eiuſdem decretis,propter legem *vbi repugnantia D. de reg. iur.* & Sixtus V.23. *martij.* 1584 *conſtitut. incip. immenſa* quo minus deuiaretur à Tridentino vetuit conſtitutiones prouincialium conciliorum euulgari ſine approbatione Romanæ ſedis.& facultatem à Pio IV.tributam S. congregationi quoad interpretationem Concilij Tridentini latius declarauit.quamquam enim Concilium Tridentinum *ſ.25.in fin.de recipiendis decretis Concilij c.tanta.verſic.quod ſi* ſperauerat nihil emerſurum quod declarationem aut definitionem requireret;ſi tamen ſecus contingeret, confidit Pontificem curaturum,vt euocatis ex illis præſertim prouincijs,vnde difficultas orta fuerit,ijs, quos eidẽ negotio tractando viderit expedire,vel etiam Concilij generalis celebratione, ſi neceſſarium iudicauerit,aut commodiore quacumque ratione ei viſum fuerit, conſulatur. & conſequenter Pius IV.*d.bulla confirmatoria verſic.nos enim* difficultates omnes ſibi decidentes reſeruauerat,tamen nullum exinde concilium generale celebratum eſt, nec euocationes ex prouincijs frequentatæ,ſed inſtituta Romæ S.Congregatio,quæ ex nutu Pontificis decreta Concilij interpretaretur.

DE RESCRIPTIS.

NE perſonæ non vndequaque idoneæ † pro Iudicibus impetrentur innouat Concil. Trident.*ſ.25.c.*10.Conſtit.Pontif.8.*in c.ſtatutum de reſcrip.in 6.* vt in ſingulis Synodis prouincialibus aut diœceſanis,aut dum eæ non celebrantur, ab Epiſcopo, cum conſilio Cap.in ſingulis diœceſibus,ſaltem quatuor aut plures perſonæ *iuxta d. c. ſtatutum* qualificatæ deſignentur:tranſmiſſis eorum nominibus ad ſedem Apoſtolicam; Vt ijs præter locorum Ordinarios cauſæ Eccleſiaſticæ committantur:tam à Summo Pontifice, quã eius Nuncio:& alijs commiſſæ delegationes ſubreptitiæ habentur. *qua de re plenius dicimus* 1. *de off.de Iud.deleg.* Iudices autem vniuerſim ſynodus Trid.monet, vt terminandis cauſis quanta fieri poterit breuitate ſtudeant, excluſis litigatorum ad protelandas lites artibus. Porro Iudex delegatus tenetur aſſeſſorem aſſumere,ſi indiget,quòd eius conſcientiæ relinquitur,*d.c.ſtatutum* §.*aſſeſſorem*,verum ſi ſit Theologus,tenetur requiſitus:*ex conſt. Leon. X.in Conc.Lat.quæ incip.Regimini,in verb.Iudices autẽ & Conſeruatores à ſede Apoſtolica deputati,ſi in altero Iurium graduati non fuerint,aſſeſſorem partibus non ſuſpectum ab ipſis partibus vel earum altera requiſita aſſumere,& ſecundum eius relationem iudicare teneantur.M.Ant.in pr.c.*70.

1. *Deſignatio Iudicum diœceſanorum.*
2. *Officium.*
3. *Aſſeſſor.*

In dignitate Eccleſiaſtica † vt ſint qui delegantur requirit d.c.*ſtatutum.* In qua eſſe reputantur Canonici Eccl. Cathed.propter eorum præeminentiam, ob quam ipſi ſoli ab Epiſcopo recipiuntur ad oſculum *ex cap.dilecto de præb.*quod in feudalibus eſt ſignum magnæ nobilitatis vaſalli, ſi dominus eum inueſtiens ad oſculum recipit. *Choppin.ad Conſ. Andeg.*

4. *Qualitas.*

*Andeg.l.2.t.1.numer,5.6.*vt Comitem Flandriæ debuit Rex Galliæ cum ſub eius imperio eſſet.*Iacob.March.in deſc.Fland.l.2.de Ritibus Dominatus ineundi.* vnde forte & gloriari ſolent Canonicæ Montenſes & Niuellanæ quod in Inaugurarione Principum noſtrorum ſingulæ ſoleant ad oſculum illorum vocari. ſed eſt etiam obedientia & fidelitas quam vaſallus nobilis recepto oſculo Domino promittit,& profitetur. vnde inſignem Iudæ impietatem & feloniam Chriſtus non omiſit inter pauca verba nouiſſima redarguere, quod ſigno fidelitatis,pro indicio proditionis abuſus, *oſculo filium hominis traderet.* Abbas immediate ad Sedem Apoſtolicam ſpectans cum oſculo à Papa recipitur. *cap.12. de Priuil.*Nero Imp.Tiridatem Armeniæ Regem admiſit ad genua, alleuatumque exoſculatus eſt.*Suet.cap.13.*Manus porrectio & oſculatio ſunt hominij ſymbola, qualibus veteres in pleriſque cauſis vtebantur.*quæ plura enarrat, Ragueau en ſon Indice des droicts Royaux. v. Bouche,& faire l' hommage de bouche,& in v.Rain.& par Rain.& par baſton.*

5. *Diſpenſationes ordinariis cõmittenda.* Diſpenſationes † quacumque authoritate concedendæ ſi extra Romanam curiam committuntur delegandæ ſunt Ordinarijs eorum,qui eas impetrant: quæ gratioſe conceduntur. ab eiſdem ordinarijs tanquam delegatis Apoſtolicis,ſummarie & extraindicialiter cognoſcuntur,an preces ſubreptionis,vel obreptionis vitio non ſubiaceant. *Trid. ſ.22.c.5.*ſed hoc locum habet tantum in foro externo,non in interno,in quo conceſſæ diſpenſationes ſoli confeſſario præſentantur,cui ſoli inſcribuntur, quod in praxi receptum teſtatur Sa *in verb.diſpenſatio.§.5.Sanchez.lib.8.d.34.num.22.de Matrim.*Poſtquam de criminalibus cauſis Concilium *Trid.ſ.*13.multa prudenter decreuiſſet, ad vitandam vlterius impunitatem.*c.5.*ſtatuit vt gratiæ aduerſus Epiſcoporum iudicia , mendaciter obrentæ per Epiſcopos cognoſcantur,tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatos: & poſtquam per falſi narrationem,aut veri taciturnitatem obtentas eſſe legitime conſtiterint; non admittant. veri taciturnitas hic conſiderari poteſt frequenter , quod facta non ſit mentio iterati criminis , eiuſque punitionis , aut condonationis. *citati à Barboſ. in collect. ad d. cap.5.*

6. *Qui etiam commutationes vltimarum voluntatũ reuident.* Gregorius etiam XIII.declarauit *obr.20.ſ.24.*Concil.Trid.non vitiari reſcripta Apoſtolica,quibus prouiſiones antequam ſub plumbo factæ de beneficijs ipſi reſeruatis,executioni debitæ demandentur , per literas in forma breuis ſub annulo piſcatoris ſuper capienda poſſeſſione,& mandata huiuſmodi executiua effectum ſortiantur,etiam ex ſummaria cognitione,brachij ſæcularis auxilium inuocando. ſed huiuſmodi prouiſionalium diplomatum beneficiariorum vſus in Belgio vix obtinet: tum ob edicta quæ placitum Regium executioni præuium requirunt: tum ob interdicta poſſeſſoria,quæ à regijs tribunalibus prouiſionaliter , aut definitiue peti , & impetrari hic fere à litigantibus ſolent.

In commutationibus † etiam vltimarum voluntatum,quæ non niſi ex iuſta & neceſſaria cauſa fieri debent,Epiſcopi tanquam delegati Sedis Apoſtolicæ , ſummarie & extraiudicialiter cognoſcere debent,nihil in precibus,tacita veritate vel ſuggeſta falſitate fuiſſe narratum , priuſquam commutationes prædictæ executioni demandentur.*ſ.22. cap.6.Trid.*Eſt omnis odioſa commutatio, niſi ad iuuandam defuncti voluntatem fiat: & ideo non niſi ex ea fere cauſa Ordinario permiſſa.*Rixius in prax.Epiſ.dec.576.*

7. *De impe-* Innoc.VIII.graues † pœnas ſanxit in eos,qui reſcriptorum & mandatorum Apoſtolicorum executionem impediunt.8.*Cal.Octobr.*1491.Leo X.omnia ſtatuta & ordinationes,

nes, quæ fiunt in iniuriam executionis rescriptorum & litterarum Apostolicarum, nullius esse roboris vel momenti declarat *Cal. Martij* 1518. Clemens VII. personas excommunicat, loca interdicto supponit, quorum consensu, fauore & conatu litteræ, & rescripta Apostolica sine executione remanent. 4. *Cal. Ian.* 1533. *Quas tres Constit. refert P. Matth. in Sept. D. l.* 1. *t.* 2. *c.* 1. 2. 3. Hodie quicumque cursum literarum Apostolicarum impediunt, in Cœna Domini excommunicantur. *Vt in bulla cœnæ* §. 26. Itaque si quis recurrit ad curiam sæcularem, & obtinet inhibitionem, eo ipso est excommunicatus; etiam priori Iure. *c. nouerit. c. grauem de sent. excom.* neque excusare consuetudinem antiquissimam, sed vt improbam, & sacris Canonibus inimicam reijciendam esse censuit Rota: nisi forte in defensione possessorij, & quibus casibus propria authoritate quis se posset defendere, implorando tunc nudum auxilium, non exercitium Iurisdictionis; vt est in inhibitionibus, quam sæcularis vt inferior nec actu nec habitu habet in Ecclesiam. *Farin. crim. decis.* 103. nisi quatenus œconomicam tantum cognitionem tanquam patrisf. non iudicis præ se ferant, qualem inspectionem in clerum, vt politici corporis partem, Principes duntaxat habent.

dientibus cursum rescriptorũ, litterarumq; Apostolicarum.

Vtinam Ecclesiastici recursibus huiusmodi causam ipsi nunquam darent, & sæculares quasi ad tuendam aliquorum innocentiam aliquando liceant, passim non vterentur, aut abuterentur! Ioan. Azor. *Instit. moral. l.* 5. *c.* 14. moderate Couarruiæ respondet, qui *t.* 2. *pract. q. c.* 35. *num.* 3. 4. 5. ex vsu eos defendit, qui cursum litterarum Apostolicarum impediunt, donec constet eas iuri & patriæ priuilegijs non aduersari, saltem donec Pontifex informetur, &c. Sed recursus, cassationes, vel appellationes tanquam ab abusu in re tantum graui & illustri admittendas asserit. *Rageau en son Indice des droicts Royaux: In Verb. Appellations, comme d'abus.* Alioquin via ordinaria vtendum esse, & procuratorem Regium ita Curiæ proposuisse. Anno vero 1617. Episcop. Aturensis insigni oratione ad Gall. Regem habita, præsentibus Cardinal. Sourdio & Guisio, alijsque ab ordine Ecclesiastico ad Regem deputatis, votum cleri Regi exposuit, vt appellationes ab abusu eatenus intra septa coercerer, quatenus ei sua salus chara esset. In Brabantia alijsque pluribus ditionibus vtuntur cassationibus executionum litterarum, quæ sine Principis placito fiunt, vbi interuenire debet; & si quid Ordinarij contra sæcularem Iurisdictionem decernunt. In Attesia appellationes vt ab abusu interponuntur, quod ex praxi Galliæ quando olim ei subfuit, receptum fuit, (in qua appellationes ab abusu sub Ludouico XII. cœperunt, saltem sub eo nomine & frequentia, vti nunc sunt, *Pasquier en ses Recherches. l.* 3. *cap.* 7.) Sed interest nonnihil, Galli appellant vt ab abusu, etiam, quando Iudex Ecclesiasticus in materia ad forum suum spectante definitiuam sententiam tulit, quasi contra Ius & veteres canones pronunciatum sit: quo vsque cassationes hactenus porrectæ non sunt, neque porrigi posse laxus alioquin satis singulari capite defendit Ceuallos At opponunt Galli regem esse protectorem Ecclesiæ Gallicanæ, libertatis, & veterum canonum, adeoque si quid contra ea fiat, ad eum spectare cognitionem & emendationem. 8.

Sed in ijsdem † modo, & figura procederet hoc argumentum, Christus Petro adeoque Pontifici commendauit oues suas, earum custodiam & defensionem. Itaque si oues deglubantur, aut per iniquorum Iudicum secularium sententias opprimantur, potest Pontifex cognoscere & emendare, ad quem fere modum argumentatur Innoc. III. *in c. nouit. de Iud.* quem tamen non recipiunt, sed imo Maiestatis damnant, si quis ad Pontificẽ recur-

Appellationes tanquam ab abusu & Cassationes.

recurrat. *Papon.l.22. Arr. tit.1. Art.2.* Patiantur ergo nisi alio ipsos iure vti, aliud in alios statuere æquum censeant, nec suam ratiocinationem admitti. Sane quando Iudex Ecclesiasticus censuram inflixit, aut cōminatus est; & sæcularis mandat cassari; non tantum Iudicē & partē petentem pœnas modo dictas incurrere, sed nec reipsa absolui à prioribus per cassationem, certum mihi est, quando enim Ecclesia custodienda non est more castrorū: vt clero suo dicebat S. Thomas Cantuariens. cum illius sicarios vi pellere cœptitarent; Iudex ecclesiasticus cedit potentiæ gladij sæcularis, acta quidem sua lingua cassat, mentem incassatam gerit. Neque Iudex secularis amplius statuere potest, nam in animam & voluntatem interiorem nullum ei Ius est, etiam qua in re ei ius est. *Animam non possunt occidere, inquit Christus, Mat.10.* Sic condemnatus ad palinodiam, sententiæ satisfacit, dum lingua reuocat, & si opinionem animumque non mutet. *Nefas* (inquit Conc. Trid.s.25. c.3.) *sit sæculari cuilibet magistratui prohibere ecclesiastico Iudici, ne quem excommunicet, aut mandare vt latam excommunicationem reuocet.*

DE ELECTIONE.

1. *Electio ad quos olim spectauerit.*

IN Episcoporum † electione tempora magnam variationem induxerunt, primo ipsi Apostoli successores sibi elegerunt, deinde clerus simul conueniens designauit, aliquando clerus simul & populus, aliquando ad populi postulationem clerus: tandem sancitum, vt clerus solus eligeret, laicis exclusis; denique ad sola Canonicorum Collegia exclusis alijs beneficiarijs ius translatum est, & hoc diu durauit, & etiamnum in Germania obtinet, deinde id ius Imperatoribus, Regibus datum est (vnde factum vt Regum aulam Episcopi sectarentur, quod nunquam satis olim prohiberi poterat) nec nisi probati à Rege sacrari poterant, quam probationem Inuestituram vocabant, dato annulo, & porrecto baculo, quod ius cum Leo IX. Greg. VII. alijque Pontifices ad clerum reuocarunt; præteritis Principibus: grauia dissidia inter Pontificatum & Imperium excitata sunt. multū enim decedebat authoritati principum, cum tantæ, tam multæ, & tam amplæ dignitates apud eos desinerent postulari, & Romam deuolueretur ambitus. Vnde S. Bernard. de consi.l.3.cap.3. egregie in illum inuehitur, *an non, inquit, limina Apostolorum, plus iam ambitio quam deuotio terit, an non vocibus eius vestrum tota die resultat palatium, an non quæstibus eius tota legum Canonumque disciplina insultat, an nō spolijs eius omnis Italica inhiat inexplebili auiditate rapacitas?*

2. *Ad quos hodie?* Quas mutationes † diserte enarrat *Azor. Inst. Moral. part.2. lib.3.c.17.q.3.* Hodie in plerisque regnis *vt Hispania, Gallia*, rursum ac in hoc Belgio ex indulto Pontificum maxime Adriani VI. & Leon. X. Pij IV. principes nominant personas sibi probatas, non ad Episcopatus tantum, sed ad omnes primas etiam dignitates seculares, & regulares. In Italia passim Pontifex omissa electione Episcopos assumit; vt exiguus ibi vsus sit electionum. Nominati tamen eas debent habere qualitates, quæ in electis à sacris Canonibus & Concil. Trid. requiruntur. in qua re nostri Principes (Deo laus ipsisque principibus) adeo sunt circumspecti & religiosi ad inuidiam aliorum regum, vt neminem non iure probandum, & de facto postea probatum ac confirmatum vnquam designarint.

3. Episcopi in ijs sedibus vbi Regalia † locum habent, vti in Tornacensi (nam alias in

Bel-

Belgio non scio) vbi à sede Apostolica sunt confirmati, manus Regiæ relaxationem petere debent: quæ fit præstito fidelitatis solito Iuramento, in manibus Officiarij Principalis. Id quod credēdum est à feudis originem traxisse. nec forte tam absonum à ratione est quam & olim & hodie id quidam pinxerunt: nec ex toto tam probabile, quam alij. Vt enim vacantis feudi fructus domini sunt, donec vasallus præstiterit homagium, (quod nō in qualitate Episcopi faciūt, ne Iupiter Cæsari seruiat, sed in qualitate possessoris bonorum feudali nexu astrictorum,) Regalia enim locum non habent nisi vbi principem fundatorem esse constat, adeoque temporalitatem ab eo profectam, & vt talem semper recognosci à nouo successore æquum est. Sic constat Chilpericum Regem Galliæ fundasse & dotasse Tornacens. Ecclesiam: In Regum autem Galliæ Regalia principes nostri successerunt, ex tractatu Car. V. & Franc. I. Cameraci inito anno 1529. quanquam olim Philippus Pulcher Archidux contra Franc. I. Galliæ regem contenderit regalia in tota Flandria adeoque in sede Tornacensi locum non habere. Verum quod principes manus ad collationes extendunt, quæ non à donatione maiorum, sed à sacra præfectura dependent, quasi in fructu sint, excedunt: nisi id faciant ex priuilegio, vti refert Epo Boëtius de Regal. numer. 22. Bonif. 8. hæc verba, *collatio beneficiorum spiritualis est, secus credentes hæreticos reputamus*. qualia Ægidius Magister c. 1. refert *tract. de Reg.* sed si talia, tantum forte personalia, saltem reuocabilia sunt, (vt reuocata fuisse mox in Gallia dicam,) & ex immemoriali vsu præsumuntur. *Boet. de Reg. num. 62. & seq.* In Imperio quidem moderatius agitur; vt Episcopi qui & principes sint, (vt sunt plerique) statim per se vel alios iuramenta debita præstant quidem, & regalia ac feuda sua releuant; non tamen vacante sede temporalitas ad manum Imp. ponitur, sed Cap. administrat pro successore: sed id forte qui Pontifices Germanos Impp. Feder. Henr. &c. superarunt: Bonif. VIII. Philippum Pulchrum aut successores non item: quin & deinde priuilegijs auxerūt, quibus his temporibus adeo Reges Galliæ abusi narrantur, vt Episcopatus idiotis, Abbatias coniugatis, imo virorum fœminis, & contra, quin & ad sacros fontes, denique hæreticis contulerint, quæ nec de illis Impp. leguntur. At vero Bonifacius VIII. vt refert *Gulielmus* de Nangiaco in sua historia Regum Galliæ manus. sub Philipp. Pulchro beneficium Regaliæ illi, & primo hæredi tantum contulerat, pro bello sacro, & quatenus eorum conscientiæ necessarium ad belli sumptus videretur, vt dicit eum Litteras Pontificias recitasse in procerum conuentu; postea reuocauit, cum vidit magis contra quam pro Ecclesia eum niti: etsi ei protectionem & custodiam antiquitus habitam conniuendo permitteret. Hanc puto veram originem Regaliæ, quanquam Carolo Magno à sede Apostolica inuestitura non Episcoporum tantum, sed & ipsius Papæ concessa fuerat, cui etsi quo ad Papam renuntiarit Ludouic. non tamen vlterius, *c. Hadrianus c. in Synodo c. Ego Ludouicus 63 dist.* atque inde pullularunt initia, quæ deinceps accreuerunt, vt postea in possessionem abierint luculentiorem. *vt videre est apud AEgid. le Maistre tract. de Regal. cap. 1. & 2.* Et licet dicatur in ea contentione Bonifacij VIII. & Pulchri recursum ad Anglos, vt disceretur quomodo illi vterentur: *Papon. arr. l. 2. tit. 3. arr. 1.* tamen credo eandem originem habere, quia idem Nangiacus refert Eduardum Regem Angliæ copiosissimum exercitum conscripsisse pauco ante tempore sub titulo iuuandæ terræ sanctæ, etsi eum aduersus Gallos postmodum duxerit, vt facile creditu sit, & hunc à sede Apostolica Regaliæ priuilegium obtinuisse in eum finem. Enimuero, Regaliam nemo iure satis defendit hactenus, sed recurrendo ad anti-

Vbi locum Regalia quid Episcopis incumbat electis & confirmatis

quam consuetudinem, quam argumentis hodie non destrues. Epo Boëtius in *heroic. quæst.* oppugnat, & eum rursum Choppin. *de sac. pol. l.* 1. *tit.* 7. *num.* 11. *& seq.* sed negat vllum vnquam priuilegium datum quod ex Nangiaco nunc probauimus. vult enim Iure competere, ne exhibitio priuilegij indici possit. Quod autem fidelitas & homagium exigatur, & eis præstitis signa possessionis tradantur, Archiepiscopus Treuerens. ad Paschalem PP. (vt refert *Choppin. l.* 1. *tit.* 2. *num.* 13. *de sac. pol.*) non mirum, esse, inquit, *etenim ciuitates, castella, marchias, telonea, & quæque Imperatoriæ dignitatis nullo modo aliter debent occupari.* Quod si autem in fundatione id prouisum est, nihil est dubij: cum ad homagium faciendum Abbatissæ egressum è Monasterio permittat Bonif. VIII. *cap. vn. § . verum de regu. in 6. c. generali* 13. *de el. in 6. cap. præterea.* 23. *de iur. patron. c. veniens de accus. quæ cc. examinat Boet vbi supra*, cum etiã non displicuit Pontificibus, Comitibus, Flandriæ, & Angliæ regibus & Franciæ collationem non præsentationem tantum *Boet. de Reg. in princ.* beneficiorum quorundam habere: *c.* 40. *de testib. c. vlt. de conc. Eccles. non vac.* cum alioqui tantum patronis competat præsentatio. *c. cum inter. de consuet. c. ad supplicationem de Renunc. c. dilectus.* 34. *de præb.* In reliquis manet manebitque controuersia. Principes nostri cum ad Episcopatum aliquem nominant, præfantur, se id facere vigore Regaliæ, indulti Apostolici, seu quo alio iure sibi competente: Pontifex in litteris confirmationis prouidet nominato in vim indulti Apostolici, omissa Regaliæ mentione, vtpote quasi reiectæ; si non agnitæ.

4. *Electio Papæ.* Si Deus in Angelis suis † reperit prauitatẽ; non miremur si per illicita ad summum Apostolatus apicem aliquando itũ est. Iul. II. in Conc. Later. declarauit electionem Pontificis nullam esse, si symoniaca nundinatione inducta sit, sic electum esse exauthorandũ, cum omnibus suis sequacibus & complicibus Cardinalibus, nemo ei obedire tenetur, sed noua electione è solio turbandus est; proxenetæ & conscij, vt rei Maiestatis pœnis subijciuntur. *quas const. refert P. Matth. S. D. h. t. c.* 1. 2. 3. Clemens VII. binas etiam Constit. edidit de pontificis electione. Pius IV. aliam, *incip. in eligendis,* de conclauis reformatione. Gregor. XIV. vetat sponsiones super electione, vita, aut morte Pont. aut creatione Cardinalium.

Gregorius XV. 7. *Cal. Decemb.* 1621. pro electione Pontificis Romani insignem constitutionem edidit, quoad Iuramentum de eligendo, quem secundum Deum eligi debere iudicauerint, numerum, scedulas secretas, accessum, scrutatores, ægrotos, pactiones, fœdera, minas, signa, constitutionis immutabilitatem, & de ea seruanda Cardinalium Iuramentum, aliaque quæ ad sanctam electionem pertinere possint.

5. *Processus Electorum Episcoporum.* Eiusdem Gregor. XIV. † exstat constit. (*quam refert Quar. verb. elect.*) continens formam faciendi à Nuncijs Prouinciarum, aut electorum Ordinarijs, Trid. *sess.* 22. *c.* 2. processum & inquisitiones ex præscripto Concilij Trident. super promouendis ad regimina Ecclesiarum Cathedralium, & superiorum, seu monasteriorum & ad cæteras dignitates. *Inc. Onus.* Itaque circa taliter promouendos Concil. Trid statuit primum *sess.* 7. *c.* 1. vt ad Cathedralium ecclesiarum regimen nullus, nisi ex legitimo matrimonio natus, & ætate matura, grauitate morum, literarumque scientia, iuxta constitutionem Alexandri III. *quæ incipit cum in cunctis* in Concil. Later. promulgatam, præditus assumatur. ex matrimonio quamuis subsequenti legitimo natus recipitur in Episcopum, & si non æque in Cardinalem, *ex constitutione Sixti V. incip. postquam* 3. *nou. dec.* 1595. *citati à Barbos. ad d. c.* 1. *in collect. DD.* ætate est matura is, qui trigesimum ætatis annum exegit. *d. c. cum in cunctis d. const. Greg. XIV. onus.*

Et sess.

Et *seß*.24.*c*.1.vt mortuo Episcopo † statim preces indicantur, quibus bonus à Deo pa- 6.
or postuletur. Hortatur omnes ad quos electio, seu quæuis prouisio spectat, vt non ex *Qualitas eligendorū.*
ımano affectu,sed exigentibus meritis,quos digniores & Ecclesiæ magis vtiles iudica-
:rint,præfici curent,alioqui peccatis alienis communicaturi. Denique legitimos, vita,
ate,doctrina cæterisque qualitatibus iuxta canones,& eam synodum requisitis prædi-
;,& serium examen,& inquisitio fiat,relatio in consistorio, Cardinalis referentis, &
iorum aliorum subscriptio,& asseueratio sub periculo salutis æternæ, quod certo exi-
ment electos idoneos esse,qui Ecclesijs præficiantur, & iudicium tamen,vt non præci-
:etur,in aliud Consistorium differatur. *d.c.*1. quæ fere eadem Leo X. *in Concil. Lateran.*
dinauit.*vt refert P.Matth.h.t.c.*4 Ad hæc *c*.2.*seß*.22. requiritur vt electus fuerit antea in
:ro ordine saltem sex mensium spatio constitutus, vti Concil. Aurel.5.can.9.annum
juirit Innoc.III.*c.à multis* †.*de æt.& qual.ord.* sub diaconatum exigit non præcisum eius
dinis,suscepti tempus.Scientia vero præter hæc eiusmodi polleat, vt muneris sibi in-
1gendi necessitati possit satisfacere. Ideoque antea in Vniuersitate studiorum Magi-
r,siue Doctor,aut Licentiatus in sacra Theologia vel iure canonico merito sit promo-
;,aut publico alicuius Academiæ testimonio idoneus, ad alios docendos ostendatur;
od si regularis fuerit,à superioribus suæ religionis similem fidem habeat.

Leo X.in Conc.Lat.statuit,† vt Cardinales claris virtutibus & integris moribus illu- 7. *Qualitas*
es sint,*P.Matth.sept.D.L.*1.*t*.4.*c*.4.& de eorundem numero,ordine, tempore, ætate, *Cardinalium.*
alitate extat Constit. Sixt.V. *Inc.postquam* & alia *Inc. Religiosa.* & in *eod.c*.1.*s*. 24. Trid.
onc.*circa finem*.statuitur,vt qualitates à Conc. in Episcopis requisitæ in Cardinalibus
àm inueniantur.

Inter quas est ætas 30.annorum, quam ideo censent aliqui in ijs esse debere;sed alij
stimant sufficere in Cardinali Diacono 23.annum incœptum,in Card.Presbytero 25.
Card.Episcopo 30 expletum *refert* Azor.*Inst.mor.p.*2.*l*.6.*c*.5.*q*.10. Concil. Trid. *vbi su-*
,& Basil.requirit & illud,vt Cardinales ex omnibus nationibus sumantur (quantum
ımode fieri poterit)cum repræsentent vniuersalis Ecclesiæ senatum, supremi capitis
:rales Consiliarij.(Vnde Pius V.ex decreto Bonif.decreuit reum esse læsæ Maiest. &
puniri,qui Cardinalem hostiliter offenderit,*P.Mat.Sep.D.l.*1.*t*.4.*c*.3.)quanquā omnes
ristianæ Gentes simul non soleant tertiam partem numeri facere,quem faciunt Itali.
& Concil. Basil. *s*. 23. voluit aliquando ne tanto numero essent Card.quo & olim &
ıc videntur,sed 24.non excederent,ne per multitudinem dignitas vilesceret.

Idem Conc.Basil. censuit quoad doctrinam Cardinalium vt sint eruditi in Iure diui-
,vel humano:& denique, inquit, tertia vel quarta pars de Magistris vel Licentiatis in
ra scriptura.Inter Cardin.autem esse aliqui poterunt admodum perillustres, filij, fra-
s,aut nepotes,regum seu magnorum principum, in quibus cum circumspectione &
turitate morum competens literatura sufficiat.Hactenus Conc.Ab his enim in tem-
;alibus Ecclesiæ maiestas & stabilimentum accedit.Alioquin Dominus Moysi. *Exod.*
dixit,Prouide *de omni plebe viros sapientes & timentes Deum*,in quibus *sit veritas.*

Lites Cardinalium(vt vno verbo parergōs id hic dicatur)Pontifici reseruantur à Pau-
V.*P.Matth.vbi supra c*.4.sumptus funebres excedere non debent 150.flor. Leo *ibid*.10.
t.sed ille valor nunc non sufficit tota eorum familia cultu illustris modestiæ enitesce-
lebet.*idem Leo ib.c*.5.denique hoc ad formam creationis Cardinalium spectat, vt non

prius rata sit, quam Cardinalatus insignia accesserint. Eugen. ex Constant. Concil. *apud P Matth. vbi supra cap. 1.*

8. Leo X. apud P. Matth. *in sept. D. h. t. c. 4.* vt monasterijs præficiendi, vndequaque idonei, dignique sint, decreuit.

Præficiendorum monasterijs qualitas. Confirmatio.

Et Concil. Trid. *s. 25. cap. 21. de ref. reg.* vt his qui suos conuentus habent, regulares personæ eiusdem ordinis expresse professæ præficiantur, quod ante constitutum à Bonif. VIII. *in c. nullus de elect. in 6.*

Pius IV. omnes electiones superiorum qualiumcumque Conuentualium Ecclesiarum Romæ voluit confirmari. *P. Matthæ. ibid. ca. 5.* literis desuper in forma expeditis, quod in omnibus prouisionibus, quæ Romæ obtineri debent, locum vindicat, & statutum fuit à Iulio III. & extat etiam Breue Pij V. sed ea confirmatio hic non solet à Pontifice peti, nisi in Consistorialibus abbatijs, sed impræsentiarum mota est difficultas circa hoc, & nondum decisa. præsertim quod in Indulto Carol. V. Philip. II. & Alberti, de nominando ad primas dignitates habeatur, quod sic nominati à sua Sanctitate obtinebunt confirmationem, sed vsus tamen hoc hactenus, vt dixi, non recepit, nisi quod stante controuersia an. 1617. Abbas S. Gisleni Romæ confirmationem petierit. Et quidam alij deinceps. potuit quidem Pontifex modum adijcere quem voluerit suæ liberalitati, quê Principibus exhibuit: sed quod inter eos agebatur: Iuri aliorum non præiudicabat. quorum vniuersi plerumque Ordines ex Instituto à S. sede confirmato alijs legibus vtebantur, quousque magis diserte à Pontifice bene informato fuerit expressum. non enim facile creditur vno verbo leges plurium simul ordinum tanta deliberatione sancitas voluisse subuertere, præsertim dum augendæ disciplinæ causa non apparet.

Forma eligendi temporal. super.

In electione † superiorum quorumcumque, Abbatum temporalium, & aliorum Officialium, ac Generalium, & Abbatissarum procedi debet per vota secreta, ita vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur, nec licet Prouinciales, Abbates, Priores, aut alios quoscunque titulares ad effectum electionis faciendæ constituere, aut voces absentium supplere, alioqui electio irrita est; & qui electionem ita de se fieri permiserit, ad omnia in Religione officia inhabilis; facultates contrariæ concessæ abrogatæ, concedendæ subreptitiæ declarantur. non tamen prohibet Concil. quo minus locum habeant Instituta Religionum, in quibus datur facultas superioribus absentibus, & legitime impeditis, vt mittant ad generalem Conuentum, alium religiosum, qui tanquam eorum procurator, suo loco & nomine in electione suffragiũ ferat, vt in constit. Minimorum habetur. *Azor. Inst. moral. l. 12. c. 18. q. 39.* porro secretum hoc nõ violatur, quamuis superior per se, aut deputatos assumpto etiam vno, alteroque vota recipiat; & postmodũ inter se conferat: quin etsi eligentium aliquis ante electionem de ea tractet, de eligendorum meritis proponat, inclinationem in hunc vel illum aliquatenus significet, dummodo nihil certum addicat, paciscaturue, sed in futuram electionem liber permaneat. alioquin vel vnius suffragij publicationẽ irritare electionem dicitur Rota censuisse *in dicta causa S. Maximini.* quod quidem summi rigoris existimem esse, facultatemque præbere posse, vt foret in potestate alicuius electionẽ alias rite factam irritare, & quidem ita Conciliũ vota vult esse secreta, vt singulorum eligentium nomina numquam publicentur: adeoque in literis confirmationis exprimi illa nullatenus possint, vt id si fiat, electionem irritari decisum referatur quod tamen non æque obtinuerit, si post confirmationem, atque rem totam rite peractam eligentes aliqui sua vota publicauerint. quamquam enim id fit

tersus intentionem Concilij, in verbis; *numquam publicentur*: tamen extra causam alem est illius decreti, in verbis; *quo omnia recte & sine vlla fraude fiant*. is finis cum ele- one rite facta confirmataque obtentus sit; eam quæ ex post facto accidunt, infectam nullam facere nequeunt. alioquin in potestate cuiuslibet fuerit canonicas electiones nullare. quod foret absurdum. admittendum est tamen eum, qui conscius fuerit ctionis non secreto de se factæ, admittere prælaturam non posse. quod si ante ipsam ctionem conscius ita se creari permiserit, ad omnia religionis officia à Concilio inha- itatur: quod si id post confirmationem demum resciderit, dimittere officium teneti, petere à Pontifice confirmationem decisum referunt citati *ibid. numer.* 9. nec igno- itiam huius decreti sanare nullitatem *num.* 16. quamquam dum citra electi culpam ctio facta est, & sufficiens fuit eligentium consensus, in bona fide electo postea nulli- em resciscente, in foro interno benignior forte sententia recipi queat. Electioni præ- ttendus est tractatus consultorius, *c. Genesi de elect.* ita tamen, vt absit ambitio, & icitatio per se, aut suos. *c. per inquisitionem eod.* adeo vt ante electionem nec requisitus quis ctioni possit consentire. *c. cum post. eod.* & quamuis hodie electiones regulariter fiant r vota secreta: *Trid. s. 25. c. 6. de reg.* id tamen deliberationem non vetat; sed vota non se- ta. & sic intelligenda sunt statuta quorundam Ordinum prohibentia præuios tracta- nam exaudienda sunt de solicitatione, pacto, ambitione. *Diana p. 2. t. 2. Misc. r. 37.*

Per decretum autem Concil. Trid. *s. 25. de Reg. c. 6.* censet H. *Canis. in sum. iur. can. h. t.* state controuersiam, an forma ab Innoc. præscripta in electione prælatorum non Epi- porum seruari debeat. Cum Innoc. ipse tantum ad regularium prælatorum electiones oduxerit. *c. quia propter. 45. x. de elect.*

Alij porro censent hoc c. non vlterius esse abrogatum, quam vt vota sint secreta: re- quam formam mansisse intactam. & ita censuisse Rotam *in causa Metensi, & solem- er S. Maximini Treuerensis. citati apud Barbosam in Collect. DD. ad Concil. Trid. ad d. c. 6. s. 25. de ular. numer.* 18. *&* 19. vbi *numer.* 10. *ex Nauarro dicit* caput hoc locum non habere in ctione per compromissum, sed scrutinium dumtaxat, sed compromissariam viam ab- gatam esse; vt & communis acclamationis; quæ via spiritus S. dicebatur, suaderi potest r illa verba; *omnes supra dictos eligi debere per vota secreta, & si contra huius decreti constitutionem quis electus fuerit, electio irrita sit*. Vt videatur viam quamcumque aliam obstruxisse, vt ci- ti censent *num.* 15. Archiepiscopi & Episcopi cuiuscumque ordinis ad claustra sua reuer- ad ordinis dignitates aut officia assumi non possunt, eligentes voce actiua & passiua iuantur. *ex const. Pauli IV.*

Præscribit quoque Conc. Trid. *c. 7. s. 25. de Reg.* vt Abbatissa, & Priorissa, & † quocum- ue alio nomine præfecta, vel præposita appelletur, quæ caput sit istius Conuentus, *Serol. rb. Abbat.* § 1. eligenda non minor annis quadraginta, & quæ octo annos post expres- m professionem laudabiliter vixerit; Quod si his qualitatibus nõ reperiatur in eodem 91. *Abbatissæ qualitas.* onasterio, ex alio eiusdem ordinis eligi potest; si hoc etiam incommodum superiori, i electioni præest, videatur, ex ijs quæ in eodem monasterio annum trigesimum ex- plerint, & quinque saltem annis post professionem recte vixerint, Episcopo vel alio su- eriore consentiente eligitur. Duobus vero monasterijs, nulla præficitur. Abbatissa quæ er quinquennium non mansit in religione, & excedit triginta annos, ad requisitionem larum monialium de licentia superiorum potest confirmari. *Serol. vbi supra.* Conc. porro nihil

Eligendi forma ubi non nominatur à Principe. nihil mutauit circa eos, quibus ius competit electionis. Itaque debet eligi à monialibus eiusdem monasterij, *c. indemnitatibus de elect. in 6.* præter quam quod eo cap. dicitur, quod moniales quæ sunt duodecim annorũ habeant vocẽ: quod nunc non obtinet. quia Conc. Trid. nec tacite, nec expresse vult esse professam, quæ non expleuit sexdecim annos. Cum porro d. c. indemnitatibus non nisi monialibus ipsis suffragium tribuat in electione; dicendum est præsidem non posse supplere, vel in casu discordiæ, vel suffragiorum defectu ulla vota: nisi id forte antiquitus obtinuerit; ordinis statuta, aut priuilegia permittant. Sed si moniales in electione fuerint discordes, posse Episcopum nominare vnam, quam magis idoneam iudicauerit, & ex tripartito numero duas partes concurrere debere, nisi alia fuerit loci consuetudo, respondit S. Cong. *vt habet Pias. inpr. p. 2. c. 3. numer.* 57. Vt fere nunc vbique est, electam tamen à duabus tertijs, sine vlla mora confirmandam statuit d. c. *indem.* §. 1. quod est omnino seruandum, ea cui non suffragantur duæ; confirmatur tertia *eodem* §. sed post obiecta excussa, vt non absolute opus sit duabus tertijs, pro legitima hic electione, sed ad effectum d. §.

Gregorius XV. *Const. Inscrutabili* 1622. decreuit vt Episcopus etiam in exemptis, cum superioribus regularibus Præfectarum electionibus per se vel per alium, possit inter esse ac præsidere. Non tamen Episcopo attribuit ius confirmandi præfectas, sed illud intactum mansisse censuit S. Cong. 1624. *apud Barbosam num. 18. in collect. DD. ad Concil. Trid. ad d. c. 7.*

Extat autem Constit. Greg. XIII. de monialium præfectis non vltra triennium eligendis. *Inc. Exposcit.* sed est tantum pro Italia. quæ in monasterijs, quæ congregationes habent, & de vno ad aliud vt mendicantes transferri possunt, prudenter practicari posse videtur; sed in ijs quæ habent stabilitatem loci, non æque, nam si in ordinem omnes eant eligendæ, ob veteris dignitatis prærogatiuam, non facile ad disciplinam cogi possunt. quin & defunguntur antequam statum monasterij noscant. Vnde erat consilium Tiberij, de quo ita *Tac. lib. 1. Ann. Id quoque morum Tiberij fuit continuare imperia, ac plerosque ad finem vitæ in ijsdem exercitibus, aut Iurisdictionibus habere.* Et quidam Ordo induci non potuit à Principibus nostris vt præfecti fierent triennales.

De alijs qualitatibus Concilium hic non disponit. recte tamen tradunt citati *à Barbosa in Collect. DD. ad Concil. Trid. ad d. c.* 7. præfectam eligi debere legitimam Virginem, non bigamam, aut infamẽ, quamuis Diana alijque in benigniorem partem senserint de illegitima, & non Virgine. *p. 3. t. 2. r.* 99. 101. Sed nec eligendam minorem quadraginta annis, & quæ octo annis in monasterio professa laudabiliter vixerit; cum aliæ sint illa qualitate præditæ, & alias idoneæ; quamuis minores præscriptis, & ætatis annis, alias qualitates habeant potiores. quia Concilium non aliam permittit eligi, quam si in eodem monasterio ætate quadragenaria, professione octonaria non reperiatur: & minorem tum demum admittit; quum minus commodum superiori videtur aliunde adsciscere.

Conc. porro in electione, cum olim plures modi essent, solam viam scrutinij præscripsit vt diximus, & per vota secreta etiam oretenus accepta electiones fieri voluit, adeo vt nunquam resciant aliæ quæ fuerunt aliarum vota. *ex Cong. Conc.* Serol. *vbi supra* §. 6. *vbi* & asserit electionem non secrete factam esse nullam vtpote factã contra formam Concilij. vt asserit ideo irritatam Romæ fuisse electionem cuiusdam prouincialis, omnium eligentium vocibus vnanimiter acclamatam.

Inferio-

feriora beneficia † præsertim curam animarum habentia personis dignis & habili- 10.
¢ quæ in loco residere ac per seipsas curam ipsarum exercere valeant, conferri de- *Inferiorum*
alioqui collatio nulla est,& conferens pœnas incurrit. *c.graue nimis de præbend. c. quia* *beneficia-*
lli de cler.non resid.c.licet canon.de elect,in 6.Trid.s.7.c.3. *riorum.*

inc.etiam Trid. *s.23.c.4.* renouat Clementinam *vt ij de ætat. & qual.*quæ renouabat
t.Alex.III *incip.in cunctis.§.inferiora de elect.* vbi Archidiaconus,Diaconus, Præposi-
elDecanus, presbyteri sub pœna priuationis intra annum fieri, vel esse iubentur.
§.Panorm.ibid.explicans,*ita,*inquit,*si beneficium habet ordinem annexum, & annexio*
ctu aptitudinis,requiritur vt promouendus tempore suæ promotionis habeat eam ætatem vt infra
possit ad illum ordinem ascendere; non tamen requiritur vt actu habeat illum ordinem (sic
ocho,Archidiacono,Decano, *&c.in c.si pro de præben.in 6.& alibi decisum.*) *Aliquando*
nnexio respectu actus, & tunc necessario requiritur,vt qui promouetur tempore promotionis,
m ordinem habeat. sic ille. Huius generis vltimi est, vt beneficium accepturus actu
tonsuram,actuque sit clericus, neque enim hic cingendus habetur pro cincto.
in prax.ben.d.385.

e etiam præsentatio non tonsurati à patrono facta nulla est. *Garz. de benef.p.7.cap.*
.24.nisi forte in tempus idoneum, quo tonsuratus erit. *ad sensum l. in temp. D. de*
stit. vt ex tunc valeat actus (ideo que intra tempora patronorum præsentationi
à idoneus esse debet)alioqui temporibus sine effectu lapsis à patronis deuoluitur
ie ad superiores.quare procedit declaratio *Sac. Cong.ibid.num. 29.* vt sic præsenta-
& ei quasi arctato à Cap.sede vacante primo anno dati dimissoriæ possint, alio-
tio conditionate vel de non idoneo in tempus idoneum fieri nequit.*cap.2.de el. in*
enim legitimi conditionem non recipiunt,neque diem.Sic in nouis Episcopati-
gicis promouendus ad præbendam affectam Licentiato,actu,non sola aptitudi-
esse debet, loquuntur enim bullæ de in famosa aliqua studiorum Vniuersi-
notis,quod actum præteritum significat. *VVamesius consl.18. incip. in electione vo-*
tinuis contra iudicatum dicatur;sed credo in possessorio tantum,quod iudicium
ctum quam ad ius spectat.nec rebus iudicatis,quæ diuersas sæpe circumstantias
at,sed legibus standum est.

s tonsura & minoribus † insignitus,ante 14. annum inceptum saltem, *Riccius* 11.
92.potest obtinere beneficium,*Trid.c.6.s.23.* cum olim videatur maior septen- *Ætas eo-*
efuisse,*c.nullus de temp.ord.in 6.*aut saltem arbitrio iudicis id relictum fuisse:qui *rum.*
i idoneos reputaret,qui in Ecclesia possent seruire.*c.super ordinata, extra de præb.*
ius tarde capacitas cernitur,in alijs malitia ætatē præcurrit, quæ iudex dispicie-
fit vt dispensatus super ætate intuitu vnius beneficij, non possit in vim eiusdem
ionis aliud etiam primo resignato obtinere. *refert ita censuisse Pontificem Borgn.*
dec.29.num.15.& non iuri tantum sed & consuetudini immemorabili derogat
nde Conc.secretum regis Catholici in Belgio anno 1569. ad rescriptionem
fiæ super admissione Concil. Trid. non obstante eiusmodi consuetudinis alle-
nsuit his verbis,*deinceps debebit hic articulus obseruari.*

ioni tamen in contrarium disponenti derogatum non esse censuit Sac. Conc.
*à Barbosa ad d.c.6.s.23.*vbi & ex Stephano Gratiano asserit ad pensionem suffi-
m septem annorum.Sic canonicæ Montenses & Niuellanæ etiamnum in in-
tuuntur. Por-



Porro tonsuræ accipiendæ, nulla ætas præscripta est, neque minoribus ordinibus, sed recurrendum ad sacros canones. A Trid.*s.23.c.12.* præscribuntur anni Subdiaconatui 22. Diaconatui 23. Sacerdotio 25. inchoati, Episcopatui 30. impleti; *c. cum in cunctis de elect.* In dignitatibus alijs habentibus annexam curam animarum 25. inchoati, in alijs 22. *d. c. cũ in cunctis, Trid. s.24.c.12.* expleti. *Cong. Conc. 4. Sept. 1591. refert Garz. de benef. p.7.c.4.n.70.* olim sufficiebant viginti, vt & in personalibus. *c. vnic. de ætat. & qualit. præf. in 6.* In his enim requirit Conc. vt non sint viginti duobus annis minores, quæ formula expletos significat. *de minor. 25. an. Less. de Iust. lib. 20. c.34. numer.* 108. In illis requirit tantum Conc 25. attigerint. *d.c.12.s.24.* in Parochiali, quæ in titulum datur, vel in commendam, & in illius Vicaria 25. inchoati. *d.c. cum in cunctis, clem. vnde offic. vic. c. nemo deinceps de elect. in 6.* parochialis coadiutor sufficit vt sit sacerdos, etiam dispensatus super ætate: nam eius ætas expressa non est in iure, *Azor. Inst. Mor. 2. par. l.6. c.5.* nisi quis vrgeat, ad morem Vicarij eum 25. annorum esse debere, & rationem quæ in Vicario est, in eo militare, & surrogari Pastori, adeoque eius natũ{ram} & requisita habere: quod magis placeret. In canonicatu Cathed. talis ætas qualem præbendæ annexus ordo requirit iuxta distinctionem Trid. *s.23.c.12.* in collegiata ac cæteris 14. inchoati, *Trid. s.23.c.6.* nisi in fundatione secus sit cautum, cui non derogatum per Conc. *Sa. in verbo benef. ex Cong. Conc.*

12. Quicumque porro † ad aliquam dignitatem, officium aut functionem vocantur, tales esse debent qui muneri suo respondere possint. Archidiaconus quidem Ecclesiæ Cathedralis omnesque quorum dignitati cura animarum est annexa, ætate vt dixi, 25. annorum cœptorum, doctrina ad munus suum necessaria, & vitæ integritate commendabiles sint. Adeoque Archidiaconus Doctor sit, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel Iure

Archidia. Canonico. *d.c.12.s.24.* Pœnitentiarius in Ecclesia Cathedrali annorum quadraginta similiter

Pœniten tiar. Doctor, aut Licentiatus esse debet in alterutra illarum facultatum, seu alioquin magis aliquis aptus. *s.24.c.8.* Scholasticus Doctor aut Licentiatus in sacra pagina, aut Iure

Scholasticus. Canonico aut alias idoneus, qui per se id munus explere possit *s. 23. cap. 18. §. de cætero.* Ordines etiam beneficio aut officio annexos suscipere debent, alias post monitionem priuandi, nisi iusto impedimento excusentur. *Cong. Conc. apud Riccium in prax. Episc. dec. 564.* sicut parochus ipso iure per anni lapsum excidit.

Ad hæc sancta Synodus Tridentina *s.24.c.12.* hortatur vt in prouincijs, vbi id com-

Canonici Cathed. mode fieri potest, dignitates omnes, aut saltem dimidia pars canonicatuum in Cathedralibus Ecclesijs, & collegiatis insignibus conferantur tantum Magistris, vel Doctoribus, vel etiam Licentiatis in sacra Theologia, vel in Iure Pontificio, & mediæ parti canonicatuum Cathed. ordo sacerdotij annectatur. *Trid. s.24.c.12.§. in omnibus.* Ad hanc rationem in erectione omnium sedium nouarum Belgicarum nouem præbendæ primo tunc vacaturæ affectæ fuerunt: tres Theologiæ, tres Iuris doctoribus, aut Licentiatis, tres aliæ nobilibus diocesanis, seu Theologiæ, seu Iuris doct. aut Licent. vt hi omnes tam doctrinæ alij, quam generis etiam splendore alij, in Ecclesia enitescerent, ac virtutibus, fortibus consilijs, consanguinitatibus & affinitatibus Ecclesiam iuuarent. quibus magna quidem stirpe natis persuasum id esse conuenit, quod Saluium Cocceianum nepotem Otho Imper. monuit, *vt Tac. l.2. hist. refert, vt erecto animo capesseret vitam, neu patruum sibi Othonem fuisse, aut obliuisceretur vnquam, aut nimium meminisset.* alijs vero quibus humilis est natiuitas, vt eam virtute, & industria ita illustrent, vt Tiberius dedecus natalium

Curtij

...trij Rufi his verbis velauit, *Curtius Rufus videtur mihi ex senatus. Tac. l. 11. Anna.* Denique ...nes hi graduati Episcopo suo in religionis alijsque Episcopatus negotijs operā ac stu... ...m suum præstare tenetentur. *iuxta d. cap. 12. in princip.* quam rationem produxerunt ...acos post annos tunc rebelles Ordines inter cæteras iuxta allegationem nouorum E... ...copatuum (quasi & Episcopi noui & hi subministri instrumenta exquisita forent, ad ...roducendam odiosam tunc inquisitionem, aliaque quæ ipsi sibi somnia fingebant) in ...ulso eo scripto, quo causas suæ defectionis, & cur Rex iure suo in has hæreditarias di... ...nes suas excidisset, edisserendo ineptierunt.

Ad Canonicatum in † collegiata sufficit ætas 14. annorum vt dixi, quia quoad hoc in ...oncil. Trid. nihil disponitur, & ad dimidiam portionem in Cathed. nec hæ portiones ...bent annexum ordinem sacrum, & siquidem in fundatione minor etiam ætas permit... ...ur, non est derogatum. atque olim sufficiebat ætas septem annorum, *cap. ex eo, ibi, in pu... ...eri ætate existens, de elect. in 6.* hæc enim omnia minora sunt beneficia, & pro his obtinen... ...potest Episcopus dispensare cum illegitimo, vt hæc omnia à sacra Card. Cong. inter... ...etata, vel à Rota decisa refert Gonçalez *ad reg. 8. Canc. gl. n. 91. vsque* 100. Collegiat.

In multis locis † seu ex indulto Apostolico, immemorabili consuetudine, constitutio... ...bus antiquis synodalibus, aut Prouincialibus obtinet, vt beneficia ibi instituta non nisi ...ginarijs patriæ, prouinciæ, seu oppidi conferantur, *de quibus Gonçalez ad regul.* 8. *Cancell.* ...*gl.* 9. §. 1. In Gallia & Hispania non nisi intraneus beneficium obtinere potest. *Couar. ...ct. quæst. tom. 2. cap. 35. num.* 5. Et vt generalius fieret, multum in Conc. Trid. agitatum ...t. & exstat *in lib. edict. fol.* 205. Edictum Maximil. & Philippi, 12. Septemb. 1485. vbi ...externorum, & incognitorum prouisionibus, in locis præsertim limitaneis, vetantur ...lomata recipi. & ne id fieret in secularibus dignitatibus deinde concessit Car. V. ad ...am Leo. X. 1515. 2. *Idus Iun.* 13. Benef. patrimonial.

In huiusmodi beneficijs oriundis debitis quæri potest an per Baptismum in eo loco ...ceptum censebitur quis originarius? Id quod vsu venire potest in præbendis gradua... ...in nouis Cathedralibus Belgij affectis nobilibus, Diocesanis, Gonçalez *vbi supra num.* ...5. *post Lucam de Penna in L. ciues num. 3. C. de Incol. lib.* 1. affirmat; Rebuff. *in tract. de pacif poss. ...m. 117. in fin.* dicitque quod si Iudæus vel Paganus baptizetur in Francia efficitur regnicola, ...refert de hoc *Gonçalez* Diocesis Calaguritanæ statutum. sed & Concil. Basiliense *sessio.* ...his verbis, de neophytis baptizatis decreuit, *Quoniā longe dignius est regenerari spiritu quā ...sci carne, lege præsente statuimus vt ciuitatū & locorū, in quibus neophyti sacro baptismate regeneran... ...ibi legis libertatibus & immunitatibus gaudebunt, quæ ratione dumtaxat natiuitatis & originis ...consequuntur.* modo scilic. non in fraudem fiat ab extraneo, ad ita solum ius ciuitatis ...cuius acquirendum, quæ obtinent præsertim quo ad spiritualia, & Ecclesiastica, vt affe... ...iones beneficiorum, quorum qualitates occasione obiecti ecclesiastico iure censendæ ...nt. vnde, & quia in dubio pro admissione est tenendum, *vt habet Baldus in Cons.* 183. *sta... ...a ciuitatis Veronen.* censuit Rota in beneficio requirente nobilitatem sufficere nobilita... ...m matris. *refert Gonçalez. d. loc. num.* 102. 103. 104. quod hic non reciperetur.

Est recēs Constit. Pij V. qua decernit captiuos fieri liberos suscepto sacro Baptismate, ...i sub tutelam ciuis cuiuspiam Romani confugerint, sed huius verba restrictiora sunt, ...iam Conc. Basil. decretum.

Ad præfecturam quorumcunque † collegiorum solet prouidendus assumi per ele- 14.

Forma prouis. benef. in Colleg. ctionem collegarum *c.1. de elect.* nunc princeps in his locis primas omnes dignitates ex indulto confert, vt diximus: etiam alia in Collegio beneficia per Collegium conferri debere, ex *d.c.* 1. inferri solet; quod vsus passim firmat, cætera per Episcopum disponi, qui est collator ordinarius omnium alioquin beneficiorum suæ Diocesis, nisi Romanus Pontifex se inmisceat per præuentionem aut reseruationem mensium, iuxta regulas Cancellariæ, vel Concordata; aut consuetudo ad alios ius transtulerit. sed ob difficultates, quæ in electionibus contingere solent, consuetum est in multis locis, vt per vices ac turnum singuli collegæ, quasi mandatis sibi Collegij partibus, conferant. quem modum etsi Chop. *de sac. Eccles. pol. l. 1. t. 1. num. 3. 4. 5* à Senatu Paris. improbatum asserat: tamen in Ecclesia Antuerpiensi cuius statuta à sede Apostolica probata sunt, à 300. annis seruatur: & in erectione Ecclesiæ Dauentriensis is modus à Sede eadem diserte procurante Rege probatus est. nec admodum dissonat *c. cum dilectus. c. cum in iure. capit. quia oportet. h. t. cap. 2. vers. Et vt facil. de iur. pat. in Clem.*

15. *Parochia.* Tandem in prouisionibus † pastoratuum eximium modum præscripsit Concil. Trid. *sess. 24. cap. 18.* & Pius V. *in Constit. Inc. in conferendis, quam refert Quar. V. benef. paroch. coll. sc.* vt si parochia vacet per obitum vel crimen, (excipio crimen hæresis, ac defectionis à fide, ob quæ beneficium Papæ reseruatur per Pium V. *P. Matth. in S. D. lib. 1. t. 11. cap. 4.* alias non reseruatur. *c. grauem extra de exc. Prælat.*) & ius patronatus sit Ecclesiasticorum; Episcopus & patronus intra tempus ab Episcopo præscribendum, debent aliquos, qui ad eam videantur idonei nominare. quin & potest Episcopus, non alij nisi Ordinariam Episcopalem iurisd. habent, *Riccius in prax. Concurs. dec. 424. Quar. vbi supra.* per publicum edictum vocare omnes qui se volent offerre, & quiuis potest suggerere, si quem nouit idoneum, & omnes hi sunt describendi: lapso tempore omnes qui comparuerunt etiam S. Theol. Doctores, etiam Episcop. Vicarij, ab Episcopo, vel eius Vicario generali, & tribus saltem examinatoribus à synodo Diocesana approbatis (vel ijs qui verbi gratia in sedium Episcopalium nouorum in Belgio erectione deputati sunt, cum specialitas hæc præsertim Conc. Trid. secuta faciat cessare generalem prouisionem) & iuratis, quod seposita omni affectione humana fideliter munus suum administrabunt, debent examinari, & renuntiari quicumque ex his idonei iudicati fuerint, ætate, moribus, doctrina, prudentia, & alijs ad vacantem Ecclesiam requisitis. ex quib. porro Episcopus eligit, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, cui collatio fiet ab eo ad quem pertinent, etiam pontifice in suis mensibus, nam *Reg* 8. *Canc.* diserte curata beneficia ei reseruat. idem faciunt concordata German. Et Concil. Trid. *s. 24. c. 18.* vbi de concursu statuit, præfatur dispositionem habituram locum in qualitercumque reseruatis. & Pius V. *in bulla de concurs. apertius in verb. electas nobis aut successoribus nostris pro collatione obtinenda.* Et Cong. Conc. luculenter declarauit, *vt est apud Gonz. ad d. R. 8. Canc. gloss. 8. num.* 112. *Piasc. in prax. p. 2. c. 4. num.* 17 quanquam in his Episcopatibus siue institutus sit concursus, siue non, vix audiantur à sede Apostolica côferri pastoratus, vt & Nauarrus putauit per *d. c.* 18. reseruationê parochialium sublatâ *Gonz. s.* quod si patronatus Ecclesiastici fuerit parochia, tûc patronus eligit, quê digniorê putat, & Episcopus eû instituit, si ad eû institutio pertinet: sin autê institutio ad aliû pertinet, Episcopus digniorem eliget, quem patronus tunc præsentat ei, ad quem institutio spectat. Quod si sit patronatus laici, non est necesse examen fieri per concursum; sed tamen præsentatus debet ab examinatoribus examinari, & si sit idoneus,

i admitti. Si in his secus fuerit factum, actus est nullus, & collatio si spectabat ad Epi-
um, deuoluitur ad Papam. *cap. 18. s. 24.* Ex multis nominatis & oblatis à patrono po-
Episcopus eligere, quem vult, vt dixi, sed si sine præuia monitione patroni, plures
int examinati ab examinatoribus, & Episcopo oblati, ex his quem patronus, non
m voluerit Episcopus, eligi potest. quod idem obtinet, etsi patronus sit Ecclesiasti-
quoniam nondum illi sunt à patrono nominati, & Episcopo oblati, vt instituantur,
tantùm examinatorum iudicio approbati, vnde patroni est, quem ex illis voluerit,
ere. Hoc enim ius sicut nec laicis patronis ita nec Ecclesiasticis Trid. synodus tollit.
ist Nauarr. Azor. Inst. mor. p 2. lib. 6. cap. 22. qu. 15. nam concursus per Episcopum debet
i cum patronis. *d. cap. 18. §. porro Episcopus, & qui ius &c. ergo* si solus Episcopus edictum
ponit; & negligit in eo patronum, facit actum quo huic ius auferri nequit, sicut ex eo
ex decreto Concilij interueniret.

Quæ omnia supradicta non sunt necessaria, si collatio fiat canonicatus aut alterius
eficij, cui curatum est accessorie annexum *ex cong. Card. Riccius in prax. P'n. dec. 491.* Si
ro vacet per resignationem in alicuius fauorem, non est locus concursui, siquidem
d S. Pontificem huiusmodi fiat resignatio. Quod si resignatio fiat causa permutatio-
itidem non est locus concursui. *ob cap. vn. extr. de ver. permut.* quia proprie non vacat sed
iditionate *ex cong. Car. Gonsalez. ad R 8. Can. gl. 14. num.* 10. 11. 12. 13. 14. sicut & in exspe-
tiuis *num.* 15. 16. 17. sed tamen opus est nouo examine, vbi parochiæ, quę permutantur
baris sunt conditionis, alioquin si vtrobique æqualis idoneitas, vt ita dicatur, tantum
uiritur, per antiquum examen vterque censetur idoneus. *Cong. Concil.* vel si permuta-
fit simplicis cum curato, curatum acquisiturus examinari, sine concursu tamen, debet.
z. de benef. p. 9. cap. 2. n. 162. cum seq. Ob causas tamen rationabiles quædam ex supra-
tis remitti, vel augeri possunt. *vt in fin. cap. 18. habetur.* vnde forte factum est vt forma
icursus ex integro non passim recepta sit, vt ideo irritæ nō sint collationes secus factę,
iut essent si in stricto rigore recepta foret. Vt enim generatim nō seruata forma actus
ruit. *Euerard. in loco desec. for.* Ita speciatim beneficiaria prouisio. *Garz. de benef. p. 9. c. 1. n. 1.*
Ad concursum parochialem faciendum si non sint examinatores synodales quotan-
deputati, aut alij interueniant, de quibus agit Concil. *Trid. s. 25. c. 18.* quærit Diana *p. 3.*
r. 64. 65 an subsistat diximus late *in Consult. canon.* si quidem concursus substantia, non
nen subtiles aliqui apices sint seruati.

Electio tamen minus digni ad parochialē omisso digniore non est nulla, sed annulan-
per prouocationem; effectusque exercet prouisio, donec irritetur quia seruatur for-
, etsi eligens peccet. *Emman. q. reg. to. 2. q. 82. a. 2.* Vtiq; cum seruata est forma concursus,
collatio ei facta, quem vel Episcopus vel patronus iudicauerit magis idoneum. Vt
ortaliter peccare censeatur communiter, qui omisso digniori beneficium parochiale
eri confert, quamuis digno: saltem si disparitas sit notabilis.

Quin imo sententia quorundam nimis rigida, ad restitutionem teneri videatur, annul-
io autem fit digno appellante, & ad nouum examen prouocante. Dignus autem magis
cui plenius competunt qualitates à Concilio requisitæ, in verbis; *idonei ætate, moribus,*
trina, prudentia & alijs rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam opportunis. Vt fallantur ad-
odum qui solam fere doctrinam ponderant. cum porro, vt solet alter in hac, in illa al-
qualitate excellit, tum porro omnia ponderanda sunt: eaque eligenda momenta, quæ

magis ad regendam ecclesiam sunt opportuna. adeoque in conflictu noti cum ignoto dispar fit ratio. præsumptio etiam est aliqua pro graduato aduersus eum qui illo testimonio caret: sacerdotis etiam, seu ad sacros ordines promoti, *argumento c. 2. s. 22. Concilij Trid.* aduersus carentem illo honore: dispar ratio est origenarij etiam, & exteri: per canones idonei, & dispensatione egentis: potentis, nobilisque, vbi ecclesia patrocineo eget, tenuis, vilisque quod si porro ea sit paritas, vt omnibus expensis duo pluresque in gradu æquali constant, liberior est electio episcopi, vel patroni; iuxta distinctionem Concilij. alioquin cum imparitas liquet, nullus est gratificationi locus.

Animaduertendum porro est loqui Concilium de parochialibus ecclesijs vacantibus, liberis, vel sub patronatu existentibus quare non comprehendentur sub eo decreto vnitæ, quæ nunquam vacant, nec rectores habent; de quibus eis per concursum prouidendum decernit Concilium; sed in illis vicarij deputantur, ab ijs qui rectores ipsi sunt & parochialis Ecclesiæ Ius sibi Incorporatum habent: totusque Concilij textus sonat ea, quæ accidunt in prouisione ipsius tituli ecclesiæ parochialis, non in subrogatione vicarij. Ita sentit Garl. *de benef. p. 9. c. 2. §. 2. num. 285. & seq.* vbi nu. 289. diuersas Cardinalium declarationes negantes in vicarijs præscribi concursum citat. Breue item Sixti V. & Constitutionem Pij V. *quæ in §. volumus insuper*, clarior est quam vt in controuersiam trahi possit (habet eandem. Quarant. *v. vicar. perpet. Pias. pr. ep. p. 2. c. 5. num. 17.*) *Azor. Instit. mor. p. 2. lib 6. c. 29. q. 3. Gonz. ad reg. 8. Cancel gl. 5. § 3. nu. 49. Serol. p. 2. v. vicar. §. 7. faciunt & declarationes à me citatæ tit. de parochiis in fin. Et citati à Barbosa in Collect. DD. ad Concil. Trid. ad d. c. 18. n. 16.*

Quamquam nonnulli *ibid. num.* 17. velint à Rota decisum in vicaria concursui esse locum quando cura totaliter translata est in vicarium, non exercitium curæ dumtaxat, illudque præsumi cum rectori portio fructuum, residuum vicario relictum est, secus vbi vicario congrua; rectori cætera competunt.

Sed neque abbatiam, prioratum, habentem curam animarum, vel aliud beneficium curatum, quæ non sit parochialis ecclesiæ. nam de ea sola loquitur Concilium nec ea cura, quæ collegio incumbit, & per canonicos & hebdomadarios exercetur ad concursum vocantur. vt neque parochiæ regulares semper per regulares obtineri solitæ: neque quæ optari solent. *citati ibid. n. 8. & seqq.*

Vbi etiam *num. 3. & seqq.* refertur parochiales litigiosas, non per concursum, sed subrogationem solere conferri. vt nec illam, quę recuperatur per regressum; & quæ vacat per resignationem simplicem apud sedem apostolicam, aut in vim decreti dimittendi primum incompatibile, quamuis verbis Concilij concursui subijci videatur, solet tamen dataria conferre, sub onere tamen examinis, multo magis quæ vacat per resignationem in fauorem quam ordinarios recipere non posse creditur, adeo quidem vt nec resignantis consanguineos vel ordinarij ad concursum recipi velint. *ex bulla Pij V. anno eius 3. kalendis aprilis.* sed illud rigidum & forte pręter mentem Pontificis, vbi examinatores iuramentum à Concilio præscriptum præstant, nec, iustus metus est præuaricationis.

Vacante ecclesia ne cura animarum ex vacatione capiat detrimentū; debet episcopus, non inferior, nisi quasi iurisdictionem episcopalem habens in facultate congregandi synodum, similiaque agendi, *num. 46. & seqq.* statim ex arbitrio boni viri, atque ita fere intra tres dies cum periculum sit in mora, idoneum vicarium per examen, nisi aliter liqueat,

ieat, cum congrua portione, pro loci necessitate, vbi opus fuerit, constituere: adeo-
e vbi rectores habent vicarios, quibus ipsis impeditis subsidiaria cura incumbit, raro
is erit constituere huiusmodi vicarium, qui curam subeat donec ecclesiæ de rectore
uideatur.

facit tamen hæc ratio, vt statim vicarius constitui, nec vltra quam donec de rectore
uideatur,& infra decem dies episcopus se ad concursum instituendum accingere de-
it. vt commendæ semestres *iuxta c. nemo de elect. in 6.* in parochialibus hodie cessent.
Constituit autem Episcopus tempus, pro arbitrio tamen breue, quod quidem ad vi-
ti dies moderandum putant. intra quod nominatio & examen transigatur. edictum
m ipse proponit episcopus, si quidem ipsi aut synodo prouinciali pro regionis more
eatur expedire. verba sunt Concilij, vt si minus id videatur expedire etiam citra edi-
m publicum nominatio, concursus, examen, renuntiatio idoneorum, electio dignio-
ocum habeat: etiã in reseruatis. vt de forma & substantia concursus non sit huiusmodi
ctum; nisi purificata illa conditione, *si episcopo aut synodo prouinciali magis videbitur expedi-*
nimuero plura quæ hic decernit Concilium omnino exacte, quantum fieri potest,
obseruanda. ita tamen vt non adeo de forma esse existimanda sint, vt propter subti-
vnum apicem, causam totalem euertamus, irritatoque concursu, per quem maxime
eo prouisum sit, dispositionem Romam deuoluamus: vbi ignoti omnibus nume-
npares promoueantur, aduersus Concilij mentem.

Censuit Cong. quod re integra, id est, ante factum examen, etsi post lapsum termi-
præscriptum comparens filius patrimonialis debet admitti. *Gonzales ad Reg.* 8. *Can.*
§. *1. n.* 115.

i concursu ad parochialem peracto examine renuntiantur quotcumque ab his ido-
idicati fuerint ætate, doctrina, moribus, prudentia, & alijs rebus ad vacantem eccle-
gubernandam oportunis. ex hisque episcopus eum eligit, quem ceteris magis ido-
iudicauerit. ea verba non iubent examinatores designare digniorem: probabilius
men eam fuisse Concilij mentem: vt episcopus patronusque ecclesiasticus, vbi ad
opum pertinet institutio, securius eligat. interest tamen non parum quoniam nec
opus, nec patronus alium eligere potest, quam aliquem ex ijs qui ab examinatori-
enuntiati sunt idonei, ob verba ex hisque eligat, sed quamuis examinatores dignio-
lesignent; liberum tamen episcopo, seu patrono manet arbitrium. cui enim datur
io, datur libertas sumendi, quod præ altero placet, atque ita existimem concilian-
issidentium *apud Dianam p. 3. t. 5. r.* 111. opiniones.

st examen † semel factum non licet prouocare ad nouum examen, quia hac ra- 16 Appellat. ab Exam.
semper danda esset appellatio, etiamsi non diceretur de irrationabili iudicio E-
pi. vbi Const. Pij V. tunc demum eam concedit, quando dolose & irrationabiliter
itur. *Farin. Crim. decis.* 123. *num.* 6. tamen Goncalez *ad Reg. Canc.* 8. *gloss.* 4. *nu.* 144. post-
trarium sensisse refert Cong. Cardin. quia aliter esset, ligare manus appellanti, vt
osset docere de grauamine, quia plerumque examinis acta non scribuntur, vel
ricantur, vt ex illis aperte de læsione constare non possit, præsertim cum Ordinarij
ijs animi sui motib. & expensis omnibus circumstantijs, doctrinæ, ætatis, vitæ
ctæ, famæ, &c. procedant. *idem ibidem num.* 124. 125. vnde etiam nisi huiusmodi pro-
onem admittamus, fere reddemus frustratoriam Constit. Pij V. quę ideo disponit,

vt in secunda instantia liceat ad nouum examen prouocare, vt per hoc constet de rationabili vel irrationabili iudicio Ordinarij. Sed prouisus per concursum de parochiali ab Ordinario, non obstante appellatione pastoratum init. an similiter appellans in secunda instantia dignior iudicatus appellante, primo prouiso in possessionem mittetur? negat Gutier. *Can. quæst. l. 2. c. 11. num. 25.* id enim Pius V. non decreuit, vt de primo. Itaque in eo appellatio habebit legitimum suum effectum, cui rationi accedit fauor Ordinarij & maior de eo confidentia, quam de Iudice appellationis. denique ratio suffragatur, quod primus habeat titulum beneficialem ab Ordinario, cui non æquiualet ius qualecumque ex sententia secundi iudicis natum, sed demum quod tertio loco Romæ reddetur inappellabile cum pleno iure Canonicæ institutionis.

17. *Derogatio huius formæ.* Papa huic decreto † expresse potest derogare, quod extra dubium est, & tacite fecisse censetur etiam per generalem tantum clausulam, non faciendo mentionem specialem Concilij, si alioqui de mente apparet. *Gonçalez ad Reg. 8. Canc. gloss. 6. num. 120.* quia hæc forma examinis propter casus *d. cap. 18.* expressos in fine omitti potest, vt diximus. Constitutio hæc adeo vtilis est, vt instante Clero Galliæ edicto regio à Senatu Paris. promulgato recepta sit. *Chopp. de sacr. pol. for. t. 1. n. 2.*

Cum Concil. Trid. vbi supra digniorem ad Episcopatus & pastoratus promoueri velit, an idē sequi oportebit in alijs beneficijs & officijs? negatiuā sequitur Gutier. *l. 2. Ca. q. c. 11. n. 12.* exceptis canonicatibus Lectioni sacræ obnoxijs, magistralibus, & doctoralibus.

18. Romana etiam praxis, aut ordinariorum non recipit in simplicibus; in cathedralibus autem ecclesijs, & collegiatis insignibus, Concilium Trid. *f. 24. cap. 12.* dum hortatur medietatem saltem præbendarum conferri doctoribus, aut licentiatis in theologia, aut iure canonico; non imponit quidem necessitatem: sed interpellat cuiusque conscientiam: & forte in altera medietate liberiorem aliquam facultatem facit: vt collegit Diana *p. 2. t. 1. mis. r. 28.* sæpe enim & non graduati prudentes, industrij, solertes, pietate spectabiles, vtilitatibus ecclesiæ in spiritualibus, & temporalibus sunt æque necessarij atque alij scientia eximij. Vnde *in c. venerabilis x. de preb.* reprobatur statutum, vt non nisi nobilitate, aut scientia excellentes tantum canonici eligerentur, & *in c. ad decorem x. de institut.* aliud statutum, vt non nisi origenatij loci admittantur. quamquam alias inter æquales, qui sunt de genere fundatoris, de ecclesia, & ciuitate exteris recte præferantur. *diximus infra de Inst. n. 12. & late in Iudice. l. 1. c. 36.* & propterea d. c. ad decorem literatos, & alias idoneos admitti iubet: etiam ad ecclesiam Patriarchalem Constantinopolitanam. quare collatorum æquo & bono arbitrio ea res commissa est. inculcantibus tamen sæpe canonibus, ne à carne & sanguine obcæcentur; & ne vllatenus indignis conferant. grauibus vbique pœnis deterrentibus. quod & in patronis obtinet: præsertim ecclesiasticis. laici enim & plures præsentare permittuntur, & concursum inuiti non admittunt. si tamen inidoneos præsentauerint, reijciuntur: ex præsentatis autem per patronum ecclesiasticum eligitur maxime idoneus. *d. c. 18 f. 24.* & propterea Diana *p. 2. t. 1. mis. r 37.* censet etiam ad beneficia curata laicum non teneri præsentare digniorem. De his Concursibus plures decisiones vide apud Riccium *in prax. Concurs. a. l Eccl par.* Quar. vbi supra, &c. *Et citatos apud Barbosam in Collect. ad Concil. Trid. ad d. c. 18 f. 24.*

19. *De resi-* Sed & requirit Concil. *Trid. sess. 7 cap. 3.* vt curata beneficia non dignis tantum, sed & residere volentibus, & qui per seipsos exercituri sunt curam animarum, conferantur: iuxta

ita priores canones ibidem innouatos, alias collatio irrita sit, & collator puniendus. *dentia curatorum.*
eta c. graue.x. de prab. exercere autem curam per seipsos debent, & residere generatim: ...n tamen quasi affixi glebæ numquam abesse possint, aut actum vllum committere ...ipiam: sed vt legitimam peragant residentiam: quæ nonnumquam ex causis legitimis ...quam permittit absentiam. vt de illa tractat. *Barbos. de officio & potestate parochi c. 8. & nos ...a tangimus de clericis non residentibus num.* 24. & decisum refertur 3. *Iulij.* 1591. Toleran...m esse vt parochi per substitutos, suppleant munus in illis saltem actibus, in quibus ...ressis verbis canonum decretorumque Concilij permissum eis est, vt per vicarios, ...diutores, vel substitutos possint officio fungi. *Aldan. in Compend. can. resol. lib. 1. titul. 7. ...1.2.*

Quoniam Gratiæ informes dicuntur ante expeditionem literarum, vt pote quibus ...liæ clausulæ ex stylo & regulis Cancellariæ inseri solent, quæ non habeantur in libel... Papæ porrectis; edidit Iulius III. constitutionem aduersus prouisos beneficia reti...tes sine literis expeditis.

DE RENVNCIATIONE.

Piscopvs Electus acceptare electionem non tenetur: si acceptauerit; renunciare nisi ex causa non potest. *cap. nisi.* 10. *x. h. t.* Abbas & Clerici similiter inconsulto E...pō abdicare se non possunt. nisi priuilegio aut loci consuetudine contrarium rece...i sit *Canis. in sum. iur. Can. l. 1. t. h.* prout passim antehac accidit.

...ius V. in Const. † *Inc. quanta, quam habet P. Matth. in s. D. lib. 1. tit. 15. cap.* 3. declarat & ...it esse nullas resignationes omnes beneficiorum, si ab Ordinarijs recipiantur, quæ ...ient ex aliqua harum causarum. scil. primo, quod resignantes sint senio confecti, ... arbitrio iudicis, *Menoch. de arbit. cap.* 59. valetudinarij scilicet etiam arbitrio iudicis. ...pore impediti, verbi gratia, leprosi, paralytici, laborantes scabiei specie, quam phy...toram vocant, apoplectici, habentes morbum comitialem, Gallicum, Lunatici, ...tes chiragram frequentem. 4. corpore vitiati. v. g. cæci, claudi, habentes manum ...sam, crus abscissum, vel ita contractum vt sit opus ligneo pede, gibbosi & c. 5. ...ni obnoxij, scil. in casibus in quibus clerici essent priuandi suis beneficijs, homici...moniaci, adulteri, concubinarij & c. 6. censuris ecclesiasticis irretiti. 7. denique qui ...unt Ecclesiæ vel beneficio inseruire, vt sunt irregulares, exules, & c. aut 8. qui non ...it Ecclesiæ inseruire, vt qui turpiter & scandalose viuunt, quales Concil. Trid. ...*p. 6.* vult priuari. 9. aut ingressuri religionem, id est, professuri, vel contracturi ma...nium, modo reipsa id exequantur: denique qui ob inimicitias capitales neque...d non audent in loco beneficij residere. vbi notandum; si sine his causis resignatio ...in esse nullam, sed si Ordinarij conferant suis aut resignantium consanguineis, ...ius, vel familiaribus directe vel per circuitum, eos incurrere suspensionem à diui... ne & à Papa absoluantur. sed vt multæ aliæ, hæc Bulla hic publicata aut vsu recepta ...l, quia restringit Ordinariorum facultates, etiamsi forte hic non expressæ causæ, ...men nō improbatæ essēt. hanc Constit. fusius explicat M. Anton. *in prax. Neap. c.* 54. *1. Quibus ex causis fieri possint.*

Im

In resignatione atque etiam permutatione parochialis vel alterius beneficij residentiam exigentis, hodie requiritur quod resignans illud per annos quinque aut ad minimum tres possederit. (qui stylus incepit à Gregor. XIV.) vt pensio petita reseruetur, vel quid aliud in gratiam resignantis. *Garz. de benef. p. 11. c. 3. n. 45. & 46.*

Simoniace renuncians non est priuatus ipso iure beneficio, quia renunciatio est nulla, sed priuandus. ex *Nauar. Sa. V. Sim.* §. 7.

2. *Publicanda.* Regulas Cancellariæ de publicandis † resignationibus, de infirmis resignantibus, & de verisimili notitia, de annali possessore, de pacif. possess. de idiomate, ait Carol. Molin. in Francia vsu esse receptas, & ad illas post Gomesium non indocte scripsit, si abstinuisset ab eructatione venenosi halitus hæretici. & etiam in Belgio locum habent, sed publicationis forma stricte non seruatur (vt hoc obiter præ cæteris notemus) sufficit enim palam innotescat, nec celetur resignatio, etsi in templo coram populo in celebritate missæ aut concionis die festiuo non promulgetur; Itaque in regulis Cancellariæ à Sixto IV. vsque ad Pium IV. mandatum fuit publicari resignationes: superuenit Const. Pij V. quæ quædam adiecit, mutauit, *quam habet* Azor. *Instit. mor. p. 2. l. 7. cap. 24.* ac denique 1583. *Const. Greg 13. Inc. humano, quam Flamin. de Res. l. 11. in Pref. P. Matt. s. D. l. 1. t. 15. c. 2. & Quar. in sum. V. benef. publ. Pias. pr. p. 2. c. 5. num. 22.* quæ nunc Romæ obtinet: ea iubentur resignantes in Curia intra sex menses, si citra montes existant, intra nouem, si vltra, promulgare resignationes: si extra Curiam, locorum Ordinarijs, Episcopis, vel alijs Collatoribus, vt eas reijciant, aut admittant, & alteri conferant intra mensem, & resignatarius intra tres menses publicet. Tempus autem computatur à die datæ supplicationis, primæ quidem si plures fuerint, non à die præstiti consensus. Atque hæc vbi viuit resignans, non autem in quibus post obitum resignantis, datur consensus resignantibus, etiam causa permutationis, in quibuscunque qualiumcumque beneficiorum & dignitatum etiam reseruatatum, electiuorum, manualium, etiam litigiosorum, etiam regularium. resignatarij etiam vniuersi, etsi Cardinales & officiales Curiæ Rom. ad hanc tenentur, etiam secūdi resignatarij, etiam impetrantes beneficia vacantia ob omissam publicationem, etiam minorennes, etiam obtinentes non in titulum sed commendam, etiam qui obtinuit ex simplici non in fauorem resignatione. quæ omnia persequitur Azor. *Inst. mor. p. 2. l. 7. c. 24.* refert tamen Charond. *resp. l. 1. res. 21.* possessionem omissam ad sex menses, modo resignatarius eam ceperit vel tribus ante mortem diebus, realiter vtendo fruendo prouentibus, non nocere; vti neque resignantis reuocationem post iam admissam resignationem, & super hac regula dispensare non posse pontificem iudicatum refert in Gallia Charond. *resp. l. 1. r. 23.* sed id hic non admitterem, si de potestate disputetur, sed bene si de voluntate, vt subreptum esse credatur, adeoque prouisio cum ea clausula nulla esse censeatur, nisi eam circumstantiæ purgent.

3. *20. dies ante resignantis mortem.* Extat etiam regula Cancel. † hic vsu recepta, vt resignantes debeant superuiuere 20. diebus, alioqui beneficium per mortem vacare censeatur. sed huic regulæ vt Papa ita & Legatus eius potest derogare, etiam cum præiudicio expectantium graduatorum. Charond. *Resp. lib. 1. r. 20.* hæc regula cœpit ab Innoc. VIII. cuius Constit. habet P. Matth. *in sep. D. l. 1. t. 15. c. 1.* locum vero tantum habet in collationibus Papæ, non Ordinariorum. *Molin. ad d. Reg. q. 1. num. 22. & seqq. Papon. Arrest. l. 3. t. 2. art. 1.* sed an locum habeat in resignationibus ex causa permutationis factis? Papon. *ibid. artic. 2.* censet habere: Molineus id exactius

ctius *num.19.& seq.* examinat, sentitque nec hoc casu hanc regulam respectu Ordinarium obtinere, quod & magis probatur.

instar renunciationis Episcopi † est, si non à tempore confirmationis intra debita lectus tépora se curet consecrari. Nã Episcopus tenetur intra tres menses cõsecrari, quin fructibus priuatur; & si vltra tres alios menses negligat, etiã iure suo excidit. Porõputantur ij tres mẽses à die confirmationis. quã etiam post electionem petere intra mẽses debet, etsi nõ obtinere. sæpius enim plus tẽporis elabitur, etiam post cõfirmaem, antequam cum Camera Apostolica super annatis componatur. Porro impedito, isato, denuntiato, aut inquisito non currit tempus. *Mald. r. de Iust. & Rel. Ti. 9. c. 2. d. 10.* 4. *Confirmationis.*

ius IV. prohibuit fraudulentas † permutationes, quæ fiunt supposito aliquo iinario beneficio, quod de pertica vocant, quanquam eas subtiliter aliqui, vt *Rebuff. benef. de permutat.* fieri posse sustinuerint, quasi permutatio ad euictionem rãtum ob. sed hæc ad contractus pertinent: vbi loco rei euictæ merito succedit obligatio ad esse: sed in beneficiatijs negotijs nihil ex conuentione partium deberi potest, (sed erioris concessione) vel vt debeatur conueniri. vetat insuper ne Ordinatij tales adant, vere vel virtualiter in fauorem alterius factas, decernens huiusmodi ex causa reitiones, admissiones & quasuis dispositiones nullas & irritas, non tamen priuantur so aliter permutantes, per dictam Bullam. *quam refert P. Matth. in S. D. lib. 1. tit. 15. c. 5.* utem, quia quantum in ipsis est se exuerunt, ita nihil agant, vt eis liceat ad resignata ficta redire, non satis liquet; & fauorabilius est vt possint; puniendi tamen sunt, quod sacra tam profane versentur. Permutationes triangulares, & resignationes simplii fauorem tertij cum clausula *non aliter*, &c. improbat *Conc. 2. Mechl. tit. 19. c. vlt.* 5. *Fraudulẽta & ficitia renunc. & permutat.*

)E SVPPLENDA NEGLIGENTIA *Prælatorum.*

EGLIGENTIAM Prælatorum omittentium † Monachis suis, vbi commode fieri potest, dare lectorem sacræ scripturæ, Episcopi locorum, tanquam sedis Apostolicæ ;ati, supplere debent, opportunis remedijs ad id eos compellendo. *Conc. Trid. s. 5. c. 1. monasterijs.* similiter si regulares prælati in Ecclesijs parochialibus monasterijs suis ctis, si in nulla dioecesi existant, à Metropolitanis tanquam sedis Apostolicæ delecompelli debent, vt prædicatio verbi Dei fiat, neque aliqua appellatio, aut tergitio executionem decreti impedire potest. *Conc. Trid. sess. 5. c. 2. §. sicut.* 1. *Quoad defectum lectoris sacræ scripturæ.* *Prædicatorum in paroch.*

monasterijs commendaris, in quibus non viget regularis † obseruantia; & quibusue beneficijs qualitercumque exemptis, Episcopi, tanquam sedis Apostolicæ deleisitare, & curare etiam per sequestrationem fructuum, possunt, vt quæ renouatioligent, reficiantur, & cura animarum & debita obsequia recte exerceantur, appelibus, & consuetudinibus immemorabilibus exclusis: & si in eis viget regularis iantia; Episcopi moneant superiores, vt subditos iuxta regularia instituta, in continean. Quod si intra sex menses eos non visitauerint, vel correxerint; Episcos visitare possunt & corrigere, prout ipsi superiores possent, exclusis appellatioexemptionibus, ac priuilegijs. *Regul. discipl. in Cõmend.*

 Lega-

Legati & superiores Ecclesiastici quarumcumque facultatum vigore non possunt ordinem hierarchicum turbare, ita vt in prima Instantia ordinariorum functionibus se immisceant, nisi ad supplendam illorum negligentiam Concil. Trid. *s.24.c.20.§.Legati.*

2. *Regul. extra claustra deling.* Regularis non subditus † Episcopo intra claustra regens, & extra ea scandalose delinquens, si à superiore per Episcopum monito correctus non fuerit, per Episcopum puniri potest, post tempus superiori præscriptum. *cap.14.s.25.de reg.* super cuius decreti executione extat *Const. Clem. VIII. incip suscepti muneris.*

3. *Capit. de sede vacante.* Quod si Capitulum † sede vacante ea peragere negligat, quæ Conc. Trid. *s.24. cap.16.* fieri infra octo dies præcipit, Metropolitanus negligentiam illius supplebit: quod si fuerit Metropolitanum, antiquior comprouincialis Episcopus.

4. *Regul. non red. gent. se in Cong. reg.* Monasteria quæ generalibus Capitulis aut Episcopis non subsunt, nec ordinarios habent regulares † visitatores, si iuxta Constitutionem Innocentij III. & Conc. Trid. *s.25. c.8. de reg.* in congregationes se non redegerint, Metropolit. possit ea conuocare. Quæcumque Conc. Trid. *s.25. de reg.* sanxit, si Episcopi exequi negligant, concilia prouincialia supplere debent; negligentiam vero superiorum regularium Capitula generalia, & in eorum defectum prouincialia, per aliquos deputatos emendare. *ibid. c. vlt.*

Commendauit etiam Concil. Trid. *s.21.c.8.* curæ Episcoporum monasteria commendata: vt in quibus non viget regularis obseruantia, & beneficia qualiacumq; curata, etiã vt exempta annis singulis visitentur: cura animarum, aliaque obsequia recte, exerceantur: vbi autem viget; monitionibus paternis debitam viuendi rationem obseruari faciãt. quod si per eos admoniti superiores neglexerint, visitare ipsi possint tanquam sedis Apostolicæ delegati, & corrigere; prout ipsi superiores possent, iuxta eorum instituta, quibuscumque appellationibus, priuilegijs, exemptionibus penitus remotis. quam dispositionem à Rota referunt decisam obtinere etiam in Episcopo viciniore, quoad illa, quæ nullius sunt diocesis. quin & in alijs iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus, saltẽ quoad visitationem. & vbi viget regularis obseruantia, si exempti monitionum Episcopalium rationem habuerint, non vlterius se posse interponere, appellationibus etiam locum esse si modus excedatur, & forma *d.c.8.* præscripta vt corrigant scilicet Episcopi, *prout ipsi, inquit, superiores possent:* secundum institutum ergo, regulam, & modum regularem. adeoque monachum curam animarum exercentem, eo modo remouere quo posset superior: ideoque non dicta etiam causa, nec probata. *citati à Barbos. in collect. DD. ad Concil. Trid. d.c.8.s.2.*

DE TRANSLATIONE EPISCOPORUM.

1. *Quando permittenda.* EPISCOPORVM translationes † iure inhibitæ sunt; si tamen Ecclesiæ vtilitas vel necessitas eas expostulet, non propria transferendorum cupiditas, permittendæ; & quandoque laudandæ sunt. sic R. Franciscus Sonnius 1. Episcopus Buscod. 20. Ianuar. 1570. renunciato Episcopatu Buscoducensi proprio motu regis, nominatus ad Episcopalem sedem Antuerp. per ducem Albanum, vt habent litteræ, instanter requisitus & indu-

luctus, primus etiam Antuerpien. Episcopus vt esset permisit. ita Gandauo Camera-
n inuitus volens abijt Illustriss. D. Franciscus *van der Burch*, alijque alio nostro tempo-
Epistola decretalis Pelagij ad Benignum Archiepiscopum præclare describit quo-
do transferri debet Episcopus; causa scilicet necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ, non
sumptionis ac propriæ voluntatis transire: vt non mutet sedem sicut non mutat men-
t: sed causam necessitatis & vtilitatis mutetur, vt Ecclesiæ vtilitati seruiat, & non suæ
bitioni, ac vt dominationem agat.

DE ORDINANDIS.

acramenti ordinis Episcopus † est proprie dispensator & minister. tamen Abbas si *Episcopus suis non alienos ordinare debet.*
ierit benedictus & presbyter, suis tantum monachis ordines minores conferre po-
c. Abbates de priuilegio in 6. & censuit *Cong. Conc.* 1574. *vt habet Pias. in prax. par.* 1. *c.* 1. *n.* 7. (an
omnes minores ordines cõferre possit diximus latius *in Cõsult. ca.* 4. *h. t.*) etiã sine Epi-
i examinatione, *Nau. cõs.* 14. *de priu.* secularibus etsi alioquin subditis nec ordines, nec
issorias dare potest, sed ipse Episcopus tales intra tamen ambitum suæ diocesis consi-
tes, & si non subditos, & sine dimissorijs Abbatis, ordinare potest, vel ipse Abbas vel
Episcopus per dimissorias Episc. *Serol. pr. p.* 1. *V. Abbas.* tamen Episcopus non nisi sub-
s suos debet ordinare. *Trid. s.* 14. *c.* 2. *s.* 23. *cap.* 8. nisi proprius ordinanda ab ordinario-
spensus ob ordines nõ suis collatos. *c.* 2. *de temp. ordin. in* 6. aut triennalis sit cõmensalis.
10 mox. Atqui in *c. cum nullus de temp. ord. in* 6. tripliciter † sui dicuntur, quos ordinare 2.
st, vel dimissorias dare, ex causa, scilicet originis, domicilij, vel beneficij. *Riccius in prax.* *Triplices sui.*
ord. d. 297. *& seqq.* 15. quod in Conc. Trid. non est mutatum, sed in eo *c.* generaliter di-
eum ordinari posse, qui beneficium habet, at in Conc. Trid. *s.* 21. *c.* 2. requiritur vt
andus beneficium habeat, quod sufficiat ad victum honeste. vnde Azor. *Inst. mor. p.*
c. 49. putat per Concil. Ius antiquum corrigi. at vero etsi beneficium † sit insufficiẽs, 3.
in hac diocesi habet, tamen si aliud alibi sufficiens aut patrimonium habet, potest *An beneficium insufficiens habentes.*
ic Episcopo ordinari. *Riccius ibi. dec.* 301. quia etsi beneficium non habet amplos pro-
is, tribuit tamen iurisdictionem Episcopo in beneficiatum, fitque per illud eius sub-
; quæ est ratio cur ab hoc vel illo Episcopo ordinari quis possit. *d. c. cum nullus.* (sicut
ficium etsi exiguum & tenue eximit tamen à foro seculari, & subijcit Ecclesiastico
de benef. p. 2. *c.* 2. *n.* 3.) & ordinans insufficienter prouisum non peccat tanquam alienũ
ans, sed vti legitimus ordinarius, qui oriundam aut incolam ordinat citra compe-
im viuendi, cuius longe alia prohibitio est. quod si porro Episcopus aliqua censura
us sit, vt nec ordinare nec dimissorias dare possit, vt obseruari nequeat *c.* 3. *s.* 23. *Trid.*
ra. p. 1. *V. dimissoriæ.* §. 10. (*quo loco & par.* 2. *eod. verb. quamplurima tractat ex nouo iure huc*
ia) putat ordinari debere à viciniori Episcopo, & decretum Conc. esse intelligen-
tantibus terminis habilibus.

natis in † diocesi comprehendo etiam alibi natos, sed in ea diocesi baptiza- 4.
s. p. 1. *c.* 1. *n.* 9. & eos qui nati quidem non sunt in diocesi, sed illorum patres. Ius enim *Oriundi etsi non orti.*
uirit vt orti sint in diocesi, sed oriundi tantum, *Serola vbi supra. p.* 2. §. 3. modo tamen
erit ibi natus, tanquam in transitu, sed ex constituto domicilio.

Id autem an in beneficijs patrimonialibus seu originarijs debitis locum habeat, vt tam oriundus quam ortus capax sit. *vide apud Garz. de benef. p. 7. c. 9. num. 16. & seq.*

5. *Regul. ad Episcopum loci sui monast. spectat.* Regulares ordinari debent † ab Episcopo loci monasterij, nisi forte is absit, aut ordinationes non habiturus sit. *Clem. VIII. in decreto: quod refert Pias. d. c. 1. num. 14. Sac. Cong. re ad Clementem VIII. relata 23. aprilis 1594. Diana p. 2. t. 2. misc. r. 15.* vel Episcopalis sedes vacet *eadem 3. Iunij 1599.* modo de industria in id tempus regulares non distulerint. agit autem Clementis decretum, de eo monasterio, in quo regularis agit, ex nutu eorum, ad quos pertinet. & id excipiendum de mendicantibus aut alias exemptis *vt diximus in consult. Canon.* Qui porro nullius † est diocesis, ordinari non vbique potest, vt vagabundi, iuri stare

6. *Ad quem qui nullius dioc.* & iudicari possunt vbicumque; sed ordinari debet à Diocesano viciniori, quem locus ille semel elegerit, *Pias. d. c. 1. num. 10. ex Cong. Conc. 5. Maij, 1587.* nisi talis vicinior Episcopus commendatitias dederit ad ordines alibi suscipiendos, tunc tamen aditus præsul easdem literas sequi tenetur, vt nec possit super interstitijs dispensare, nisi hoc in dimissorijs ex-

7. *Dimissoria quomodo danda.* presse concedatur. *Pias. d. c. 1. num. 1. ex Cong. Conc.* quæ dimissoriæ † tamen concedi non debent, nisi præuio examine dimittendi. Dimissorias porro habens ad certum Episcopũ si ille non ordinet, ab alio nequit ordinari. quia vnius expressio est alterius exclusio. *c. nonne x de præsumpt.* quamuis alius de licentia, & in diocesi alterius ordinaret. & ita exau-

familiares triennales. dienda inuicem sunt. *c. 5. s. 6. c. 2. s. 14. c. 8. s. 23. Concil. Trid.* & qui facultatem obtinuit, causa expressa, ne à suo Episcopo ordinetur; ordinaturi tamen examen declinare non potest. *s. 7. c. 11.* Instar subditi ordinatur extraneus triennalis domesticus ordinantis; ita tamen vt beneficium sufficiens ipsi, & si ad minores tantum ordinando statim conferat. Trid. *s. 6. c. 2. sic cong. vt refert post Paris. Pias. d. cap. 1. num. 15.* neque enim fit plene subditus antequam acceperit beneficium (vnde nec cum eo super interstitijs dispensare potest.) *Pias. ibidem post Nauar. Quar. Serol.* quod tamen Episcopus titularis etiam non potest. *Trid. s. 14. cap. 2.* vt nec alia Pontificialia ex decreto Pij V. nisi de licentia sedis Apostolicæ, vel in diocesi ad quam fuerit datus suffraganeus, cum assignatione ducentorum ducatorum auri.

Potest etiam familiaris triennalis computando etiam triennium à tempore ante Episcopatum lapso ad titulum patrimonij, pensionisue ordinari, pro vtilitate vel commoditate Ecclesiæ ordinantis, dum tamen certæ Ecclesiæ adscribatur. *citati à Barbosa in Remiss. ad c. 9. s. 23.* beneficium autem postquam ordinans contulit, non amplius ordinandus est, ex vi priuilegij familiaris triennalis, sed vt subditus ratione beneficij, neque enim requirit Concilium nisi postquam ordo erit susceptus conferri beneficium.

Ordinans alienum sine proprij Episcopi licentia suspensionem per annum incurrit à collatione ordinum. *c. eos de temp. ord. in 6.* sed interpretes multi id accipiunt de ordinibus proprie dictis, nõ autem tonsura. *citati à Diana p. 3. t. 4. r. 194.* quamuis alij etiam tonsuram comprehendunt. quos secutum est Concilium Trid. & ne dubium superesse posset, disertè expressit, ne quis alienum diocesanum charactere clericali insigniret, sine proprij Episcopi assensu, sub cuiuscumque priuilegij, promouentibus concessi, prætextu: *s. 14. c. 2.* quod sequitur *c. 8. s. 23.* vt vnusquisque à proprio Episcopo ordinetur non obstante quocumque rescripto aut priuilegio à promouendis impetrato.

Abbates quantumlibet exempti, & nullius diocesis, nec ordines nec dimissorias, vt nec collegia etiam cathedralia dare possunt clericis secularibus. *Concil. Trid. s. 23. cap. 10.* id tamen nõ loqui de illis, qui in huiusmodi clericos etiam seculares habent iurisdictionẽ

quasi

quasi Episcopalem, seu ordinariam priuatiue ad Episcopum, ius visitandi, & synodum congregandi, contendunt doctores non plebæi, *citati à Diana p.3.t.2.r.95.*

Ætas porro (cum Concilium † Trid. nihil mutauerit circa tonsuram aut minores) est *pro* illa septem annorum, pro alijs arbitraria. acolytatus tamen 14. annum requirere videtur. *c. ep. in singulis.77.d.* sed quoad sacros ordines Trid. *s.23. cap.12.* assignauit subdiaconatui 22. diaconatui 23. presbyteratui 25. annos inceptos, qui ante eam ætatem ordinatur, suspenditur *cap. vel non de temp. ord.* sed ex constitutione Pij II. *quam refert Pias. ibid. num.* 24. ipso iure fiunt suspensi, si maioribus ordinentur, non si in minoribus. *Nauarrus c.25. nu.* 70. *in Manual.* Non idem tamen statutum est, in Episcopo ante ætatem 30. annorum expletorum, requisitam *in d.c. cum in cunctis, de elect.* consecrato. *Soar. tom.5. de censur. d.31 sect. 1. num.29.* 8. *Ætas ordinandorũ.*

Ætas autẽ non à die conceptionis, aut baptismi, sed natiuitatis computatur, nec regulares priuilegijs iuuantur, vt in minore ætate ordinentur post Concil. Trid. suspensi porro ob ætatis defectum celebrantes, non alios actus ordini conuenientes exercentes, cum in hos non feratur constitutio. Pij II. irregularitatem incurrunt. celebrari autem non intelliguntur ad hunc effectum, dum in ipsa ordinatione ordinanti concelebrant. quia constitutionis verba aliam ab illo actu præsumptionem videntur exigere, & alioquin eadem pœna eodem actu incurreretur, & tolleretur distinctio præsumentium, & non præsumentium celebrare, præterquam quod præsumptio non sit in illo actu, in quo iam ordinati tenentur celebrare ex ritu Ecclesiæ. Quæ ratio præsumptionis facit, vt qui bona fide dictis parentis credunt se ætatem habere; aut alias ex non improbabili ignorãtia ante ætatem ordinem suscipiunt, nec suspensos esse, nec per ministerium irregulares fieri. suspensionem etiam tolli posse ab Episcopo dicendum est, atque à prælatis regularibus quoad suos, quia eadem constitutio absolutionem Papæ non reseruat, sed neque absolutus poterit ante ætatem ministrare: quia id esset contra canones: super quibus ordinarius non dispensat. minus potest suspensus non præuia absolutione, ante ætatem ministrare. *quæ omnia vide apud citatos à Barbosa in Collect. DD. ad Concil. Trid. ad caput 12. s.23.*

Ad qualitatem ordinandorum † spectat, vt sint confirmati. Trident. *s.23. cap.4.* non tamen, si secus fiat, incurrunt censuram, aut mortale peccatum. *Nauarr. in Man. cap.22. num.* 9. Illegitimus etiam, nisi præuia dispensatione Episcopi, ad minores & beneficium simplex, vel Papæ, ad sacros, vel maiora beneficia ordinari non debet. Prohibuerat etiam Sixtus V. *contra c.1. de fil. pres.* eum ad religiones recipi, sed id prudenter reuocauit ad terminos iuris communis Greg. XIV. 9. *Eorum qualitas.*

Etiam ad qualitatem † ordinandi spectat, vt sit literatus, illiteratus enim, quam diu talis, pro irregulari habetur. Illiteratus porro est, qui scribere Latine, & legere nesciat, ita consuetudinem interpretari Nauarrus ait, sed *Malderus de iustitia & rel. tract.9. cap.2. d.15.* in materia beneficiali eum esse tradit, qui apud Latinos Latine, & apud Græcos Græce (vel etiã apud Illyricos Illyrice, vtpote cũ non celebrent vel officium dicant Latine, *Cong. Conc. 20. Sept. 1591.*) quo scilicet idiomate officium dicitur, nesciat; respectu vero ad ordines, requiritur, vt sciat quisque implere officium & functionem ordinis, ad quem aspirat. Tonsurandus rudimẽta fidei scribere & legere norit, *Trid. s.23. c.4* minoribus insigniendus Latine, aut apud Græcos & Illyricos, & nunc apud Chinenses (nam R.P. Trigautius 10. *Literatura.*

 Socie-

Societatis Iesu à sua Sanctitate obtinuit, vt Chinice officium etiam Missæ fiat, vt ex eo coram audiuimus anno 1616.) eorum idiomate instructi sint, & bonum Magistri scholæ & parochi testimonium habeant. *Trid.c.4.c.5.c.11.s.23.* maioribus initiandi, bene versati sint in minoribus, & instructi de ijs, quæ singulis, quos suscipiunt, conueniant. *ca.13.s.23.* in presbytero ea sit eruditio, vt populum docere possit necessaria salutis. *c.14.s.23.*

11. *Iuxta ordinantis arbitrium.* Et in his omnibus valet arbitrium † ordinantis, qui eos solum idoneos iudicabit, qui in Ecclesia poterunt seruire. *cap. super ordinata extra de præbendis Trident. s.23.c.4.5.11.13.14.* Vnde Menochius *lib.2. de Arb. cap.425. num.58.* dicit arbitrari Episcopum posse magis expedire Ecclesiæ, si ordines conferat ei, qui etsi adhuc Latinam linguam non intelligit, est tamen bonæ indolis, & pro ætate docilis. nam illiteratus puer dici non debet, qui pro ætate didicit; quique ostendit proficere se posse. Ad tonsuram promoueri eos non permittit *Concil. Trident. s.23.c.4.* nisi de quibus probabilis coniectura non sit, eos non secularis iudicij fugiendi fraude, sed vt Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse. Vbi tamen Concilium non exigit animum ascendendi ad superiores ordines D. Franciscus ad sacerdotium præ humilitate promoueri noluit: Stephanus, Laurentius substiterunt in gradu diaconatus: alij etiam sancti in inferioribus: Abbates etiam veteres sancti laici manebant, sed quid si quis non ex causa Deo seruiendi, sed à tributis se, & à foro sæculari eximendi causa promoueatur? à mortali excusat Diana. *& ab eo citati p.2.t.2. Misc.r.22.* minus peccat, qui coniungit causas; sed temporalem spirituali præfert: minime qui huic illam postponit.

12. *Natales.* Insuper ad qualitatem ordinandorum † spectant natales & genus ordinandorum, de quibus in Concilio Trident. *s.23.c.5.7.* vbi de natalibus, & genere inquirendum decernitur. vbi quidam putant id ad illegitimos solum referri; sed verius est, iuxta *Sahagum in c.eum.t.7. de rescript. in numer.23.* & illegitimos, & legitimos hæreticorum & gentilium filios comprehendi, vti etiam in Const. Greg. XIII. *anno 80. edita* excluditur genus lege Pontificia prohibitum, sic tamen vt neophytus ante triennium conuersus iuxta Iustin. *in authen. de mona h. §. si quis igitur,* aut biennium iuxta D. Gregor. *in cap. monasterijs 19. quest. 3.* aut saltem per spatium iuxta arbitrium Episcopi ordinati possit; præsertim si virtutes ei suffragentur. eoque magis nati ex Iudæis, Saracenis, vel gentilibus, nisi ex causa singulari Ecclesiæ iniurij sint; admitti possint ad ordines, & beneficia *Sahagum ibid Cong. Conc. 11. Iunij 1591.* in natis ex hæreticis seruanda Constit. Alexand. 3. *in cap. 2 de haret. in 6.* Et Cong. Conc. 11. *Iunij 1591.* censuit non reijciendos, si parentes emendatos fuisse constet, & Ecclesiæ incorporatos, & pœnitentiam egisse, vel ei insistere, quod & sic accepit Lopez *ad pract. Diaz. V. Neophyti num.22.23.24.* & in non emendatorum filijs lineæ masculinæ ad 2. gradum, alij; tantum primum, vt prius ius fuit. Præterea ordinandi liberi, non serui esse

13. debent, quibus Paulus III. *Bulla in c. nouimus* & Pius V. *Bulla in c. dignum* indulsit, vt si ad senatus cameræ, vrbis officium, & conseruatores confugiant, libertatem & ius ciuitatis Romanæ consequantur. sic Brab. nostra aëre adeo puro circumfundi dicitur, vt qualecumque mancipium eo deflexerit, statim ab ipsa cœli regione libertatem, si ad eam proclamet, consequatur, magno indicio liberi populi.

14. *Mores.* Denique huc spectat quod † dicit *cap. 4. s. 23.* vt Episcopi diligenter in mores ordinandorum inquirant. vt criminosi non sint, & si quid commiserint, vt irregularitatē non contraxerint, vel infamiam: qua durante etiam coram Deo emendati promoueri non debent.

bent. denique *d.c.4.* eos tales esse vult de quibus probabilis coniectura nō sit, quod sæcularis iudicij fugiendi fraude, sed vt Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegerint: ex quo textu colligit M. Anton. Gen. *in prax. c.9.n.5.* eos qui fraude promouētur ad ordines vt fugiant iudicium seculare, nihilominus fieri exemptos: præsertim cum & huic opinioni faueat, *l. qui cum vno §. reus D. de re milit.* vbi reus criminis accusatus, si fiat miles cognoscet Iudex militaris: ergo idem in milite cœlesti. Hæreticum vel schismaticum resipiscentem ad sacros ordines dispensare poterat Episcopus antiquo, *cap. presbyteros qui, dist. 50.* sed nouo Iure non potest. *c. at si clericis de Iud.* quod obtinet in omnibus adulterionaioribus, sed nec nunc per *c.6.s.24. Trid.* quia id quotannis in Bulla cœnæ reuocatur, vt alibi diximus. sed hæc Bulla hic nunquā est publicata, etsi Ill. Nuncius Bentiuolus ad hoc cum aula laborauerit. misit tamen publicandam ad Episcopos, qui nec tamen fecerunt.

Denique requiritur, † vt ordinandus habeat titulum beneficialem, patrimonialem, vel pensionem, alioquin ordinans tenetur ei prouidere, *iuxta cap. cum secundum extra de præb.* qui solus Canon à Conc. Trident. *s.23.c.2.* renouatus est: non vero etiam *c. neminem e. sanctorum d.70.* vt respondit sacra Cong. *vt refert Pias. d. cap. 1. num. 42. Gonçalez ad reg. 8. Canc. gloss. 5. §. 10. n. 22. 23. 24. 25. Diana p. 2. t. 2. misc. r. 5.* ne quidem si ordinatus imposuerit ordinatori, falso asserendo se habere prouisionem. *Gonçal. ibid. nu. 26.* præsertim cum loquitur Concil. de ijs, qui varijs artibus, & fallacijs vtuntur, nec exprimit pœnā suspensionis, quæ non incurritur, nisi in iure exprimatur. nisi ordinatio fieret sub pacto, de nō petendā prouisione, tunc ordinatus suspensus ab ordine, & ordinator à collatione ordinum ipso iure efficitur. *c. penult. de Sim.* quinimo regulares nō professi vel nulliter professi. *Sac. Cong. Conc.* apud Garz. *de benef. p. 2. c. 5. numer. 11. & 12.* nam Pius V. 1568. *const. 74. incipit Romanus sub c. s. 21. Tridentini* comprehendi declarauit religiosos non professos. quod S. Cong. interpretata est procedere etiam in nulliter professis. *Vt referunt citati à Barbos. in Collect. DD. ad Concil. Trident. d.c.2.n.5.* conscijs vtique nullitatis, non bona fide vtentibus. sine titulo ordinati, ipso facto incurrunt suspensionem. *per ordinationem Pij V. quam refert Pias. ibid.* Quæ tamen constitutio non ligat religiosos Societat. Iesu, licet tantum vota simplicia emiserint, iuxta eorum institutum: quia vere nihilominus sunt religiosi professi, etsi à superiore dimitti possunt. vt declararunt Greg. XIII. *Const. Inc. ascendente 8. Calend. Iulij* 1584. & Greg. XIV. *Const. incip. Ecclesiæ Calend. Iulij* 1591. nec ad alias religiones transire possunt, ordine Carthusianorum excepto. *dicta Const. Gregor. XIV.* nec alumnos seminarij sine alio titulo promoueri posse declarauit S. Cong. *vt refert Pias. ibid. n. 44. post Serol.* 15. *Titulus.*

Qui deputatus † est ad seruitium alicuius Ecclesiæ, Vicariatū, Missarum celebrationem, aut similem functionem, eo nomine promoueri potest, modo amoueri vel destitui non possit, ex responso Sixti V. 30. *Decemb. 1589. quod refert Pias. vbi supra. numer. 45.* Idem de beneficijs Manualibus, Capellanijs, Hospitalibus, Commendis: sed ita promoti fient inamouibiles *Pias. ibid. post Paris. & Gonçal.* Siquidem ordinatio de eorum consensu ad quos spectat facta fuerit, quod si vero ad nutum amouibilis capellania sit, sed ex iusta causa: non sufficiet. quia non est perpetuus ille titulus, cum amoueri possit ex alijs causis, quam in iure expressis. 16. *Vicarius.*

Eadem ratione ad titulum Coadiutoriæ ordinari quis potest, modo sit perpetua, seu cum successione. *citati à Barbosa in Remiss. ad c. 2. s. 21. Trid.* non aliter.

Legitime constet. inquit Concil. *d. cap. 2.* *cum beneficium Ecclesiasticum pacifice*, adeoque sine:

sine lite *possidere*. quare non recte quidam censent posse quem promoueri ad titulum beneficij non solum quæsiti, sed & quærendi: adeoque præsentatus, nominatus, seu postulatus non ante institutionem, confirmationemue poterit.

Quod beneficium ordinando itidem ad victum honeste sufficiat. quantitas porro præscripta non est; sed ex arbitrio ordinarij intelligenda est. *citati apud Barbosam vbi supra n. 21.62.63.* in plerisque tamen prouincijs per synodos præscripta est, & secundum varietatem tempotum aucta. & vt Concilium tam in beneficio quam patrimonio, eodem modo disponit; ita in sufficientis tituli supplementum ex altero sumi potest. *citati ibid. n. 52.56.* vbi & id addunt, nec Episcopo ordinante supplementum promittente: sed id ita accipiendum, nisi forte promittat, vt quilibet atque hæredes obliget: adeoque sæcularis sit: ne illo moriente contra d.c.2. ordinatus eijciat, aut si regularis; peculium suum quasi hoc debito grauet.

Et quidem ea adeo obtinent, vt ne quidem exceptionem patiantur in persona graduata: cui verisimiliter non sit defutura sustentatio, quia Concilium eam excludit ijs verbis, *quamuis alias sit idoneus, scientia, moribus & ætate.*

Quamquam citati à Barbosa, *vbi supra* ex æquitate secus censuerint, sed refert is ex Garz. Pontificem decretum in Concilio Vlisbonensi de promouendis ad titulum literaturæ iussisse deleri, dato *breui* ad Cardinalem Lusitaniæ, vt solos Doctores Theologiæ, vel Canonum à se examinandos, ad hunc titulum promoueri permitteret.

17. *Patrimony.* Porro ad titulum patrimonij † vel pensionis nemo ordinari potest simpliciter, sed tantum si iudicio Episcopi necessitas, aut vtilitas Ecclesiæ ita suadeat. *s. 21. cap. 2. v. patrimonium,* quippe non sit beneficium Ecclesiasticum, adeoque Const. Pij IV. & V. de cõfidentijs locum in illis non habent, *Gonzalez ad R. 8. Canc. gloss. 5.* §. 5. habet tamen aliquid spiritualitatis pensio, tenentur enim pensionarij officium de Virgine recitare. Et clerici esse iuxta stylum curiæ. *De quo Garz. & ab eo citati de benef. p. 1. c. 5. num.* 10. per professionem etiam & coniugium amittitur pensio sicut beneficium. *Garz. d. c. 5.* vnde declarationem Cardinalium, his verbis: *cui reseruata fuit pensio, vt clerico, si non incedit in habitu & tonsura, non gaudet priuilegio fori,* non intelligo negatiue simpliciter, vt Goncalez *vbi supra num. 6.* sed à contrario sensu, vt includat affirmatiuam; sic si pensionarius incedet in habitu & tonsura, cum sit clericus, gaudet priuilegio fori.

Analij abrogati. Quamuis autem ante Conc. Trid. licuerit ad plures titulos ordinari, *quos refert Garz. de benef. p. 2. c. 5. num.* 73. tamen hodie *Garz. ibidem* tres tantum admittit beneficij, patrimonij, pensionis. mihi tamen videtur, si vete a[l]ijs ex antiquis titulis obtineatur cum prouentu, ad aliquem ex tribus reduci posse, eiusque iure censeri. neque enim Concil. *s. 21. cap. 2.* aliud præfatur, quam non debere eos, qui diuino ministerio adscripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstũ exercere. Is finis per quemcumque titulum obtineatur, satisfit Concilio, seruata tamen illius conditione, vt si spiritualis sit, simpliciter eum obtinens ordinari possit, sin ad patrimonij, pensionisue rationem spectet, non aliter, quam si necessitas aut vtilitas Ecclesiæ id exigat.

Citra necessitatem tamen vel vtilitatem Ecclesiæ ad titulum patrimonij ordinatus, non incurrit pœnam aliquam etiam stante constitutione Sixti V. de male promotis, quia nec Concilium nec constitutio huic casui pœnam annectunt. *Garz. de benef. p. 2. c. 5. num. 5.*

Vicem

Vicem autem patrimonij obtinet, si quis promouendo necessaria se subministratum spondeat. *citati à Barbosa in Remiss. ad c.2.s.21.Trid.*

At vero mandat Concil. vt promouendus titulo patrimonij vere illud possideat. † 18.
Quid ergo si datum sit ei patrimonium ad finem vt promoueri possit, cum cautione de postea restituendo? &quamquam in dote ita fictitia saltem, cum præiudicio alterius coniugis pactum non obligaret, *Anneus Rober. rer. iud. l.1.c.2. Sanchez. de Matr. l.6. cap.32. edictum an. 1623.* tamen hic sic promotus restituere teneretur. *id. Sanchez. ibi. numer.* 8. Dices non alere, quia vertitur ordinantis præiudicium, qui teneretur alere non habentem patrimonium. *c.2.c. Episcopus, &c. de preb.* Resp. non teneri alere, cum iure putauit habere patrimonium, & fictionem instrumenti præsupponere non debuit, quia crimina non præsumuntur. Instabis; at verum patrimonium non potest alienari ob causam publicam, ne cogatur mendicare; & si fiat alienatio, irrita est. *Concil. Trident. ibid.* ergo, & hæc restitutio. Resp. Conc. loqui in obtinentibus vere patrimonium, non in fictis, etiam si vterque fingentium peccet, & ordinatus vlterius puniri possit, & ficte donans re donata priuari, *Sanchez. vbi sup.* non tamen eo ipso priuatus est.

Vere habitu patrim.

Quid ergo si quantum in bonis habet, tantumdem debet? nec male ordinatus est, nec pœnam incurrit. vere enim possidet, quod sibi ad vitam satis sit: & quamuis bona non censeantur, nisi deducto ære alieno. *l. subsignatum § bona. D. de verborum significat. l. cogi D. ad Trebell.* & ex patrimonio siue ante siue post contracta debita solui debeant, tamen si fraus alia absit; gaudet sic ordinatus beneficio Codoar. *de solut.* & cum obligati ad ratiocinia, singulariter vetentur promoueri ad ordines, sequitur aliorum debitorum ordinationem de genere esse permissorum. In hanc sententiam descendit Garz. *de benef. p.2.c.5. nu.* 145. post alterius partis discussa argumenta: nihilominus si Episcopus sciat ordinandum taliter debitis esse grauatum; existimauerim repellere eum ab ordinatione debere. multa quidem rata habentur cum facta sunt, quæ vel rite non fiunt vel non probantur facienda. adeoque quamuis sic ordinatus neque cum ordinis dedecore mendicare, neque sordidum quæstum exercere cogatur, ideoque pœnam (vt dixi) non incurrat: quia ad summam illam indecentiam non pertineat: nemo tamen negauerit quin ad aliquam indecentiæ partem spectet, ad Asylem c. Codoar. statim à recepto clericalis militiæ Baltheo transfugere. Vocantur à scriptoribus huiusmodi priuilegia miserabilia. Quibus de causis non video quomodo honestum sit, ideoque vtile Ecclesiæ vel necessarium, quod requirit Conc. huiusmodi debitores ad ordinum fastigia efferre.

Debitis onerati nõ ordinatur.

Conc. Prouinc. † Mechl. 1607. *tit.9.c.*8. prudenter ideo statuit vt ordinandus ad titulum patrimonialem iuret, quod eum vere & sine fraude possideat, nec alienabit, nisi de consensu Episcopi, & si ei aliter prouisum sit: & deinde quod titulum patrimoniali succedentem etiam non resignabit. & quidem etiam causa permutationis facta resignatione non expressa qualitate beneficij, quod ad illud sit ordinatus, ea tamen ad exemplũ resignationis aliter quam constito, quod aliunde viuere commode resignans possit, facta *d.c.*2. nulla est, & datur actio spolij resignanti, etsi ex eius culpa. v.g illiteratura ab altero beneficio reijciatur. *Gonçal. ad R.*8. *canc. gl.*5.§.10.*n.*35. 19.

Patrimonium autem alienari non potest, † nisi à prouiso sufficienter per beneficium. *c.2. in Conc. Prouinc. an.* 1607. *Mechl. t.6. cap.6.7.8. & edictum Prin. ad illud art.*11. *& art.*12. alienatio secus facta, saltem non reseruato vsufructu, nulla est & ne in ea re abusus con- 20.

Non alienabil. tit. pat.

F tingant

tingant edicto decernitur, vt in literis susceptorum ordinum sub titulo patrimonij specificentur ea bona.

Porro si promotus alienat, renunciat, aut retrocedit etsi peccet punirique possit, non tamen suspensionem aliquam incurrit. *citati à Barbosa vbi supra* quia *nullatenus* actus nullitatem non aliam pœnam importat *citati ibid.* quod autem in fin. *d.c.2.* habetur *antiquorū Canonum pœnas super his innouando*, id non ad omnes antiquorum Canonum pœnas, sed eas tantum quas ex cap. cum 2. *de preb.* renouatas esse diximus *supra n.15. & tenent citati à Barbosa ad dicta verba*, licet & alij *ibi citati* secus sentiant.

21. Similiter qui ad titulum pensionis † est ordinatus, pensionem remittere vel extinguere sine Episcopi licentia non potest, nisi assecutus sit beneficium vel bona, vnde viuere possit. Trid. *c.2. s.21.* (vnde obiter nota, tunc sine Episcopi licentia, pensionem extinguere vel redimere poterit, à contrario sensu.) Quemadmodum id in patrimonio asserunt citati à Barbosa *ibid.* quia dictio *donec* contrariam sententiæ negatiuæ affirmatiuam infert euoluta temporis incerti intercapedine quasi eueniente conditione.

Donec aliter prouisū sit.

Ad eumdemque modum beneficiū resignari nequit *nisi const.* inquit d.c.2. *quod aliunde viuere commode possit.* pœnas addidit Pius V. 1568. *const. incip. quanta* contra aliter resignantes, & admittentes. & hi ex priori iure etiam ad alendum tenentur. agit autem d.c.2. de sacris, non minoribus, ordinibus: de resignatione voluntaria; non necessaria, seu priuatione: de resignatione proprie dicta, seu simplici; nō vero ea quæ causa permutationis, aut pensionis fit, dummodo in causam decreti non peccetur: id est, non inducatur dedecus, aut egestas. tametsi velint aliqui non facta mētione promotionis ad titulum permutatum cum æquiualenti beneficio induci nullitatem. *citantur apud Barbos. in Collect. DD. ad Concil. Trid. ad d.c.2. in vtramque partem*: sed mihi potiores illi videntur, qui legis videntur niti voluntate, quam qui verba amplecti.

Fructifera res esse debet patrimonialis, pro titulo assumpta. quia ad victū sufficere debet. quod esse nequit sine fructu. patrimonij etiam examen ad Episcopum priuatiue pertinet; quoniam eius interest, & pœnas ipse incurrere potest non rite prouisum ordinans, & verba Concilij *& prius perfecto* relata ad antecedentia, de Episcopo agentia probant. Cum reditus in titulū absumitur, caueri debet, si fiat redemptio, ex Episcopi arbitrio disponatur, vt rursus collocetur, donans vero ad effectū tituli clerico mortuo recuperat rē donatam, si sub ea ratione & non pure dedit. & an imputetur in legitimam. & quoniā ordinandorū assumptio ad iudiciū Episcopi refertur, vix à nolente dabitur appellatio, tāquam eius conscientiæ sit commissum. *citati à Barbosa vbi sup. num.* 41. 43. 44. 47. 59 75. 60.

Capitulum denique & Vicarius. quo casu dimissorias dare super interstitijs possunt dispensare. *Pias. p.1. c.1. n.49.* & ordinantem ordinatumque cum dimissorijs sine huiusmodi dispensatione non seruatis interstitijs nullam incurrere pœnam, quamuis peccet, ait *Nauar cons.4. & 6. de temp. ord.*

22. In propria autem † diœcesi sub pœna suspensionis ordinatio fieri debet *Trid. s.6. c.5.* & in Ecclesia Cathedrali, seu ex causa alibi in Ecclesia digniore loci, præsente clero *s.23. c.8.* Tēpora etiā anni quatuor, quibus accessit Sabathū ante Dominicā passionis, & Sabathū hebdomadæ Sanctæ excedenda non sunt: præterquam si minores ordines tantum aliquibus non generaliter conferantur. Religiosi tamen Societatis etiam extra tempora, ad maiores etiam ordines propter eorum missiones ex indulto Greg. XIII. *incipit Pium* 22.

Ordinatio vbi, & quādo fiat.

*Sept.*1582.*quod refert Piaf.num.* 48.promoueri possunt. Quamquam porro statutis à iure temporibus ordines conferendos etiam decreuerit *Concil.Trid.f.*23.*c.*8.cum tamen derogario priuilegiorum non adiungatur, negant multi mendicantes, seu regulares priuilegiorum communicationem habentes, vetitos extra tempora ordinari ob priuilegia Societati, seu alijs etiam quibusdam concessa, alijsque, vt volunt, communicata. *Diana p.* 3.*t.* 2.*r* 31 *vbi r.*32.etiam ex priuilegio communicato interstitiorum dispensationem ad regulares superiores pro suis spectare contendit, aduersus *c.*11.13.14.*f.*23.*Trident.*

Vt porro ordinanti constet, † de qualitate ordinandi, examen præcedere debet, *Conc. Trid.f.*23.*c.*7.& vt detegantur ordinario forte incognita impedimenta, fieri proclamationes ordinandi per parochum *d.f.*23.*c.*5.sicut de matrimonio iungendis dispositum est olim à Conc.Lateran.& nunc à Conc.Trid.*f.*24.*de refor.matr.c.*1. Quod examen de iure spectat ad Archidiaconum. *cap. ad hæc de offic. Archidiac.* vnde in Pontificali ex formula ordinandos præsentat, & de eorũ sufficientia respondet; *quantum humana fragilis nosse sinit.* 23. *Inquisitio ordinatis.*

Nec obstat quod Concil. Trid. iubeat singulis annis in synodo diocesana examinatores eligi, pro prouisis de aliquo beneficio, vel promouendis ad ordines; nam per hoc non excluditur Archidiaconus, cui id competit de iure communi, à quo non est recedendum, nisi quatenus sit expressum. Adeoque examinatores huiusmodi electi intelliguntur cum Archidiacono cumulatiue. *Serol.p.*2.*v.Archidiac.* sic in nouis Episcopatibus Belgij graduatis affectas præbendas possidentes, seniores ad hæc eadem deputantur, potest tamen Episcopus, cumulatiue & alios ad ea accipere. 24.

Caius Pontifex sub Diocletiano, ex cuius genere erat, constituit, quibus ordinum & honorum gradibus † ad Episcopatum ascenderetur, & Conc.Trident.*f.*23.*c.*11.pro congrua reuerentia ordinũ, & vt maior erga Presbyteros reuerentia cum vitæ merito accrescat, † interstitia inter eos ordines seruanda præscripsit.*c.*11.nisi necessitas vel vtilitas Ecclesiæ aliud postulauerit: Iudicio Episcopi, non aliorum, etiam superiorum regularium, vt censuit S.Cong.*apud Piaf.post Quar.d.c* 1.*n.*50. *Azor.Inst.mor l.*12.*c.*18.*q.*18.sed nihilominus ex declaratione eiusdem S. Cong. potest remittere ea interstitia Cap. sede vacante, quo casu dimissorias dare potest. Et Vicarius Episcopi habens generale mandatum in forma S.Cong.5.*Mart.*1597.Et quamuis ad superiores regularium interstitiorum remissio non spectet, debet tamen Ordinarius hac in re eorum iudicio & attestationi deferre. adeo tamen remitti non possunt, vt plures sacri eodem die conferantur.*c.*13.*d.f.*23. minores autem omnes possunt saltem de consuetudine in Belgio. quæ in Italia non adeo nota esse videtur. nam propositum scio fuisse sacræ Cong. an omnes minores vno die recipiens, suspensus non sit, etsi resolutum tamen negatiue. An autem omnes quatuor minores & subdiaconatus vno die conferri possint quæritur; Ideo; quod Conc. Trid loquitur de duobus sacris vno die non recipiendis: sed cap.2.*de eo, qui ord.furt.suf.*negat Consuetudo alicubi permittit. *de qua Gutier can.q.l.*1.*c.*26.*n.*30 .& *citati à Barbos.in Remiss.ad d.c.*11.*f.*23. interstitia tamen hæc non omitti tantũ aliquando possunt, sed nec ea obseruare aliquando quis potest, vt si quis nullos ordines habens parochialem Ecclesiam acquirat, debet enim infra annum promoueri. *Sac.Cong.Conc.apud Garz.de benef.p.*7.*c.* 4.*num.*47. neque enim Concilium eum qui ordinem non habet, parochialis incapacem reddidit. *Asor.Institut.mor part.*2.*lib.*6.*cap.*5. *quæst.* 9. 25. *Ordinum gradus.* 26. *Et interstitia.*

DE TEMPORIBVS ORDINATIONUM.

Rigida fuit constitutio Sixti V. *incip. sanctum* contra clericos male promotos, & Episcopos perperam ordinantes. eam moderatus est Clemens VIII. *const. prid. Cal. Mart.* 1595. illamque ac pœnas reduxit ad terminos iuris, & const. Pij II. *incip. cum ex.* & Concilij Trident. exceptis ijs, quæ latæ sunt contra simoniace ordinatos, & ordinantes. Clemens VIII. de ordinatione regularium, & Abbatibus ordines conferentibus.

DE SCRUTINIO IN ORDINE faciendo.

1. *Ordinandi offerre se debent examinatoribus.* Qui ad sacrum ministerium accedere voluerunt, feria quarta ante ipsam ordinationem, vel quando Episcopo videbitur ad illum veniant: ille, adscitis sacerdotibus doctis & prudentibus viris, ordinandorum genus, personam, institutionem, ætatem, mores, doctrinam, & fidem diligenter examinet. *Concil. Trident. s. 23. c. 7.* Indeterminate de adsciscendis examinatoribus loquitur Concilium: supplere potest ex c. 18. s. 24. de approbatis in synodo. & refertur decisum non teneri vocare Archidiaconum. *Sell. in select. canon. c. 19. numer. 3.*

2. *Qui non excludunt Archidiaconum ordinarie.* sed textus ipse Concilij id non infert: nec quidquam ex iure communi corrigit: ideoque sine iusta causa omitti non posse Archidiaconum potius est dicendū, cum id, spectet ad officium ipsius: saltem in generalibus ordinationibus, iure communi: *c. 9. de off. Archid.* & secundum Pontificale, ordinandos ipsi Episcopo præsentet, & idoneos esse respondere debeat: vt id sciat, facit examen.

3. *Qui ordinandi. Necessarij vtiles.* Sed neque omnes moribus, scientia, & ætate idonei sunt ordinandi. *Trid. s. 21. c. 2.* sed ij demum, qui iudicio sui Episcopi sunt vtiles, aut necessarij suis Ecclesijs. *s. 23. c. 16.* vbi vetatur etiam ordinari aliquis, qui alicui Ecclesiæ non adscribatur, quamuis non habeat titulum Ecclesiasticum, sed patrimonium dumtaxat. *d. c. 2. § patrimonium,* adeo vt si is locum inconsulto Episcopo deseruerit, ei sacrorum exercitium interdicatur. *d. c. 16.* Adscriptionem autem (non satis vbiq; obseruatam) fieri debere in ipsa ordinatione, etiā in familiaribus triennalibus Episcoporum, citra exactionem tamen promissionis inseruiendi. quæ etiam adscriptio non impediat absentiam causa studij. & appellari non posse ab Episcopo aliquem nolente ordinare, cum *d. c. 2.* illud faciat liberi arbitrij Episcopi decisum referunt citati à *Barbos. ad d. c. 16. & d. c. 2. num. 59.* vtique in priuata persona & causa singulari: non porro vt vniuersim nolit officium, ad quod tenetur, impendere: cum ratio arbitrij respiciat æquitatem boni viri. ita vt reijcere non possit omnes alicuius ordinis, aut collegij nisi iusta causa omnibus communi, v.g. interdicti &c.

4. *Proclamanti.* Ad scrutinium etiam pertinet, vt ordinandi adferant testimonium parochi, & magistri scholæ quoad minores; proclamationum in parochia factarum quoad singulos maiores

iores ordines. *Concil. Trid. s. 23. c. 5.* quod tamen in secularibus clericis magis seruatur. regularibus autem sufficere ex recepto vsu videtur testimonium Prælati de vita & moribus. nam quoad doctrinam, ætatem & similes qualitates, inquirit ordinans. cui etiam si satis est notus ordinandus, parochi aut alterius ab ordinario committendi denuntiationē non esse opus volunt citati *à Barbos. ad d. c. 5.* quasi in eo cesset finis illius decreti, & certus certiorari amplius non debeat. securius tamen procedit ordinarius dum pergit via regia: expenditque illud quod in ordinationibus proponitur; *nonnumquam ignoratur à pluribus, quod scitur à paucis.* & huiusmodi proclamationes à Concilio surrogatæ videri possint ei, quod Pontificale memorat à Patribus obseruatum; *vt de ordinandis consulatur etiam Populus.*

Ad ordinationes pertinent aliquot sequentes tituli; vtpote de ordinatis ab Episcopo qui Episcopatui renuntiauit; & ab excommunicato; vt si scienter ita fuerint ordinati ministrare non possunt: cum ignorantibus autem dispensetur ab Episcopo suo: sed si ille ipse ordinauerit, cum non tantum loco, sed & dignitati renuntiasset aut excommunicatus esset, Pontifex ipse est adeundus.

Deinde *de ætate, qualitate, & ordine præficiendorum:*

Præficiendus simplici beneficio etiam canonicatui in Ecclesia collegiata debet esse quatuordecim annorum. *Concil. Trident. s. 23. c. 6. c. superordinat. de præbend. in 6.* nisi fundatio aliter disponat, cui Concilium non derogat. *iuxta declarationem Cardinalium.* canonicatui Cathedrali ætas ad ordinem annexum necessaria curato viginti quinque an. inchoatorum: *c. 14. & 15. de elect. in 6. Trid. s. 24. c. 12.* etiam vicariæ curatæ: *Clem. vn. de off. vic.* dignitati curatæ 25. annorum: non curatæ 22. annorum etiam personatui *d. c. 12.* cum huic ante sufficerent 14. *c. indecorum 3. x. de ætat. & qual. pref.* Episcopatui 30. completi: *Trid. s. 7. c. 1. s. 22. c. 2. s. 24. c. 2.* Abbatissæ, & quæcumque conuentibus, vt capita, præficiendæ 40. *Trid. s. 25. de regular. c. 7.* de qualitate ordinandorum videatur Gratian. *à dist. 25. vsque 50.* de curatis Trident. *s. 7. c. 3.* Archidiacono: *s. 24. c. 12.* Pœnitentiario: *s. 24. c. 8.* vicario sedis vacātis: *s. 24. c. 16.* Scholastico: *s. 23. c. 18.* canonicatibus cathedralibus, & Collegiatis insignibus. *s. 24. c. 12.*

De *ordine præficiendorum:* nullum beneficium obtineri potest sine præuia tonsura, in alijs non ordo actu, sed ætas & susceptio ordinis annexi intra annum requiritur. *Trid. s. 22. c. 4. s. 24. c. 12. c. 1. x. h. t.* ad parochialem autem actu subdiaconatus, nisi cum idoneo alias dispenset Episcopus. *c. 5. h. t.* multo magis ad Episcopatum. *c. 9. x. h. t. Trid. s. 22. c. 2.*

Sequitur etiam Titulus *de filijs presbyterorum non ordinandis, de seruis non ordinandis,* iterum *De obligatis ad raticinia non ordinandis, De corpore vitiatis, De Bigamis, De clericis peregrinis non ordinandis.* Sed neque ordinandus est non baptizatus: *c. 1. & 2. x. de cler. non baptis.* non confirmatus: *Trid. s. 23. c. 4.* mulier: *x. de pœnit.* illiterati: *Trid. s. 21. c. 4.* grauium scelerum rei: *c. fin. x. de temp. ordin. can. 3. dist. 46. c. infames 6 q 7. & 1. q. 7. per tot. c. 1. & alijs x* de homicidio publice pœnitentes, & excommunicati: *Nau. in Man. c. 27. num. 12. 24. 244.* denique qui titulum non habet: *s. 21. c. 2. Trid. qua de re alijsque egimus supra tit.* de ordinandis.

DE SACRA VNCTIONE.

CONcilium Tridentinũ de Sacramento vnctionis multa, quæ nouatores cõtrouertebant, *s.14.* circa doctrinam de hoc sacramento, institutione, effectu, tempore quo dari debeat, & ritu definiuit. Sacramentum exeuntium nuncupatur infirmis vtique exhibendum, qui tam periculose decumbunt, vt in exitu vitæ constituti videantur, qui si conualuerint cum in aliud simile vitæ periculum inciderint, iterum illius subsidio iuuari possunt. ritus autem illi sunt seruandi, quos Ecclesia Romana præscribit. *d. s. 14. c. 1.2.3. & in canon.* 1.2.3.4.

Et quamquam Epistola D. Iacobi presbyteros faciat ministros huius sacramenti; post distinctas tamen parochias, pertinet administratio ad proprios ægrorum parochos. adeo vt regulares, qui secularibus siue clericis siue laicis sine parochi licentia vnctionem ministrauerint, excommunicationem incurrant, sedi Apostolicæ reseruatam. à qua tamen excipiunt, qui id in extrema necessitate absente parocho, seu alias non valente, aut per manifestam iniuriam non volente, quasi ex præsumpta superiorum authoritate, id fecerint. quomodo Ecclesia in articulo mortis cuilibet sacerdoti quemlibet absoluendi tribuit facultatem, *citati à Barbos. in collect. DD. ad Concil. Trident. de sacr. Vnct. d. c. 3.* vbi etiam citatur priuilegium ab Eugenio IV. Minoribus concessum, & alijs fere regularibus communicatum, vt sacramentum hoc possint administrare fratribus professis, conuersis, oblatis, donatis, nouitijs, & (quod in alijs passim non obtinet, nec vsus in his vbique) seruitoribus secularibus, aut pauperibus in hospitalibus suis degentibus.

DE FILIIS PRESBYTERORVM.

HÆreditariæ successiones beneficiorum semper in Ecclesia fuerunt odiosæ. quorum enim est hæc vox, *hæreditate possideamus sanctuarium Dei?* quin nec regulæ politicæ in officijs sæcularibus successiones admittunt. *Tit. de muneribus & honoribus non continuandis inter patrem & filium C. libr. 10.* Refert Charond. *resp. l. 3. R. 39.* infirmatam prouisionem filio de munere per patris resignationem factam.

1. *An pensio filio reseruari possit super beneficio patris.* Hodie † filio reseruari non potest pensio super beneficio patris: etsi olim posset. sed si pater habet pensionem cum potestate eam in aliũ transferendi, non ei obstabit hic locus quominus in filium etiam illegitimum possit transferre, quia hic casus omissus ex iure priori decidendus est. *Gonzalez ad Reg. Canc. gloss. 5. §. 5. numer. 22.23.24.* quantum vero attinet ad successionem bonorum, illegitimos prorsus incapaces reddidit Pius V. 2. *Martij anno 1571 const. quam refert Quar. v. Illegitimi. & nos dicimus. infra de testam. & ampliatio eiusdem Pij V. 5. mart. 1572.*

2. Concil. Trident. *s. 25. c. 15.* longissime † vult paternæ incontinentiæ memoriam à locis sacris

sacris arceri. Vbi videtur illud verbum longissime positum tantum in narratiuo non præcise illud euincere, vt sicut filius respectu patris excluditur, ita nepos tractetur respectu aui, præsertim in correctorijs iuris antiqui: nam quod etiam antiquo iure Canones optarint incontinentiæ memoriā longissime aboleri, certum & expressum est, & tamen non indistincte. Ideo nepotes legitimi exclusi, sed bene à beneficijs quæ immediate patres tenuerant. sic parlamentum Tholosanum aliquando intellexit cap. ad extirpandos, *de filijs presbyterorum, refert Papon. in suis arrestis tit. de capacitate ou incapacite à tenir benefices, artic. 2.* Imo per me licet, vt quia volunt hunc Conc. locum *s. 25. c. 15.* aliquid iuri communi addidisse, vt etiam nepos excludatur à beneficio aui, vbi fuerit mediata persona alia, quod legitimis filijs etiam permisit Alexand. III. etsi Clem. VII. in illegitimis *Const. quam refert Quar. verbo illegitimi*, diserte vetuit: sed vt nepos legitimus excludatur à beneficio quod nunquam possedit auus, ideo quod sit in eadem Ecclesia, non adeo apud me exploratum est. Ipse textus ad hoc non cogit, & erunt in vno verbo duæ iuris communis correctiones. Et est ita decisum per Card.... Martij 1598. & in causa N. N. Canon. Brug. an. 1616. ideoque credo contrarias, quæ circumferuntur, S. Cong. declarationes esse suppositias.

An nepos auo succedere possit.

2.

Scilicet simpliciter censuit Cong. nepotem legitimum ex filio illegitimo non comprehendi decreto Conc. quod & tenuit Nauarr. *hoc tit. consil. 9.* neque è conuerso tamen pater immediate succedere filio prohibetur in beneficio. *Cong. Conc. 22. Decemb.* 1594. comprehendit tamen decretum filios naturales procreatos ante clericatum *Balb. decis. 29.* etiam religiosos. quamquam enim omnes adnatæ illis maculæ professione & priuilegio religionis tollantur, non tamen finis inhibitionis Concilij: scilicet memoria incontinentiæ paternæ longissime arcendæ. quem bene expendit Nauar. *cons. 8. §. 4.* quæ veteris vitij memoria non minus refricatur in filio religioso, quam seculari: cum & magis pudendum sit, pluresque sermones moueat, si in Abbatiam aliudue beneficium regulare filius patri subrogetur, quam in beneficium sæculare.

An pater filio.

3.

Quid de natis ante clericatum

Religiosis.

Dum vero memoriam incontinentiæ paternæ à locis Deo sacris longissime arceri desiderat Concil. ea dictio quemcumque modum obliterandi vitij complectitur, vt non bene aliqui post triginta annos à morte patris filium posse succedere existimauerint. quippe id excepta distinctione suprapósita non minus memoriam refricat, quam si ante pauciores annos incontinenter pater eo loco vixisset. quin imo sæpe magis offendit antiquitas vitij, quippe cum natura progrediendo semper deficiat, viribus æque & virtutibus, & dum seculorum ætates semper deteriorentur, vitia inualescant (vnde perpetuum illud senum eloquium,

4.

An præscribatur prohibitio.

-- *Laudator temporis acti*

Se puero)

præualidum magis & enorme vitium censetur illud, quod ætate maiorum quam nepotum commissum est, magisq; aures auramq; omnem inficit, si obsita pene situ camerina moueatur, & exsufflatus fœdus odor ad nares iam purgatas repulsetur. non ergo prohibitio hæc tricenaria præscriptione abrogabitur. sed ad centenariam porrigetur, quæ est longissima certe præscriptio, adeoque in annos centum, id est, æternitatem silentium imponetur. neque enim solent constitutiones legumque decreta per tempora vel ætates tolli, nisi illæ ipsæ id decernant.

Quæ

5. *Quid de cohabitatione?* Quæ ratio extinguendæ memoriæ paterni vitij, ex æquo & bono suadet, vt nec filij tales cum parentibus habitent, nec in eadem Ecclesia, etiamsi neuter, vel alterutter tantum beneficij titulum ibi habeat, sacra celebret, aut in capellania succedat, quæ fundata fuerit sine Episcopi auctoritate, quod beneficium non sit, quippe cum hæc memoriam renouent, non minus quam si pater ibi titulum habuisset, quo certe casu quoquo modo ministrare filio Concilium prohibet, id est missam celebrare, epistolam vel Euangelium, quin & Antiphonam canere, ratione oneris beneficij Ecclesiæ annexi, Sacristæ vel Cantoris officio fungi, tametsi in aliquibus scriptores citati à Barbosa *in Remiss. ad d.c.15.* secus senserint.

6. *Titulus & possessio vt requisita.* Nihilominus tamen requiritur vt pater beneficij possessioné aliquando apprehenderit, quamuis non ministrauerit, neque sufficit ad prohibitionem sola collatio literis non expeditis, & possessione non inita, possessio enim in oculos maxime incurrit, & memoriam ac linguas mouet vt illa sufficiat, quamuis minus pacifice, & absque legitimo titulo obtenta, etiamsi sola sedis in choro inlessio ex caussa dignitatis in alia Ecclesia habitæ, fuerit, hæc enim non patiuntur patrem simul & filium, in eadem Ecclesia beneficia obtinere, ne vnum quidem quod duorum alternatiuam residentiam admittit, sed pater vel filius tenetur in totum cedere. *Cong. Conc. Garz. & citati apud Barbosam ad d. cap.15.*

7. *In multis punct differt hic Concil. à iure.* In legitimis autem presbyterorum filijs nihil vel Clementis constitutio, vel Concilium mutauit. *Garz. de benef. p.7.c.3.num.17.* In illegitimis Concilium à Iure communi censuit Sac. Cong. apud *Garz. nu 14.* In punctis alijs differre. scilicet 1. quod talis memoria longissime arceatur. si non solum immediate, prout de iure communi, sed etiam mediate, quod non solum prohibetur successio in eodem beneficio, sed in alio quocumque, etiam in dissimili, dummodo sint in eadem Ecclesia, contra ius commune, *de quo per Abb. in cap. abolendam, post princip.* nedum prohibetur filius obtinere beneficium in Ecclesia, in qua pater obtinet, sed ministrare contra ius commune, quo tantum patri ministrare prohibetur, *Abb. in cap. cum decorem eodem.* quod nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinuerunt, vel obtinent, habere poterunt filij.

DE CLERICIS PEREGRINIS.

Rigidam constitutionem *incip. cum de omnibus*, & aliam declaratoriam, *incip. ad Romanum* ediderat Sixtus V. aduersus natos ex incestu, aut nefario coitu; Vt ne quidem ad professionem, aut habitum regularem, nisi conuersorum admitti possent. quamuis cum alijs illegitimis paulo mitius. sed Greg. XIV *constit. inc. circumspecta 159*. & Clem. VIII. *const. inc. in. suprema* reduxit ad terminos iuris cõmunis vt omnes illegitimi ad professioné & habitũ regularé admitti possint, *si tamen diligenti examine facto*, inquit Greg. *bonã indolé, & virtutis specimen præ se ferant.* nisi tamen pater eius in illa religione sit professus, & viuat. ergo illius vita durante manet prohibitio Sixti. quæ tamen illud examen meritorum vti modum, non vt conditionem, apponit. ita vt is, cui ea non adsint, professus, tamen vere fiat religiosus. *Roder. quæst. reg. t.3.q.8.a.5.* vt & alia Gregorij clausula, vt illegitimi dispensari possint ad honores regulares. vt quamuis ablatiui soleant fere conditionem inferre, tamen promo-

promotio & dispensatio eorum, quibus merita non suffragantur, non sit irrita. nisi ex iure communi id obtineret: ad quos terminos causa reducta est. *arg. eorum quæ habet Rod. vbi sup. t. 1. q. 13. a. 14.* admissio tamen illegitimi, cuius pater in religione viuit, esset irrita. quoniam Gregorius à moderatione sua hunc excipit, eoque manet in eo nullitas à Sixto inducta.

DE CLERICIS PEREGRINIS.

VT irreuerentia ac sacrilegium vitetur mandat Concil. Trid. *s. 22. in decreto de obseruand. in celeb. miss.* vt Episcopi in suis diœcesibus interdicant, ne cui vago & ignoto, sacerdoti missas celebrare liceat. & generalius *s. 23. c. 16.* vt nullus clericus peregrinus sine commendatitijs sui ordinarij literis ab vllo Episcopo ad diuina celebranda, & sacramenta administranda admittatur. si tamen aliter faciat fidem de sua ordinatione, & vitæ integritate, & absit scandalum; admitti potest. neque enim ob literarum Episcopalium defectum suspensus est. *citati à Barbos. in collect. DD. ad Concil. Trid. d. c. 16.* & propterea dum in dicto decreto coniunguntur illa epitheta *vago & ignoto* satis apparet noto, & alibi integra fama residenti, alio venienti, non itidem esse interdicendum. & ita fere seruatur apud eos, qui ex vicinis diœcesibus adueniunt, quos fama facile proderet: quoad eos autem, qui de longinquis, rigor, *d. c. 16.* merito obtinet. & conforme est *c. vlt. x. eod.*

Vt nec olim ordinatus permittendus fuit ministrare sine testimonialibus sui Episcopi. *c. 3. x. de cler. peregrin.* imo si ex valde longinqua regione veniebat Episcoporum quinque. *c. 1. eod.*

Quod vero spectat ad ordinationem clericus peregrinus ab Episcopo non suo non potest ordinari ad superiores ordines. *dist. 71.* nec laicus ad tonsuram. *c. vlt. de temp. ordinat. in 6.* nec ordinando creditur super ordinibus iuranti. *c. 2. x. h. t.* sed oportet vt adferat dimissorias iuxta exemplar. *dist. 73.*

DE MAIORIT. ET OBED.

IVRE meritoque Concil. Trid. *cap. 11. sess. 23.* meritum vitæ & ascensus ad maiores ordines probari vult ex reuerentia erga sacerdotes †. Certe olim ea inculcari solet tironibus alphabeticis, sed eam non satis in pectus demittunt, qui non exhibēt sacerdotibus obuijs, etsi dignitate Ecclesiastica etiam præditis, vel caput aperiunt. Longe ab ea regula remoti, quam Basilius, Benedictus, alijque Monachorum Patriarchæ olim sanxerunt, & Paulus saltem pro consilio ac monito dedit, vel inter æquales honore inuicem præuenire. B. Franciscus solet dicere, quod si ab vna parte de cœlo aliquis sanctus reuersus staret, ab altera sacerdos; se prius exhibiturum reuerentiam sacerdoti. *Ribad. in Principe l. 1. cap. 35.* Carol. Magnus moriturus Ludouicum filium inter cætera monuit, vt sacerdotibus honorē ceu patribus exhiberet. Basilius similiter filiū his verbis hortatur: *Deum Optimum*

1. *Reuerentia erga sacerdotes.*

adames, honora eius Ecclesiam, sacerdotes eiusdem reuerere, clericos omnes honorifice complectere, *Choppin. monast. l. 2. tit. 2. n. 1.* Conc. Matisc. statuit canon. 14. vt si quis quempiam clericorum honoratorum in itinere obuiam habuerit, vsque ad inferiorem gradum honoris venerantes illi colla subdat, & si vterque equo vehitur, galerum secularis de capite auferat; si clericus pedes graditur, & saecularis vehitur equo, ilico ad terrã defluat. Qui vero, inquit, horum quae Spiritu sancto dictante sancita sunt, transgressor fuerit; ab Ecclesia tam diu quam diu Episcopus illius Ecclesiae voluerit, suspendatur. bone Deus quam aut idem spiritus eadem nunc non praecipit, aut non auditur! Conc. Laod. *cap. 20.* praecipit ne Diaconus nisi ex iussione Presbyteri, sedeat, similiter honorificetur & Diaconus à ministris inferioribus, & omnibus clericis, *c. non oportet d. 99.*

2. *Praerogatiua Regum.* Et haec spectant ad ostendendam hierarchiam Ecclesiasticam, quam qui diuina ordinatione negant institutam, vel etiam Episcopos Presbyteris non esse superiores, vel non habere potestatem confirmandi vel ordinandi, vel quam habent illis esse cum Presbyteris communem, damnantur. Trid *s. 23. can. 6. 7.* quanquam olim Presbyteri, qui in singulis ciuitatibus constituebantur, simul essent Episcopi. *Pasquier Recherch. l. 3. c. 1.* quo sensu aliquando eorum appellatio in antiquis confunditur, alioquin iure diuino potestate distinguuntur. *Azor. Instit. mor. part. 2. l. 3. cap. 16. quaest. 5.*

Ex cap. fin. *de offic. deleg. in 6. c. ne aliquid de priuil. in 6. ca. solicita de maior. & obed. extrau. execr. § nos itaque de praebendis,* habetur ordinarie ea conclusio, vt reges, reginae, eorum filij, propter praerogatiuam, † censeantur in omni dispositione iuris non comprehensi, nisi diserte exprimantur. Sic Concil. Trident. *c. 9. s. 25.* excipit patronatus qui ad Imperatorem, Reges seu regna possidentes, aliosque sublimes & supremos principes, Iura Imperij in Dominijs suis habentes, pertinent. sic *c. 8. s. 22.* à visitatione Episcoporum excipit collegia quae sub regum (intelligo etiam sublimes Principes iura regum possidentes) immediata sunt protectione, nisi de eorum licentia. sic beneficia Regum in generali Regularum Cancellariae reseruatione non comprehenduntur. *Gonçales ad R. 8. Canc. gl. 24. numer.*

3. *Episcoporũ.* 153. In Conc. Const. 8. *gener. can. 14.* decernitur ne timide abiecteque se † Episcopi gerãt, sed cum modestia dignitatem seruent, cui vectigal, vectigal: cui honorem, honorem. *Dummodo,* inquit, *Principes & pij Imperatores agnoscant sibi aequales Episcopos, & libere audeant reprehendere, increparcque, & principes & caeteros qui militari honore fruuntur, si quid peccauerint. si quis Episcopus dehonestauerit dignitatem, vixeritque abiecte, amoueatur per annum, & princeps qui in causa fuerit, excommunicetur per triennium.* Quadrat his *cap. 11. 12. Conc. Antioch.* & Innocent. III. in *c. 6. h. t.* scribens ad Imp. Const. vtitur his verbis; *Hac autem si prudenter attenderet Imperatoria celsitudo, non faceret, aut permitteret Constantinopolitanum Patriarcham, magnum quidem & honorabile membrum Ecclesiae, iuxta scabellum pedum suorum in sinistra parte sedere, cum alij Reges & Principes Archiepiscopis & Episcopis suis, sicut debent reuerenter assurgant, & eis iuxta se venerabilem sedem assignent.* Hinc iam olim in sacris Concilijs Episcopis inhibitum fuit, ne principum aulas frequentarent, etiam additis poenis anathematis. refert ea Choppin. *l. 1. monasticon. tit. vltim. numer.* 28. scilicet Cabilonense, Meldense, Viennense, Antiochen. (quod excipit necessariam causam iudicio Metropolitae, & aliorum prouinciae Episcop.) Aureliens. Sardicens. In Conc. Trid. *s. 25. c. 17.* vetatur Episcopis ne suam dignitatem dehonestent, cum regum ministris, regulis & Baronibus in Ecclesia, & extra; indecedente submissione se gerant, & veluti inferiores ministri altaris, nimis indigne loco cedant,

multo

multo minus personaliter illis inseruiant, sed tam in Ecclesia quam foris gradum suum, & ordinem præ oculis habeant. Vbique se Patres, & Pastores esse meminerint. principibus præcipit, vt eos paterno honore, & debita reuerentia prosequantur.

Episcopis præterea, inquit, Conc. Trid. *ſ.25. cap.6.* vbiq; is honor tribuatur, qui eorum dignitati par est, eisque in choro & in Capitulo in processionibus & alijs actibus publicis sit prima sedes, & locus quem ipsi elegerint, & præcipua omnium rerum agendarum authoritas; Ex quo capite Gregor. XV. decidit 21. *Martij* 1622. non obstante contraria consuetudine & decreto cap 13. l. 1. Ceremonialis à Clem. VIII. editi, aut obseruantia aliarum Ecclesiarum, indecens esse Episcopum Tornacensem diebus festis etiam non solemnibus & feriatis æqualiter sedere cum canonicis: adeoque deinceps debere eum primam sedem cæteris eminentiorem indifferenter conscendere.

Olim cum primum Monachi † esse cœperunt, & longo post tempore, clericis minores & subiecti fuerunt. etenim in cap. à subdiacono dist. 93. dicitur: Pontifici Presbyter, Presbytero Diaconus, Diacono Subdiaconus, Subdiacono Acolytus, Acolyto Exorcista, Exorcistæ Lector, Lectori Ostiarius, Ostiario Abbas, Abbati Monachus, in omni loco præstet obsequium, siue in publico, siue in gremio Ecclesiæ. Erant enim eo tempore Monachorum præfecti, vt ipsi Monachi, laici, adeoque clericis inferiores. Vnde S. Hieronymus inquit, *16. quæst. 1. cap. Monachus non docentis, sed plangentis habet officium, qui vel se vel mundum lugeat, & Domini pauidus præstoletur aduentum.* deinde clerici & Sacerdotes esse cœperunt, veriti tamen vlli pœnitentiam tribuere, nisi sibi inuicem, mortuum non sepelire nisi Monachum in monasterio morantem, infirmos non visitare, vnctiones facere, aut Missas publicas cantare, neque filium de baptismo accipere, neque ad Ecclesiam secularem transire, vllisue negotijs se implicare, quia Monachus mundo mortuus est, & Deo tantum viuit. *cap. placuit. cap. interdicimus. cap. peruenit, cap. alia causa est. cap. iuxta cap. qui vero. cap. Agapitus c. sunt nonnulli.* quæ capitula sic citata quamuis inuicem pugnare videantur, habent solutionem ex successione & distinctione temporum, adeoque demonstrant quomodo tandem omnia officia, quæ Cleri secularis fuerunt, ad Papatum vsque sui iuris fecerunt. quin & Abbates insignia pontificalia & functiones ipsas Episcopales, exclusis tantum sacris ordinibus, sibi arrogarunt, Pontificum largitione: quod tamen Trid. *sess. 23. cap.* 10. restrinxit, vt suis tantum regularibus tonsuram, vel minores ordines possent conferre. & cum reliquis secularibus diuitijs, quas in primæuo statu multorum operis ample parauerant, præstarent; facile post Episcopatum primas obtinuerunt. præterquam ijs in locis, vbi dignitates sæculares vel ob antiquitatem, vel ob pares diuitias, similemue causam pristinum statum retinuerunt. qui initio quidem iuris fuit, nunc, ob argumentum communiter secus accidentium, consuetudinis esse æstimatur, si quis post Episcopum sæcularis dignitatis ante Abbatialem sedere, vel ingredi se posse contendat: adeoque consuetudinis probatio illi incumbit, cum generalis ratio stet ab Abbatum parte. 4. *Abbatum.*

Episcopi de iure † iuxta prærogatiuam suæ ordinationis præcedunt, non habita ratione dignitatis sedium *cap. Concilia* §. *hinc, in fin. 17. d.* vbi Episcopus Mediolanensis subscribit ante Rauennatensem, etsi Rauennatium sedes longe semper dignior fuerit. & ita in Ceremoniali etiam Romano dispositum est. quamuis in Germania fere passim, alijsq; multis locis consuetudo contrariũ obtineat. quamuis *Serol. V. Concil.* §. 4. huiusmodi 5. *Episcoporũ inter se ordo.*

consuetudinē non admittat, quia orbis debeat obseruare consuetudinē Vrbis. nisi potius quid debeat quā quid soleat in Vrbe fieri attendamus vt iubet l. 12. *D. De off. Præsid.* & quidem sacra Cong Concil. declarauit Episcopum exemptum & nullius diocesis, suffraganeos non debere præcedere, nisi sit ordinatione antiquior. *Serol. ibid.* Quandocumque
6. Capit. Cathed. autem Episcopus processionem indicit, & procedit cum suo Capitulo, † illud omnes alias dignitates præcedit, & cum eo coniungitur, ac simul vnum corpus conficiunt. *ca. requisisti § . si vero de testam.* Vnde & Episcoporum fratres Canonici dicuntur. *c. quanto, de his quæ à prælat.* Archid. Archipresbyterum præcedit si sit sacerdos, etsi tantum ex voluntate; non ex fundatione, *M. Ant. Gent. in prax. c. 53. refert ita censuisse Cong. Rituum.* Canonici Regulares præcedunt Monachos. *Serol. p. 1. V. process. §. 4.* & Clerus sæcularis regularem. Extat & const. Pij II. *inc. cum seruare. prid. Id. Iun. a. 1.* protonotarijs locum assignans in capella, & consistorijs; & vt eos Episcopi, quamuis tantum electi, præcedant.

7. In his valet consuetudo. Enimuero huiusmodi controuersiarum decisio plerumque petenda est à consuetudine †, vt sententiam Senonensem refert *Choppin. Monast. l. 2. t. vlt. num. 23.* Vnde non male Greg. XIII. decreuit *in const. incipit exposcit, relata per M. Anton. Gen. in prax. c. 53. Pias. pr. p. 2 c. 3. num. 48. Quar. V. præced.* vt qui sunt inter fratres mendicantes, in quasi possessione præcedēdi, seu iuris præcedendi, sine vlla appellatione, alioue subterfugio præcedant in processionibus publicis, & priuatis: de qua vbi non constat, præcedant antiquiores in loco controuersiæ, qui ordo prius domum aut Conuentum ibi habuerit. deinde ad tollendas omnes præcedentiarum controuersias S. Cong. statuit in processionibus seruandum esse quod in alma Vrbe seruatur, *Quar. & Pias. ibid.* Quem ordinem habet Gamm. *decis. 1.* sed in his locis magis d. Constit. & antiqua possessio, quæ in talibus ius tribuit, seruatur, etsi Quar. eam resolutionem Sanctissimo placuisse asserat, & mandasse nouam Constit. fieri, quæ tamen nondum nata est.

Pius V. ante constituerat, vt Prædicatores præcederent omnes Mendicantes; Senatus tamen Paris. *referente Choppin. vbi supra.* in controuersia dubia actoribus, in initio processionibus dexteram, ac deinde sinistram assignauit, & vice versa, Reis. *Mon. l. 2. t. fin. n. 23.* Et forte eo sensu, vt in dubijs vtrisque aliquid prærogatiuæ assignetur, *Concil. Trident. s. 25. c. 13. de reg.* vtitur verbo *componere* vt possit Episcopus eas difficultates.

8. Quisq; in sua ecclesia præcedit. Generaliter tamen † sciendum est, vt quisque in domo sua rex est, (vt imperium exercebat ille rusticus, qui regem Angliæ, quod in domo sua ei obedire nollet, alapa mulctauit,) sic quisque rector in Ecclesia sua quoscumque alios, qui ordine hierarchico non sunt eius superiores, antecedit in solemnibus missis dicendis, alijsque omnibus præeminentijs. sic Rota censuit Parochum in sua Ecclesia præferendum Decano & Capitulo Collegiatæ ad eam Ecclesiam processionaliter ex antiqua consuetudine accedentibus, quodque maior minori in eius domo cedere teneatur. *Gonçalez ad R. 8. Canc. gl. 6. numer. 101. & seq.*

9. Modus finiendæ controuersiæ. Et quoniam plerumque † huiusmodi controuersiæ incidunt in processionibus, exequijs, deferenda vmbella, & similibus, quæ sacra non debent retardari profana illa contentione; decernit Concil. Trid. vt eas Episcopus componere possit amota omni appellatione *cap. 13. sess. 25.* saltem quoad effectum suspensiuum, etsi non deuolutiuum. *citati à Barbos. in collect. DD. ad Conc. Trid. s. 25. de reg. c. 13. num. 8.* & nihilominus compellere omnes, etiam per censuras, vt in publicis processionibus compareant; adeo quidem vt nemo

voca-

vocatus exemptione se tueatur; quo minus ad processiones teneatur venire. quod ante Concil. Triden. anno 1413. Senatum Paris. iudicasse, refert Choppin. *de sacra pol. l. 2. t. 6. n.* 18. modo vltra dimidium milliare extra Ciuitatem non distent. *ex S. Cong. Quar. vbi supra.* 10. *Vt à publicis processionibus nullus excusetur.*

Excipiuntur † tamen ab Episcopi mandato vocantis exemtos ad publicas processiones, ij, qui in strictiori clausura viuunt, vt sunt Carthusiani, Camaldulenses, Discalceati & Cœlestini. quorum etiam priuilegium refert Chopp. *Monasticon l. 2. t. 1. numer. 16.* à Bonif. VIII. concessum *his verbis. inhibemus etiam ne aliquis Episcopus, vel alia persona spiritualem, vel aliã iurisdictionem habens, vos ad synodos vel Conuentus forenses suos accedere, vel cum eis intus vel extra ciuitates, vel terras processionaliter exire, aut suis constitutionibus subiacere cogat, &c.* Excipiuntur etiam laicæ confraternitates, quæ ad processiones cogi non possunt. *Quar. vbi supra ex Cong. Conc.* 11. *Præter obnoxios clausuræ.*

Et sacerdotes seculares nullum officium aut beneficium ecclesiasticum in ciuitate, vel diocesi obtinentes: *Cong. Concil. 9. Maij 1597.* quemadmodum econtrario canonicos & quoscumque beneficiarios seculares, & regulares, quantumuis exemptos, compelli posse responsum est *ab eadem Cong. 17. Iulij 1597. & 22. Ianuarij 1598.* Compelli, inquam, ab Episcopo. vt connexio textus satis infert: *c. 13. Concil. Trid. de regular.* sed an per censuras? apud Dianam *p. 3. t. 2. r. 76.* in vtramque partem declarationes S. congregationis citantur: sed quæ affirmat verior videtur. quis enim sublatis censuris superest compellendi modus aduersus eos, qui propria etiam in communi non habent? aut quæ commode districtio personarum vsurpabitur, aut missio in bona promptum remedium dabit? quod dictum *c. 13. in princip.* admodum spectat.

Publicas autẽ † processiones S. Cong. esse declarauit *apud Quar. vbi sup.* quæ consuetæ, vel ex publica causa, peste auertenda, introitu noui Episcopi, vel ad generales Litanias fiunt & si noua processio indicatur, S. Cong. censuit *apud Scrol. vbi supra §. fin.* ad Episcopum cum consilio Capituli pertinere decernere, quo & qua ducenda, dirigendaque sit. Consensum Capituli non requiri resoluit S. Cong. & quidem non obstante quasi possessione contraria, aut consuetudine. *citati apud Barbos. v. 43. & seqq.* in parochijs autem ad curatos spectat: sine quorum assensu regulares dirigere, aut veterem circuitum mutare non possunt. *ibi n. 47. 31.* 12. *Publicæ processiones quæ.*

Sede vacante potest Capitulum (vt alia quæ l. 3. iurisdictionis sunt) ijs beneficium absolutionis ab excommunicatione siue iuris siue hominis impartiri; quibus potuit Episcopus, nisi specialiter interdicatur potestas. *c. vnic. h. t. in 6.* adeoq; facultas Episcopo concessa *c. 6. s. 24. Trid.* & similes Capitulo competunt. *de qua re infra de pœnit. & remiss. n. 8.* 13.

Ad Papæ maioritatem eximie spectat, quod omnes per orbem vniuersum Episcopi per sua tempora ex vetere Ecclesiæ more visitare Limina Apostolorum debeant, & pastori omnium vniuersali statum suæ Ecclesiæ referre, Itali quidem singulis biennijs: Transalpini triennijs: transmarini quadriennijs: Indi decennijs. Sixtus V. exacte iuramẽtum ante consecrationem, aut translationem præstari, & sub censuris seruari voluit. tempora etiam antecessoribus lapsa successoribus decreuit imputanda. quare *c. 4. in fin. x. de iureiurand.* quod hanc visitationem singulis annis indicit posterioribus decretis mutatum est: aut de proximis Romæ Episcopis illud tantum accipiendum fuit, quasi suffraganeis Patriarcharum seu potius Metropolitarum non vt summi Pontificis Romani; quomodo ad alijs non debeatur, nec ex consuetudine quidem, dicimus *de offic. ordinar. n. 13.* 14. *Papa primatus.*

DE TREVGA ET PACE.

NEque cap.1.h.t.quod tempora induciarum præscribit; neque cap. 2. quod personas recenset, quæ tempore belli plena securitate gaudere debeant; vsus obseruat. miles hodie

Iura negat sibi nata, nihil non arrogat armis:

& personæ d.cap.exceptæ intra terminos suos non se continent. quin videmus inaudito anterioribus sæculis exemplo mercatores belli incommodis Iure exemptos *d. cap. 2.* ipsos bellum ciere, classes adornare, ad vtrosque Indos currere, aurum opesque inde aduehere. Pœna violantis inducias iure indictas *in d.cap.1.* est excommunicatio; pacem autem publicam in Imperio, Bannum. de quo, eiusque effectibus, vid. tract. Andr. Gail. *de pace Publ.l.2.*

Pacem inter reges pactam iuratamque obseruandam omnino Ecclesia decernit, cogitque. *c. nouit x. de iudic.* quod per multas quæstiones examinauimus *in Hiatu Cassan. obstruct. toto l. 2.* præsertim cum seruandi corporis causa pars regni hosti tribuitur.

Ad fœderum autem obseruantiam reges cogit Ecclesia, etiam per censuras. *d. c nouit. x. de iudicijs.* quod iterum examinauimus *in Hiatu l.3.c.1.* vbi & *c. 2.* pacis infractionem bello iusto vindicari docuimus, & *c. 4. & 5.* quietis publicæ turbationem iusto itidem bello coerceri de omnigena porro belli iustitia longa disquisitione egimus *in Iudice.l.4.*

DE OFFICIO ARCHIDIAconi.

ARchidiaconus tam in vrbe quam ruri per totam diocesim omnem curam habet. *c. 1. x. de off. Archidiac. c. cũ in cũctis. § inferiora x. de elect.* sed Archidiaconi cura externę iurisdictionis est. vt constat ex descriptione eorum, quæ ex officio incumbunt. *d. c. 1.* & quoniam cura interna ligandi, soluendi, sacramenta ministrandi sacerdotium requirit; Archidiaconatus autem diaconatũ dumtaxat. *d. § inferiora.* & in his spiritualibus vicarius Episcopi est Archipresbyter. vt explicantur *in d. c. 3. 4. 5. x. de off.* Archipresbyt. *Hi tres,* inquit, *c. fin. x. de off. custod. Archidiaconus, Archipresbyter, custos, simul iuncti vno animo prouide pergant, & perfecte, & non sit inuidia, neque zelus inter illos.* Supereminet tamen Archidiaconus, & ei

& ei alij obediunt: tam Archipresbyter; *c.1.x.de off. Archipresb.* quam custos; *c.1. & c.2. x. de off. custod.* Primicerius; *vnic. x. de off. primic.* & sacrista; *c. vnic. de off. sacrist.* quamuis in hisce muneribus consuetudo parum iuri congruat, vel vniformis sit.

Archidiaconorum authoritatem per Concil. Trident. esse imminutam, quoad causas matrimoniales & criminales, sed stricte acceptas, concubinatum similiter stricte sumptum, non tamen vicaria Episcopi etiam sede vacante: saluis etiam concordatis & immemoriali consuetudine, etiam quoad institutiones tituli attributiuas, atque etiam visitatione, procuratione, similibusque iuribus late diximus *in Consult. canon. h.t.*

DE OFFICIO ORDINARII.

ADeo Concilium Tridentinum Ordinariorum † iurisdictionem illibatam seruari & promoueri cupit, vt nec ab ipsis, nec ab inferioribus, neque à superioribus turbetur. *cap. 20. sess. 24.* Non à superioribus, Legatis scilicet Nuncijs, & quibuscumque alijs: vetando; ne in prima instantia eos procedentes quoquo modo impediant, iurisdictionē eorum præripiant, aut alio modo turbent. & si quidem ipsi Episcopo prius non requisito, & negligente processerint, acta eorum nullius momenti sint, & partibus ad damni satisfactionem teneantur. vbi non comprehendi mandata Apostolica executiua, quæque summariam tantum cognitionem requirunt in forma Breuis de capienda possessione beneficiorum sedi Apostolicæ reseruatorum, de quibus alicui prouisum est, à sede Apostolica, declarauit Greg. XIII. *cuius Const. refert P. Matth. in sept. dec. l.1 t.2. c.4.* deinde vt nec à superioribus appellationes ab Ordinarijs interpositæ recipiantur, Auocatio, Commissio, aut Inhibitio fiat, nisi à definitiua, vel definitiuæ vim habente, & cuius grauamen per definitiuam reparari non possit. Non ab inferioribus; † inhibendo; ne causæ matrimoniales & criminales, à Decanis aut Archidiaconis, aut alijs inferioribus, etiam visitantibus, etiamsi super ea iurisdictione litispendentia in quacumque instantia fuerit, cognoscantur. Non ab ipsis † ordinarijs: illis mandando; vt quascumq; causas etiam beneficiales in prima instantia cognoscant, atque omnino saltem infra biennium à die motæ litis terminent. concedendo alioquin post id spatium partibus, vel alteri illarum iudices superiores, competentes tamen, adire; qui causam in statu quo fuerit, assumant, & quamprimum terminent.

1. Iurisdictio Ordinarij à nemine turbanda. Non à superioribus.

2. Non ab inferioribus.

3. Non ab illis ipsis.

Ex eadem † causa Pontifex Max. tam per Breue destinatum Archiepiscopo Cameracensi Barlemontio, quam postea aliud anno 1597. 20. Februarij destinatum, Archiepiscopo Mechliniensi Matthiæ Houio (per quæ respectiue, eosdem Archiepiscopos constituit, delegatos Apostolicos in Belgio pro exercitu regio) ita eam iurisdictionem delegatā temperat, vt & necessitati exercitus subueniat, quia, inquit, non facile ad locorum Ordinarios, aut ad sedem Apostolicam recursus haberi possit, & nihilominus Ordinariorum authoritatem intactā seruet. Illud quidem peragit; dando facultatem ad dictæ Sedis beneplacitum, & quo ad bellum hoc durauerit, per se, vel alios subdelegandos

4. De delegato exercitus.

dos omnem & quamcumque iurisdictionem Ecclesiasticam, in vtroque foro exercendi: hoc vero; dum eam restringit, vt non comprehendat eos, qui sint in propria dioecesi, sub qua illorum Ordinarij iurisdictionem suam in eos exercere possint. vnde ad vitandas difficultates anno 1595. die 23. Ianu. inter deputatos D. Illustrissimi Domini Barlemontij & Vicarios Archiepiscopatus Mechliniensis pacti & conuenti sunt hi articuli.

5. *Illius cum Ordinar. pacta.*

Primum; quod † persona Gubernatoris generalis, omnium domesticorum ipsius, vtriusque sexus, & eorum qui sunt de eiusdem Gubernatoris custodia, tam tempore pacis, quam belli, vulgariter *hallebardiers & archiers* nuncupati, sunt subiecti Ordinario loci, vbi habent suum domicilium, sed simulatque egrediuntur dictum ordinarium domicilium vt accedant exercitum regium, censentur esse subditi delegato Apostolico.

Similiter omnes nobiles, & alij inferiores, qui cessante exercitu habent suos ordinarios in his partibus, quando subsistunt ijs in locis, vbi est fixum ipsorum domicilium, censentur subditi eorundem locorum Ordinarijs, etsi alioquin habeant officia & stipendia, ratione dicti exercitus: qui vero non habent in hisce partibus suos Ordinarios, & castra sequuntur, habentque officia aut stipendia regia ratione eiusdem exercitus, ij censentur, quam diu exercitus consistit, subditi dicto delegato Apostolico.

Antiqua etiam præsidia, quæ erant ante exercitum, ratione cuius emanauit istud Breue Apostolicum, quæque manere & foueri solent sumptibus Regijs etiam tempore pacis, spectant ad Ordinarios locorum, quoad alia præsidia quamuis subdita maneant delegato Apostolico: tamen fauore Ecclesiasticæ disciplinæ in animaduersione delinquentium erit præuentioni locus.

Personæ autem castra sectantes, & ad exercitum spectantes, si de exercitu sese ad tempus negotiorum causa, ad Vrbes aut alia loca extra exercitum recipiant, manent in omnibus subiectæ delegato Apostolico.

Quæ tamen omnia supradicta sic intelligenda sunt, vt parochis liberum sit administrare sacramenta, & sepulturas omnibus diuertentibus ad suas parochias, & in eis morientibus, saluis iuribus. Iudicialia vero exercebuntur per superiores respectiue eorum, de quibus præscriptum est in præcedentibus articulis.

An autem ob præsentes inducias bellum amplius durare non censeatur, & recursus ad Ordinarios locorum non esse difficiles, vtpote cum non in acie sed in continuis præsidijs milites versentur, ac eapropter locus sit *cap. 20. sess. 24. Conc. Trid.* nolim disputare. nec modo opus, cum Vrbanus VIII. renouarit. finitum non fuisse bellum sed suspensum satis diximus *in Indice l. 4. c. 21.* difficultas recursus minuta erat, desinente ambulare exercitu; & fere locus tantum erat ijs, quæ conuenta de præsidijs. in quæ iam omnis miles erat remissus; & fere permanenter. Minuta inquam, non omnino sublata. ijsque de causis nec delegatio desierat, & reuiuiscente pridem bello antiquum obtinet.

6. *Causæ matrimoniales ad Ordinariũ pertinent, & quatenus ad alios.*

Quod cap. 20. procedit † etiam & disponit in prima instantia, vt ne Decani, Archidiaconi iure suo de causis matrimonialibus & criminalibus cognoscere possint, non vetat ne à Sede Apostolica, aut Nuncijs ijs qualificatis & in synodo designatis, iuxta Constit. Bonif. VIII. *in cap. statutum de resc. in 6.* huiusmodi causæ in secunda & vlteriori instantia committi possint. agit enim ibi Conc. de promouenda iurisdictione Ordinarij, vt eã ne quidem à Nuncijs velit turbari: neque vllum verbum est, quod abroget in eo ius antiquum, aut de commissionibus appellationum tractet. sed eo facit cap. 2. sess. 13. quod tamen

tamen in criminalibus tantum loquitur, ne appellationes à sententia Ordinarij, alij, quam Metropolitano, aut viciuo Episcopo seu Officiali committantur, non inferioribus iudicibus. Sub quibus non comprehendo causas correctionum, sed vere criminales ad vindictam criminum, & pœnam ordinariam institutas, vt alibi eas à causis correctionis distinximus, vt quam minimũ à iure communi contra proprietatem verborum discedatur. Stylus tamen curiæ vetustus fuit, vt causæ matrimoniales delegarentur, cum appellatum esset ab Episcopis. Ita vt c statutum *de rescript. in 6.* de causis non committendis extra diocesim in illis non seruaretur. De quo testatur Ioan. Andr. *in d. c. statut.*

Statuitur insuper in d. c. 20. vt † extra prouinciam, nec in secunda instantia cogatur quis pauper in causa matrimoniali litigare, nisi sumptus ab aduersario suppeditetur. iam olim in Concil. Niceno statutum fuit, vt extra prouinciam nemo prodire cogeretur *c. neminem c.* 4. 5. 6. 14. *cauf.* 3. *quest.* 6. vbi agit de prouincia Ecclesiastica; non de prouincia ciuili, quamquam ad imitationem ciuilium hæ sint formatæ. *erudite Aub. Miræus in not. Episcop.* Arguunt id Lucij Clementis, & Anacleti Canones. *in c.* 1. 2. 3. *dist.* 80. semper tamen appellationes ad Pontificem Romanum etiam olim admissæ sunt. *c. nullam* 2. *q.* 4. Sed in d. c. 20. Immemorabilis etiam consuetudo non est sublata, sed solum consuetudo. Vnde vbi immemorabilis viget, vt in prima instantia, non omnes caussæ per Ordinarios locorum cognoscantur, aut per inferiores quædam hic notatæ, non est hoc decreto abrogata. *Cong. Conc.* 22. *Ianuar.* 12. *Febr.* 18. *Martij* 1598. *Gonçalez ex Cong. Con. c. & Rota, ad Reg.* 8. *Can. gloss.* 33 *num.* 5. An autem abrogata sit iurisdictio per priuilegium competens? vide *Nauar. cons.* 6. *de priuil.*

7. *Intra prouinciam manendũ.*

Vicarij generales seu Officiales sine speciali delegatione cognoscunt de hic exceptis causis. *Sanchez lib* 3. *d.* 29. *num.* 16. 17. *de Mat.*

Iudici ante omnia † conuenit, quod Tac. de Agric. in eius vita scribit: *Iam vero*, inquit, *tempora curarum remissionumque diuisa: vbi Conuentus ad iudicia poscerent; grauis, intentus, seuerus, & sæpius misericors; vbi officio satisfactum; nulla vltra potestatis persona: tristitiam & arrogantiam & auaritiam exuerat: nec illi, quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem, aut seueritas amorem deminuit.* S. Bernardus libris quinque de consideratione Papam Eugenium, & in illo omnes Prælatos instruit, ac præsertim *l.* 2. *cap.* 5. 6. 7. 8. quam sollicitì in officio versari debeant ad curam non ad dominatum, vt non otiosi, multo minus delitijs resoluti, aut resupini pompis inueniantur. *Nihil*, inquit, *horum tibi tabulæ testatoris assignant, &c.* vbi & prosequitur quã non sola humilitate, sed etiam veritate Apostolis interdicatur dominatus, quam exire in agrum non tanquam Domini, sed tanquam villici, videre & procurare debeant, leuare oculos, & videre regiones, si non sint magis siccæ ad ignem, quam albæ ad messem.

8. *Ordinarij mores.*

Præcepit singulariter Pius V. Episcopus vtriusque Siciliæ, vt conficiant inuentarium actorum criminalium suæ curiæ. *Cal. Mart. an.* 6. Decreuit quoque Sixtus V. vt prælati & administratores Ecclesiarum archiuum habeant, pro omnibus bonis suæ diœcesis, chartis ac monumentis.

Hoc etiam imprimis ad officium Ordinarij spectat, vt ijs potissimum medijs vtatur, quibus vel in officio suos subditos continere, vel eo reuocare possit. Vnde si videat excommunicationem ab eis contemni, aut non tanti æstimari, vt homines magis & magis carnei fiunt, neque vulnera animæ sentiunt; potest pœnas alias infligere, & exequi. *arg. c. ex crapula extra de vit. & honest. cler. Lopez ad pract. Diaz c.* 142. *M. Ant. Genuens. in praxi. Neap. c.* 9.

quin etiam generatim verior est opinio, quod laici in casibus in quibus possunt conueniri coram Episcopo, possint carcerati, & alijs pœnis temporalibus puniri antequam excommunicentur. *Couar. lib. pract. quæst. cap. decimo, M. Anton. Gen. in d. prax. d. c. 8.*

9. *An alijs pœnis vti possit quam excommu.* *Serio & specialiter* † *Concil. Trident. sess. 25. c. 3. Prouinc. Mechl. an. 1607. tit. 25. c. 4. cui & confirmatio Apostolica & sanctio Principis nostri accessit, Sahagun. de offic. deleg. c. preterea num. 15. iuxta c. postulasti extra de Iudæis c. 1. de offic. ord. c. dilect. 55. de App. c. 1. de depos. c. 2. d. adult. c. attend. 17. quæ. 4. c. contra idolorum 26. quæst. 5. c. cum Episcopus de offic. ord. in 6.* Sic D. Paulus dicitur in Actis Apostolicis c. 8. 9. 26. accepisse Epistolas à Principibus sacerdotum, non à Rege, aut Præside Prouinciæ, vt Christum profitentes vinctos Damasco Hierosolymam duceret, &c, vt dicit, Ananias habebat potestatem à Principibus Sacerdotum alligandi omnes, quin & in carcerem trahendi. dictis cc. prout Sacerdotes apprehendendi, incarcerandi & puniendi authoritate fungebantur Act. c. 4. 5. &c. quare sæcularis brachij inuocatio est necessaria cum rei sunt potentes, vbi opus est manu forti, vel de modestia canonica, & prudentia, non necessitate. *Doctor Marta de Iurisd. p. 2. c. 29. per totum.* quod d. c. 3. satis liquet. Et certe non me parum mouet, quod D. Willibrordus Episcopus Vltraiectinus, qui maioribus nostris fidei nostræ initia tradidit: ijs, qui pium suum testamentum, *quod refert R. P. Carol. Scrib. in Origin. Antu. c. 5.* impugnaturi essent, iuxta excommunicationis pœnam, infligat pecuniariam, auri librarum decem, argenti pondo quinquaginta. Ante annunciatam maioribus nostris Christi fidem, quid apud nos obtinuerit, memorat Tacitus de Moribus German. *neque animaduertere*, inquit, *neque vincire*, *neque verberare quidem nisi Sacerdotibus permissum, nō quasi in pœnam vel Ducis iussu, sed velut Deo imperante.* Agnouerunt ergo Sacerdotum magis quam Principum authoritatem, ab eorum iussu non pendentē, sed immediate à Deo profectam. quæ ratio arbitrari me facit, vel ideo ex more maiorum apud Germanos etiamnum vbi Catholica Religio adhuc subsistit, Episcopos maiore authoritate passim vti, quam alibi gentium. Neque obstat quod communiter valde proclamatur Episcopos non habere territorium. nam tota eorum diocesis eis pro territorio est. *vt Alciat. in l. pupillus 239. § territorium D. de verb. signif.* (eo sensu *in l. 1. C. de offic. præfecti augustalis* Ægyptiacæ diocesis cura ei præfecto committitur: & in l. 1. C. de offic. præfecti prætor. Africæ Africanæ dioecesi consuli dicitur.) in tota enim dioecesi Episcopi habent terrendi & distringendi facultatem: scilicet in ijs criminibus, & causis, quæ ad eorum forum spectant: perinde ac ij, qui iurisdictionem & merum Imperium habent; præterquam quod sanguinem non fundant, ob irregularitatem. Et, vt ad vsum modernum loquamur, qui iurisdictionem & merum Imperium habent, ad crimina castiganda, mediam & altam iustitiam: ij minime saltem ea qualitate habent territorium: sed qui bassam, seu infimam iustitiam, id est Domini fundiarij. Neque tamen ideo minus iustitiarij mediæ & altæ iustitiæ apprehendere, & carcerare solent, cæteraque quæ ad terrendum faciunt exercere, quod non possunt ipsi domini fundiarij: adeoque neque Ecclesia eo argumento excludi potest, præsertim quæ eo iure ab omni æuo hic vsa est. ideoque in Bulla erectionis nouorum Episcopatuum ad Regis instantiam factæ, singulis Belgij Episcopis, vbi dioecesis assignatur, diserte inseritur, pro Territorio suo habere hæc & illa loca. Sic etiam solet obijci Episcoporū fiscum non habere vel ærarium. in Brabantia tamen ex Concordat. cum Carol. V. Imper. initis competit ei medietas bonorum Clericorum, Bastardorum, Principi altera; item fructus absentium, litigiosorum, illaudabiliter

defen-

deseruitorum Beneficiorum, aliaque. Sacra Congreg. Cardin 19. Martij 1608. Ioanni Miræo Episcopo Antu scripsit ad relationem status Episcopatus, pro eo quadriennio Romæ factam, fas esse Episcopis aduersus laicos delinquentes in criminibus ad forum Ecclesiasticum pertinentibus, nedum vti censuris, sed etiam pecuniarijs, alijsq; corporalibus pœnis, eosque distringendi & in carceres detrudendi facultatem habere. imo ad censuras ita demum veniendum esse, vbi personalis aut realis executio fieri non possit. quemadmodũ cauetur decreto, *c.3.s.25. Quod si* (inquit vlterius Cong.) *iudices laici secus prætendant; oportet Amp.T. iurisdictionem suam nauiter tueri: interim si quid opis postulauerit, neq; Sedem Apostolicam, neque sacram Congregationem illi suam operam bene nauanti defuturam.*

Porro in eadem Epistola † sacra Cong. præfatur, dicta excommunicatione quæ neruus est Ecclesiasticæ disciplinæ, parce quidem ac sobrie, non sine magno pietatis sensu, ac si viscera secaret sua, ipsi vtendum esse. Cæterum vbi causæ qualitas ex sacrorum canonum præscriptum id postulauerit: rite ac recte ad continendos in officio subditos, præserrimq; ad iurisdictionem Ecclesiasticam tuendam, sine vlla trepidatione ad ipsius excommunicationis sententiam seu declarationem esse procedendum. S. Petrus cum Ananiam & vxorem ob mendacium verbis censorijs exanimasset, non animam tantum, sed & corpus ad suam castigationem spectare demonstrans, vt in Actis Apostol. refertur, c.5. 10. *Excōmunicatione quomodo vti debeat.*

---Terruit Vrbem,
Terruit Gentes:

Non ergo habuit † territorium? Ecclesia habet suam iurisdictionem à Deo, & non à sæcularibus Principibus. *c. solita extra de maiorit. & obed. c. cum ad verum distinct.* 96. & in Ecclesia ab ipsis Apostolis iudicij tribunal erectum fuisse, ex ipsis Apostolorum dictis conuincitur. quos imitati sunt Apostolici viri, & eorum successores. de quo est elegans locus apud D. Clem. *l.2.c.*49.50.51.52.53.54 55.56.57. *Ioannem Chrysost. in 1. Epist. ad Cor. c.6. hom.16.B. August. in lib. quē scripsit de opere Monachorum, c.29.* Diximus etiam in Notitia *iuris Belgici tit. de Episcopali audientia.* Regnum enim Christi non est nomine tenus, sed vt populum regat in virga ferrea, & tanquam vas figuli, cum opus fuerit, confringat. eaque potestas Episcopo Ecclesiæ Thyatiræ *Apoc. c.2.* nec illi soli, sed omnibus Episcopis concredita est, qui acciperent virgam, de qua Psalm. 44. virga directionis, virga regni tui: de qua Apost. *in Epist. 1. ad Cor. c* 4. quid vultis in virga veniam ad vos? Sanctus Augustinus *Hom. 2. in Apocalyp. Epiph. heresi* 29. Ad hanc rationem compluta sunt exempla apud antiquos, exercuisse Episcopos iudiciariam potestatem. de magno illo Gregorio cognomento Thaumaturgo Gregorius Nicenus in eius vita testatur, de Sancto Ambrosio testatur Augustinus *l.6. confess. cap.3.* ipse de se Augustin. *in Psal.* 108. *concione* 44. Sinesius ex Philosopho Gentili factus Christianus ac deinde creatus Episcopus *Epistol.* 57. exercuerunt inquam iudiciariam potestatem, in casibus, qui vi sacræ potestatis etiam ad eos non pertinerent. & successores quidam eos vsu iuris sui fecerunt, quidam vsum & possessionē iuri primitiuo submiserunt. Quod quidem non consistit in audientia tantum, vt quidam ad corticem forte Codicis tantum alligati censuetunt, sed vere habent iurisdictionem, cognitionem, decisionem, & executionem, (ad quam familiam etiam armatam habere Episcopi possunt, *vt sacram congreg. declarasse coram Pio V. ex Franc. Leone refert Pias. Pr. p.2.* 11. *Ecclesiæ authoritas à Deo.*

c.3.numer.4. Cum enim Æſchines dixerit eam ciuitatem nullius eſſe momenti, quæ non habeat neruos executionis in contumaces; quis id feret de Eccleſia dici, quæ eſt acies bene ordinata? quare ea hanc poteſtatem obtinebit, ſuo quidem etiam iure: nec vt delegati tantum, vt vult Cuiac. *in paratit. C. de Epiſ. Audien.* niſi forte in cognitionibus olim non mere ſui iuris, quas aſſumebant vt arbitri. Cui rei occaſionem deinceps dediſſe videri

12. *Ex vſu, & edicti Conſtant. occaſione nonnullibi prorogata.* poteſt conſtitutio quædam Conſtantini, quæ quidem † videtur intercidiſſe, ſed cognoſci ſatis poteſt ex eiuſdem reſcripto ad Ablanium præfectum prætorio, *l.1. de Epiſcopali iud. C. Theodoſiano, & meminit Euſebius in vita Conſtantini l.4.c.27.* vnde Buſius *in Commentarijs ad Pandectas D. de iudicijs, ad l.1.* credit, Eccleſiaſticas iuriſdictiones (ſubaudi in rebus non ſacris) natas eſſe ex quaſi conſueto arbitrio: quale etiam iuriſdictiones feudales, & emphiteuticas primum introduxerit, vt conſuetudine Europæ fere generali receptum ſit, vt Dominus feudorum, vel emphiteuticorum fundorum de controuerſijs inter Vaſallos & emphiteutas cognoſcat: etſi alioquin priuatorum conſenſus iuriſdictionem non tribueret. porro Conſtantini reſcriptum ita habet.

IMP. CONSTANTIN. A ABlanio P.P.

Religionis eſt Clementiam noſtram ſciſcitari voluiſſe quid de ſententijs Epiſcoporum, vel ante moderatio noſtra cenſuerit, vel nunc ſeruari cupiamus. Ablani parens chariſſime. Itaque quia à nobis inſtrui voluiſti, olim prærogata legis ordinem ſalubri rurſus Imperio propagamus. Sanximus namque (ſicut edicti noſtri forma declarat) ſententias Epiſcoporum quolibet genere prolatas, ſine aliqua ætatis diſcretione inuiolatas, ſemper incorruptaſque ſeruari: ſcilicet vt pro ſancto ſemper ac venerabili habeatur, quicquid Epiſcoporum fuerit ſententia terminatum. Siue itaque inter minores, ſiue inter maiores ab Epiſcopis fuerit iudicatum, apud vos qui iudiciorum ſummam tenetis, & apud cæteros omnes iudices ad executionem voluimus peruenire. Quicumque itaque litem habens, ſiue poſſeſſor, ſiue petitor erit, inter initia vel decurſis temporum curriculis, ſiue cum negotium peroratur, ſiue cum iam cœperit promi ſententia, iudicium eligit ſacroſancta legis Antiſtitis; ilico ſine aliqua dubitatione, etiamſi alia pars refragatur, ad Epiſcopum cum ſermone litigantium dirigatur. Multa enim quæ in iudicio captioſa præſcriptionis vincula non patiuntur, inueſtigat & promit ſacroſancta religionis auctoritas. Omnes itaque cauſa quæ vel prætorio iure, vel ciuili tractantur, Epiſcoporum ſententijs terminatæ perpetuo ſtabilitatis iure firmentur; nec liceat vlterius retractare negotium, quod Epiſcoporum ſententia deciderit. teſtimonium etiam ab vno licet Epiſcopo perhibitum omnes iudices indubitanter accipiant, nec alius audiatur, cum teſtimonium Epiſcopi à qualibet parte fuerit repromiſſum. Illud enim eſt veritatis authoritate firmatum, illud incorruptum quod à ſacroſancto homine conſcientia mentis illibatæ protulerit: hoc nos edicto ſalubri aliquando cenſuimus, hoc perpetua lege firmamus malitioſa litium ſemina comprimentes, vt miſeri homines longis ac pene perpetuis actionum laqueis implicati, ab improbis petitionibus, vel à cupiditate praepropera maturo fine diſcedant. Quicquid itaque de ſententijs Epiſcoporum Clementia noſtra cenſuerit, & iam hac ſumus lege complexi, grauitatem tuam, & cæteros pro vtilitate omnium latam in perpetuum obſeruare conueniet. Dat. 3. Non. Maij Conſtantinopol.

13. *Ordinarij* Ad Synodos etiam † cogere poſſunt & debent Epiſcopi, & quidem ad Prouinciales vocari, & venire debent omnes Epiſcopi, & qui iuriſdictionem Epiſcopalem habent intra

intra Prouinciæ limites.*cap.Conuentibus 1.quæst.7.ca.Hadrianus dist.53.Azor.Inst.mor.p.2.lib.3.cap.47.quæst.2.Cong.Conc.19.Decemb.1596.* alij vocari possunt, non vt definiant, sed deliberent. Episcoporum procuratores votum decisiuum habere possunt, Abbates commendatarij, capitulorum deputati, ac laici, qui ad Synodum inuitantur, deliberatiuam dumtaxat. *Cong.Conc.19.April.1596.* Extra celebrationem Concilij inuiti Episcopi ad metropolitanam Ecclesiam, prætextu cuiuslibet consuetudinis, vt accedant compelli non possunt. *dict. cap.2.Trid.s.24.Sac.Cong.apud Serol.V.suffraganei:* ne quidem ad præstandam obedientiam personaliter, vel per procuratorem, reiecta omni consuetudine. *vt idem refert rescripsisse Archiepiscopo Cusentino 19.Nouemb.1588.* Episcopi qui sub nullo Archiepiscopo sunt, semel eligunt & comparent imposterum in electi synodis, saluis priuilegijs in reliquis. *Trid.sess.24.cap.2.* Episcopus autem vel Architpresbyter exemptus eligere potest non obstante contradictione Cleri sui, & electio per eum facta obligat successores. *ex Cong.Conc. Serol.V. Conc.§.3.* Capitula Cathed. inuitanda sunt, non cogenda. *Abb. in cap.vlt. de his quæ fiunt à prælat. sine Con.* Celebrandæ autem sunt synodi œcumenicæ singulis decennijs, ex decreto Concilij Constantiensis, quamuis vsu id receptum non sit, sed pro rerum necessitate indici soleant? & ità statuit. Conc. Trid.s.25. c.tanta. de recip.decret. *Fla. Cherubin.in Compend.bullar.ad Constit.9.Alex.III.schol.2.post Iacobat.de concil.l.4.a.1.num.9.* prouinciales singulis triennijs, & diocesanæ quotannis. *s.24.c.2.*

Synodos cogere debēt: & quos ad eas vocent.

Et ad has exempti etiam omnes qui alias cessante exemptione interesse deberent, nec Capitulis generalibus subduntur, accedere tenentur. ratione tamen parochialium aut aliarum secularium Ecclesiarum etiam annexarum debent ij, qui illarum curam gerunt, quicumque illi sint, Synodo interesse. *d.c.2.* Regulares tamen, qui Capitulis generalibus subsunt, nō possunt cogi, nisi tantum in casu *d.c. 2.* expresso. *Cong.Conc.26.Aug.1594.* Metropolitano impedito tribuit Concilium *d. c. 2.* coepiscopo antiquiori coactionem synodi prouincialis, eoque cessare credunt authoritatem Capituli Metropolitici, cui id ante competierit, citati *à Barbosa in Collect.DD.ad Concil.Trident.ad d.c. 2. num.5.* In synodo prima prouinciali Mechliniensi præsedisse scribitur nomine Archiepiscopi in remotis agentis Episcopus Iprensis, tanquam suffraganeus tunc antiquior, eiusdem tamen Archiepiscopi nomine, post alios Episcopos, subscripsisse illius Vicarius.

Non celebrantium synodos penæ videri possunt *dist.18.fere per totam.Conc. Aurelian.5.c.18 Conc.Tarracon.c.7.citati à Barbosa in Collect.DD.ad Concil.Trident: ad c.2.s.24.num.21.* infligi posse suspensionem ab executione officij tradunt. sed vtique vbi non rerum status, sed illorum negligentia argui potest.

Porro quæ in Synodis Prouincialibus tractanda sint, enarrat Azor.*Inst.Mor.p.2 l.3. ca. 47.præsertim ex Trident.sess.24.c.1.3.4.12.13.18.s.25.c.10.11.14.19.c.vlt.s.23.c.1.9.18.s.25.de Reg.c.22.s.13.c.6.7.*

Episcopi quibus in causis † tanquam delegati procedant suis locis dicitur, sed eas ex Conc.Trident. conglomerat Azor.*Inst.Mor.p.2.l.3.c.54 præsertim Trid.sess.3.c.2.s.6.c.3.s.14.c.4.s.6.c.7.s.13.c.5.s.21.c.3.4.c.6.c.7.s.22.c.6.8.10.s.24.c.14.Et p.2.l.3.c.21.in fin.* agglomerat casus in quibus Episcopi in Monachos etiam exemptos habent authoritatem, & Pias. in pr.de visit.Regul.& sanctimon.& Serol.*Pr.p.1.V.Excommunicatio §.1.* colligit plures casus in quibus eis censuras infligere potest. & de reliquis exemptis. Vide Serol.*pr.p.1.V. exemptio.* Concil. Trident. *s.24.c.5.s.13. c.6.7.8.* Archiepiscoporum, quatenus erant

14. In quibus causis procedant vt delegati.

15. *Archiepiscoporum authoritas.* † ordinarij iudices Episcoporum iure antiquo, *cap. si Episcopus* 1.2.3.5. *cauf.* 6. *quaest.* 4. *cap. si quis Episcopus* 3. & 4. *cauf.* 11. *q.* 3. *Abbas & alij in c. Pastorales h. t.* iurisdictionem mutauit, vt nunc eorum iudices sint in causis grauibus Papa : in minoribus Concil. Prouinc. quod tamen solum intelligo de criminalibus, de quibus sonant verba: in ciuilibus nihil credo mutatum. Et in illis forte recessum à iure antiquo, vt à pluribus Episcopis iunctim serio magis examinaretur, tum insuper quod aliquando contingere potest, vt ob appellationes, & similia aliquando inter Archiepiscopos & Episcopos sint aliquae difficultates, ob quas forte affectui nonnihil darent. Vt vt sit, imminuta est hic Archiepiscoporum authoritas, siue tamen Conc. Prouinciale siue ab eo deputandi (qui tamen Episcopi esse debent *d. cap.* 5. *s.* 24. *Trid.*) in minoribus criminalibus, vel in maioribus Pontifex Romanus cognosceret; Episcopum, vt personaliter compareat, nisi ob causam depositione aut priuatione dignam, nequaquam citare vel monere debet. *c.* 6. *s.* 13. *Trid.* & à Pontifice per manus eius signaturam delegati processum tantum conficere, non definire possunt *d. c.* 5. *s.* 24. Zeuerinus Papa & Martyr instituit vt Patriarcha, primas, metropolitanus aduersus Episcopum non ferant sententiam, nisi Apostolica auctoritate fulti. Quam tamen exceptionem Trid. sustulit *d. c.* 5. etiam in causa haeresis loquitur *d. c.* 5. *s.* 24. & consonat *c. inquisitores de haeret. in* 6. vt inquisitores aduersus Episcopos nõ procedant; sed sedi Apostolicae denuncient. Pius tamen IV. 1563. *const. inc. Romanus.* Cardinalibus inquisitoribus generalibus concessit, inquirendi, cognoscendique facultatem contra Episcopos: sic tamen; vt in consistorio secreto referant; vt ibi ad sententiam deueniri possit. Et quidem vt personaliter ad comparendum Episcopus non citetur Conc. *d. c.* 6. indistincte decernit: quamuis Gonz. *ad rem* 8 *Cancell. gloss* 41. *num.* 5. ex constitutione Pij IV. in nõ residentibus d. c. 6. intelligat, residentes autem ne quidem ex causa, ob quam deponendi vel priuandi veniant. sic citari posse credit, ob *cap.* 5. *s.* 24 quod tamen id non dicit, nec de genere citationis, sed causarum & iudicum tantum differentia disponit. Imminuta est

16. *Nonnihil imminuta.* etiam Archiepiscoporum auctoritas *in c.* 3. *eod.* ne scilicet Archiepiscopi, † etiam visitata tota sua, dioecesim visitent suffraganeorum, nisi causa in Conc. Prou. cognita. quae tamen Archiepiscopi visitatio in vsu esse desierat ante Conc. *Sa. V. visit.* §. 2. Vt per d. c. cũ multis in ditionibus Conc. Prou non celebrentur, nisi rarissime, (vt in Prouincia Mechliniensi erectis nouis Episcopatibus scilicet anno 1560. tria tantum hactenus numerantur,) sint Episcopi ab omni impetitione immunes. Deo laus, quod tales hic sint, qui mo-

17. *Archiepiscopi primo suam dioecesim, & Episcopi suam Cathedralem visitant.* nitione non egent. simili tamen exceptione visitationem † Ordin. excludit Capitulum Colleg. Eccl. I. donec is visitarit Ecclesiam Cathed. (cuius Capitulum cum eo in aeiterna lite erat,) & ius vult Episcopos visitationes suas incipere à sua Cathed. *c. Roma.* §. *fin. de Cens. in* 6. vtpote tanquam domestica. sunt enim huius Canonici fratres Episcopi. sic Tacit. laudat Agricolam in eius vita: *A se, inquit, suisque orsus primum domum suam coercuit, quod plerisque haud minus arduum est, quam Prouinciã regere.* An autem quod dicitur *c.* 10. *s.* 24. quod Episcopi tanquam Sedis Apostolicae delegati ius & potestatem habeant, &c. ita intelligendum sit vt possit Episcopus declinare iurisdictionem Metropolitani, Cong. Conc. censuit non posse, in casibus illis, in quibus ante Concilium tanquam ordinarius poterat vti eodem iure, eademque potestate.

18. Archiepiscopi olim † prouinciam suam visitantes, & pallio vti, & Pontificalia exercere vbicumque poterant, etiam celebrare Pontificaliter *Clement. fin. de priuil.* nunc non possunt

possunt *Trid.s.6.c.5.* sed satius videtur illud caput generaliter loqui, sed casum visitationis excipi, nec in eo corrigi clementinam. sicut eo multa Archiepiscopis alias non competentia conceduntur. *c Romanus de censib. in 6.* quod c.5. etsi loquatur de Episcopis, locum habet & in Archiepiscopis. *Serol. pr. p. 1. V. Archiep. §. 2. Cong. Conc. 18. April. 1599. Barbos. ad d. c. 5. in Collect. DD.* exceptis locis exemptis suæ prouinciæ. *Serol. ibid. ob Clem. de priuil.* id concedentem Episcopis. Pontifex totius orbis est ordinarius, *c. aliorum. 9. q. 3.* Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi in suo quique districtu. *c. 1. x. de off. ordinar. c cum Epis. de off. ordinar. in 6. c. legatos de off. ordinar. in 6 c. conquerente. x. de off. ordinar.*

In subditos quidē suos non in exemptos, quāuis generalibus literis correctio clericorū eis foret commissa. *c. graue x. de off. ordin.* quoniam *in generali mandato non censentur comprehēsa, quæ quis in specie non esset concessurus. c. in general. de reg. iur. in 6.* quod reminiscendum venit cum in bullis nouorum belgij Episcopatuum in assignatione Ecclesiarum & locorum quarumcumque diocesium numerantur etiam illæ, quæ antea erant exemptæ.

Prælati etiam Ecclesiarum sæcularium & regularium in suos habenr iurisdictionē ordinariam. *c. 3. x. de off. ordin. c. dilectis SS. x. de appellat. c. cum illorum x. de sent. excommunicat. c. irrefragabili. de off. ordin.* vbi tamen Capitula per consuetudinem habent iurisdictionem in singulos, ad monitionem prælati, seu Episcopi excessus corrigunt. *d. c. irrefrag. vers. excessus.* non tamen ad quæstum pecuniæ, vel simile grauamen pœnas imponunt. *ibid. §. fin.* & fere in his partibus prælati Ecclesiarum iunctim cum Capitulo iurisdictionem exercent in singulos; per præuentionem non excluso Episcopo: nisi fuerint exempti. & fere prælati regulares suos corrigunt in prima instantia. *c. ea quæ. x. de stat. monach.* de qua re diximus *in Cōsult. can. h. t. consult.* sed etsi sint exempti, & notorie & cum scandalo extra monasterium delinquant, qui in monasterio habitant, à superioribus puniuntur infra tempus ab Episcopo præfigendū; & ab ijs de correctione facta certioratur Episcopus. *Conc. Trid. de reg. c. 14.* si extra monasterium degunt corriguntur ab ipso Episcopo. *s. 7. c. 14.* si superior negligat, exēptos punit ipse Episcopus. *d. c. 14. de reg.* in nō exemptis iure cōmuni supplet negligentiam. *c. 7. de off. ordin.* & si delegatus à Papa sit in causa iudex, qui non procedit. *c. 7. ibid.*

Quotidianæ & nimis frequentes esse solent quæstiones de iurisdictione inter Episcopos & Capitula qualis & feruentissima fuit inter Leuinum Torrentium Episcopum, & Capitulum Antuerp. quod amplissima olim habuit priuilegia, vt non facile vicinum aliquod Capitulum subterfugere possit, quæ contra illud decisa sunt; præsertim in ijs quæ vigore Conc. Trid. Episcopis competunt, tametsi Capitula quam maxime sint exempta. In ijs vero vbi exemptio dubia est, Episcopus ex asse sua iurisdictione vti potest, adeoque etiam in casu capituli 6. sess. 25. solus procedere, donec Capitulum per tres conformes sententias docuerit de legitima sua exemptione, vt Cong. Conc. Ioanni Maldero Episcopo Antuerpiensi respondit. Et ante alias sæpius 18. *Martij* 1598. 22. *Ianuar.* 1598. 12. *Febr* 1598. Itaque ob vsum quotidianum inserenda duxi puncta, quæstiones & decisiones Antuerpiens. Ante quæ tamen animaduerti potest, per cap. 8. sess. 22. non permitti visitari Collegia, quæ sub Regum sunt immediata protectione, sine eorum licentia: vt est Capitulum Antuerpiens. per literas Freder. Imperatoris. an. 1157. (cuius regalia in Principes nostros transierunt, postquam ab Imperio subducti superiorem non recognoscunt, vt alibi latius diximus) ac plurium Ducum diplomata. vnde Maximilianus Episcopus Cameracens. post d. Conc. ante erectionem Episcopatus visitans hoc Capitulum,

19. *Iurisdict. ordin. in Capitul.*

pitulum, non licentiam tantum Regis Catholici obtinuit, sed & Regium Consiliarium deputatum secum duxit. Anno 1617. mandatu Principis nostri visitatæ sunt Canonicæ Montenses per Archiepiscopum Cameracens. & D. Boudot nunc Episcopum Audomarens. in qua visitatione receperunt vsum breuiarij Romani. huiusmodi difficultas inter Episcopum Namurcens. & Capitulum Niuellen. fuit, illo instituere volente, hoc recusante visitationem: sed quia Capituli priuilegia id haberent, vt visitarentur à Decano S. Petri Louanij, & S. Iohannis Buscoducis, etsi Episcopus non doceret de licentia Regis, & illud sit sub immediata Imperatoris & Ducis Braban. protectione, fuit Capitulum per sententiam Concilij Brab. 3. Decembris 1573. condemnatum, vt admitteret visitationem. sed ratio erat, quia huiusmodi conseruatorias Concil. Trident. sustulit *s. 14. c. 6.* & propterea vt ante delegatorum, ita nunc Ordinarij visitationem tenebantur admittere; *iuxta Clem. attendentes de statut. mon.* seu poterat ea sententia supremi Concilij pro consensu accipi.

20. *Decisio difficultatum Episc. & Cap. Antuerp.* Itaque vt ad rem redeamus, & causam † Episcopi & Capituli Antuerpiens. Cardinales censuerunt pristina quondam Ecclesiæ collegiatæ, quæ postea in Cathedralem erecta est, priuilegia, capitulo contra Episcopi iurisdictionem non amplius suffragari, in ijs, quæ concernunt iurisdictionem ipsius Episcopi, & præsertim in casibus, in quibus iurisdictio à Concil. Trident. ipsi Episcopo tributa est. & ijsdem verbis contra Decanum & Capitulum Antuerpiense post resolutionem tribus repetitis vicibus vnanimi consensu captam, pronunciauit Gregor. 14. 20. Iulij 1591. cui resolutioni consonat. *cap. cum inferior 16. de maior. & obed.*

Ex Epistola Illustriss. Card. extracta.

Sacra congregatio Illustriss. Patrum iamdudum decidit priuilegia Capitulo Ecclesiæ Antuerp. dum ea collegiata esset concessa, non suffragari amplius capitulo post eius erectionem in Cathedralem: sed cum postea Episcopo vniuersa iurisdictione vti volenti, Capitulum obiecisset iuramentum, censuit id iuramentum, si vere ita præstitum est, diligenter esse custodiendum, atque obstare Episcopo quo minus iurisdictionem quæ legitime ante erectionem quibusdam in casibus Cap. competebat, sibi vendicaret, illis duntaxat casibus exceptis in quibus per Concil. Trid. decreta Episcopo tributa est iurisdictio, quæque in formula iuramenti exhibita ipsi Episcopo præseruantur & literis Cong. ad Episc. die 16. Maij, an. 1592. datis sigillatim comprehensi sunt.

Formula Iuramenti.

Ivro &c. & libertates, priuilegia, exemptiones, nec non consuetudines præscriptas, & iura omnia & singula Decano & Capitulo dictæ Ecclesiæ Cathedralis, quibus temporibus Reuerendiss. Dominorum Cameracens. gauisi & vsi sunt, obseruare, nulloque modo infringere, neque in præiudicium illorum aliquid attentare, saluis per omnia decretis & constitutionibus sacri generalis Conc. Trid. ceteraque omnia facere quæ Catholicum Episcopum, & bonum pastorem decent, sic me Deus, &c.

Episco-

Episcopi Antuerp. memoriale.

Illustriss. ac Reuerendiss. Domini. Tota pretensa exemptio & iurisdictio quam Capitulum Antuerp. pretendit, decretis Concil. Trident. obuiat, & propterea intrat exceptio in pratenso iuramento Episcopi reseruata. Priuilegium enim Alexandri eximit Capitulum, Vicarios, Capellanos, beneficiatos, aliosque seruitores & personas à iurisdictione, visitatione, & potestate, etiam in casu c. volentes de priuil. in 6. vt non possint conueniri coram Episcopo Cameracensi.

Leo X. extendit hanc exemptionem etiam ratione populi, ita quod eius occasione coram ordinario trahi non possint, ac etiam ratione domus mortuaria alicuius suppositorum capitulo: Insuper in eodem priuilegio, datur potestas deputandi confessarios & absoluendi à casibus Episcopo reseruatis. Ac insuper dandi dimissoriales de promouendo etiam extra tempora.

Primo igitur visitatio tam capituli ipsius cathedralis quam reliquarum Ecclesiarum & locorum diocesis, Episcopo tribuitur in cap. 4. sess. 6. & cap. 3. sess. 24. nec in hoc capitulum ostendit habere aliquod ius visitandi. Secundo, cognitio causarum criminalium contra personas capitulares ex cap. 6. sess. 25. Episcopo cum adiunctis demandatur. Tertio, Quo vero ad cæteras personas de Ecclesia Cathedrali, quæ non sunt de capitulo, subiectio soli Episcopo datur in §. qui vero dict. cap. 6. & in cap. 20. §. ad hæc 1. sess. c. 24. Ideoq; circa causas criminales cessat omnis exemptio data Capitulo & personis de Ecclesia per literas Alexandri & Leonis IV. Cognitio causarum ciuilium contra personas de Ecclesia in prima instantia Capitulo non competit. per cap. 20. sess. 24 vbi omnes causæ fori Ecclesiastici in prima instantia coram Episcopo tractandæ, quod decretum licet dicat de ordinarijs locorum, tamen de Episcopis intelligit, quia de iure solus Episcopus est ordinarius in loco: nec potest capitulum prætendere se esse ordinarium inferiorem, tũ quia in priuilegijs hæc iurisdictio soli non datur, tũ quia si daretur priuilegium, remansit reuocatum in erectione Episcopatus: ob quam reuocationẽ desinit esse ordinarius, & amisit omnẽ iurisdictionem si quam habebat, vt alias sacra cõgregatio per tres conformes sententias definiuit, vnde non potest decretũ Concilij comprehendere capitulum quod non est amplius ordinarius. Quinto, Pari modo sequitur quod iurisdictio caussarum ciuilium contra clerũ ad forum Ecclesiasticum spectans soli Episcopo competit, nec circa id capitulum ostendit sibi aliquam iurisdictionem cõpetere. Sexto, Idem multo fortius in causis criminalibus & matrimonialibus cleri, & totius Diocesis Antuerpiensis ex dict. §. ad hæc. vltra quod nec in istis capitulum habet iurisdictionem aliquam ex priuilegijs. Septimo, Idem sequitur tam in ciuilibus quam criminalibus quoad casus comprehensos in dict. cap. volentes, renouato in capit. septimo, sess. 14. Adeo quod vniuersalis iurisdictio iudiciaria tam in capitulum quam in clerum soli Episcopo ex decretis Concilij competat. Octauo, Quoad curam comprehensam in dict. cap. 18. sess. 24. sumus in claris, ita quod personæ, quæ à capitulo deputantur ad exercendam curam animarum, tam in Ecclesia Cathedrali, quam in reliquis parochialibus, eidem cathedrali subiectis, debent per Episcopum prauio examine approbari, iuxta cap. 18. eiusque iurisdictioni & visitationi subiacent, iuxta cap. 7. sess. 7. & dum priuilegium Leonis eximit personas à capitulo deputatas pro exercitio curæ, quatenus delinquatur circa dictam curam, id pariter ex sess. d. & c. 11. sess. 25. de reg. sublatũ est per Conc. Nono, Iurisdictio ratione domus mortuariæ suppositorum Capitulo in priuilegio Leonis concessa, pariter sublata est per Conc. quia hoc non est de iurisdictione causarum ciuilium. Decimo, Facultates concedendi dimissoriales extra tempora in dicto Leonis priuilegio data tolluntur in cap. 10. sess. 23. Vndecimo, Facultas deputandi Confessarios & absoluendi in casibus reseruatis in eodem priuilegio data tollitur in cap. 7. sess. 14. Duodecimo, Facultas

I depu-

deputandi magistros scolarum & iurisdictio in scolis & scolaribus soli Episcopo non capitulo competit: ex cap. primo, session. 5. cap. 18. session. 23.

Resolutio.

Illustrißimi Patres ita censuerunt, quamuis priuilegia Capituli sint reuocata per erectionem istius Ecclesiæ in cathedralem, tamen cum capitulum fidem exhibuerit iuramenti ab Amplitud. T. præstiti de iisdem priuilegijs obseruandis, ab ea iurisdictione quæ vigore priuilegiorum competit, abstineas, donec Cong. compertum fuerit Amplitud. T. tale iuramentum minime præstitisse, verum fas esse duxerint eam abs te iurisdictionem exerceri, quæ tibi à Conc. Trid. non obstantibus priuilegijs est tributa, cum ipse decreta Conc. in iuramento expreßim exceperis. Cum autem quæsitum esset, quinam essent casus in clausula præseruationis inclusi, in quibus à Conc. Trid. Amplitud. T. tributa est iurisdictio, Cong. ad singula eo quo in libello proponuntur ordine respondit, nempe ad cap. 2. & 3. vtique casus esse comprehensos sub clausula præseruationis, & ideo Amplitud. T. non excludi iuramento ab huiusmodi iurisdictione, nisi capitulum haberet, vt prætendit, priuilegium, vel consuetudinem immemorabilem, quorum alterum à sede Apostolica ex certa scientia & cum causæ cognitione esset confirmatum. Interim vero donec de confirmatione, & de immemorabili consuetudine constet per tres conformes sententias, Amplitud. T. debere vti huiusmodi iurisdictione. Ad 4. & 5. ipsam excludi à cognitione causarum ciuilium in prima instantia, vigore iuramenti quatenus ad capitulum legitime pertineat cognitio causarum ciuilium. ad 6. facultatem cognoscendi de causis criminalibus & matrimonialibus non obstante iuramento ad te pertinere, cum illa tibi tributa sit per decretum ipsius concilij, nisi Capitulum immemorabilem consuetudinem haberet, sed donec ea per tres conformes sententias probauerit, Amplit. tua ea vtatur. Ad 7. habere se facultatem in casibus comprehensis in c. volentes per Conc. innouato. Ad 8. de ijs qui deputantur à capitulo ad exercendam animarum curam. Ita prorsus debere ab Amplit. T. approbari, & suæ subiacere visitationi & correctioni tam in Ecclesiis vnitis, iuxta cap. 7. sess 7. *quam in alijs curatis iuxta* cap. 11. sess. 25. de reg. *Ad 9. Respondit huiusmodi iurisdictionem non esse ablatam capitulo per Concil. & ideo eam tibi exercere volenti, obstare iuramentum. Ad 10. facultatem concedendi dimissorias litteras capitulo ademptam esse decreto* cap. 10. sess. 24. *Ad 11. itidem esse sublatam facultatem deputandi confessarios, & ideo hodie Amplit. tua tantum competere. Ad 12. resp. facultatem capituli deputandi huiusmodi magistros non esse sublatam, ideoque ad capitulum spectare, dum tamen ei alias legitime tributa fuerit. de quibus, &c subsignatum erat, Cardin. Matthæius.*

Similes duæ resolutiones sunt scriptæ ad Episcopum Tornacensem.

PAVLVS PAPA V.

Venerabili fratri Episcopo Tornacensi.

21. Controuersia. Tornacens.

Venerabilis frater salutem & Apostolicam benedictionem. Exigit pastoralis officij nostri † debitum, vt si qua inter personas Ecclesiasticas oriatur controuersia, illam pastoralis sollicitudinis prouidentia præcidamus. Cum itaque, sicut nobis innotuit, venerabiles fratres nostri S.R.E. Cardinal. Concil. Trid. interpretes pro terminandis differentijs, quæ inter te seu pro tempore existentem Episcopum Tornacensem, & dile-

dilectos filios Decanum & Capitulum Ecclesiæ Tornacensis super iure visitandi Ecclesias, & approbandi confessarios ac alijs infra scriptis cum populi scandalo solent oriri, declarauerint tibi & pro tempore existēti Episcopo Tornacensi licere quascumq; sæculares suæ diœcesis Ecclesias visitare, iuxta c. 8. *sess.* 7. eiusdem concilij, *non obstante immemorabili præscriptione capituli, quam d. cap.* 8. *expresse sustulit. ius item approbandi confessarios ad confessiones audiendas, atque licentiam concedendi regularibus, qui in Ecclesiis nō suorum ordinum sacras conciones sunt habituri, nec non benedictionē eis, qui prædicaturi sunt in Ecclesiis suorum ordinum ad te, & pro tempore existentem Episcopum huiusmodi, non autem ad Decanum vel capitulum: & in cathedrali deputationem prædicatoris ad eundem Episcopum etiam contraria consuetudine immemorabili non obstante, ac publicationem indulgentiarum ad te pro tempore existentem Episcopum prædictum adhibitis duobus de capitulo, non obstante similiter ordinaria iurisdictione capituli, aut quibuscunque illius priuilegijs ante dictū Concilium obtentis pertinere: parochialiū vero Ecclesiarum quamuis de iure patronatus Decani & Capituli fuerint, concursum omnino esse coram te & pro tempore existente Episcopo instituendum iuxta decretum* cap. 18. *s.* 24. *Quo etiam decernitur ad quem pertineret eo casu electio dignioris, cum Institutio pertinet ad Episcopum, atque iterum cum spectat ad alios. Nos dissensionibus finem imponere & scandalis huiusmodi obuiare cupientes, fraternitati tuæ, per præsentes mandamus, vt eosdem Capitulum & Decanum authoritate nostra moneas, vt declarationi Cardinalium huiusmodi, de cætero vt par est obediant: quod si facere recusauerint, vel quoquo modo neglexerint, eosdem per censuras Ecclesiasticas, & pœnas etiam pecuniarias arbitrio tuo infligendas, omni & quacumque appellatione postposita authoritate nostra cogas & compellas, super quo tibi plenam & liberam facultatem & authoritatem per easdem præsentes impertimur: non obstantibus præmissis & quibusuis constitutionibus ordinationibusque Apostolicis, &c.*

Extractum ex literis datis Romæ 20. Augusti 1616.

QVantum quidem pertinet ad nonnulla capita eadem relatione Amp. T. comprehensa, de quibus sacræ congregationis sententiam exquiris, Patres ita censuerunt respondendum, videlicet quod alias ipsi responderunt licere Amp. T. visitare quascunq; Ecclesias sæculares suæ diœcesis etiam exemptas, & sacerdotes ad audiendas personarū sæcularium confessiones approbare. Non obstante cōtraria consuetudine immemoriali allegata à capitulo. nec quoque confirmatū, vt q; executionem habeat, dictæ Apostolicæ sedis Nuncio id negotij omne commendarunt. In Cathedrali deputationem prædicatoris ad Amplit. tuam pertinere non obstante consuetudine etiam immemoriali, quam sanctæ memoriæ Pius V. sublatam esse declarauit. Publicationem Indulgentiarum ad solam Ampl. tuam adhibitis duobus de capitulo pertinere, non obstante ordinaria iurisdictione capituli, aut quibuscunque illius priuilegijs ante Concilium obtentis.

Quæ eadem iterum declarauit Gregorius XV. negotio rursus discusso 21. *Martij* 1622. etiam nō obstante capituli allegatione, sine probatione tamen facta, quod ante erectionem nouorum Belgij Episcopatuum agnouisset immediate Archiepiscopum Remensem, non autem Tornacensem, & in illius nunc Iurisdictionem non hic, sed Archiepiscopus Cameracensis successisset, cuius visitationem recipere non diffugiebant. De iurisdictione Episcoporum in Capitula *ex c.* 6. *s.* 25. casibus in quibus Episcopi procedūt sine adiunctis, vt hi eligendi sint, quid illorum assensus aut dissensus operetur, vt sede vacāte etiam cū his procedat Vicarius, vt processus instruatur coram Episcopis, in eorū tribunali. per eorum ministros, qui soli informationē capere, & ad necessariā detentionem procedere possint. sed admodum circumspecte & decenter, vt Capitulum conuocēt, vota audiant ipsi, & concludant, aliaq; id genus enarrauimus latius *in Consult. canon. h. t. Consult.* 5.

22. *Prædicatio Episcoporũ.* Denique munus Episcoporum præcipuum dicit Concilium Trid.*ſ.24.c.4.* eſſe prædicationem, mandatque in Eccleſia ſua ipſi per ſe, aut, ſi legitime impediti fuerint per eos, quos aſſument, in alijs autem Eccleſijs per parochos; ſiue, ijs impeditis, per alios ab Epiſcopo, impenſis eorum qui eas præſtare vel tenentur, vel ſolent, deputandos, cenſebunt expedire. ſacras ſcripturas, diuinamque legem annuntient. quod & propoſuit Concilium Carthag. 4.c.20. *Conc Rhem.* In Act. Apoſt. *c.6. nõ eſt æquũ*, inquiũt, *nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis. nos orationi & miniſterio verbi inſtantes erimus.* ſic Chriſtus *Matthæi c.9. Marci c. vlt. c. in nouo. 21. diſt. Euntes*, inquit, *in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ.* quod dixit omnibus; non ſingulis. nam & Apoſtoli partiti ſunt orbem terræ, vt ſinguli in ſuas prouincias irent, & poſtmodum diſtincta diœceſis, & parochiæ, vt ſinguli proprium populum erudirent.

Cum ergo in ſua Eccleſia non prædicat temporibus *d.c.4.* propoſitis, impeditus aliqua forte ex cauſis delibatis *in c. inter cætera. de off. ord.* deputat per ſe ſolus, niſi immemorialis conſuetudo contrarietur, prædicatores. Idoneos tamen exigit Concilium. qualis non eſt Laicus. *Concil. Lateran. ſub Leone X. ſ.11.* Diaconi aſſumi etiam ſolent. an clerici etiam poſſint, qui non ſint in ſacris? exiſtimant multi. *vide Barboſ. in collect. DD. ſ.5. c.2. num.4.* ego pro cathedrali exigerem qui loco reſpondeant, doctrina & eloquentia: non qui tantum in genere admiſſi ſint. Prædicante autem Epiſcopo mandari cæteris omnibus, exceptis parochis, poteſt, ne eadem hora concionentur *Barboſ. ibid. num.3.16.*

Sumptus autem conſtituti prædicatoris quem Epiſcopus conſtituit, ad Epiſcopum ſpectat, ſi de alio vſu certum non eſt. *Sa. verb. Epiſ. §.7. ex Cong. Conc.* ſimiliter Epiſcopus ſi per alium viſitat, debet ei prouidere de omnibus excepto victu. ſi ipſe viſitat, habet à populo victum iſtius diei, ſi proficiſcitur tantum pro Chriſmate, facit ſuis expenſis. *Cong. Conc Sa. ibid.* §.14. quod ſi ad alios nominatio prædicatoris ab omni memoria pertinet, & ſumptus præſtatio, etiam ex ærario populi, ſeruandam Gregor. XIII. cenſuit. *Barboſa poſt. Armendar. in collect. DD. ad c.2 ſ.5. Trid. nu.9.10.11.12.* eodemque modo Epiſcopi vt in ſua cathedrali, ita & parochi in curata coguntur, vt per ſe concionentur; niſi ſint impediti: aut quibus caſibus canones per ſubſtitutum fieri permittunt, ſumptuſque ipſi non penſionarij huius præſtant: niſi ad populum vſus tranſtulerit. quo caſu nec ipſi eleẽmoſynam prædicatori dari ſolitam ſibi petere poſſunt, ſi ipſi officium præſtant. *Barboſ. ibid. numer. 13.14.15.*

Aliorum. Ad munus etiam Epiſcoporum ſpectat curare, vt prædicatores vitæ, moribus, & doctrina ſint probati: licẽtiam reſpectiue, ſeu benedictionẽ ab ijs acceperint. *vt diximus ſup. de ſum. trin. num.10.11.12.* & ſine ea prædicantes coerceant, etiam regulares, etiam in Eccleſijs ſuorum ordinum prædicantes. *Trid. ſ.24. c.4. § nullus. Greg. XV. conſt. inſcrutab. 2622.* vt quamuis Barboſa *vbi ſup. nu.18.19.* aliter voluerit intelligere d. §. nullus, ne contrarietur d.c.2. ſ.5 tamen nunc certum, id eſt, ex d. conſtitutione Greg XV. & d.c.4. expreſſe dicit Concilium quod canones *d.c.2. ſ.5.* aptius præſentium temporum vſui accommodet: & in reliquis, quæ de prædicatione decreta fuerunt, ſuum robur obtinere mandat: vnde liquet fieri mutationem aliquam per d.c.4.

23. *Lectio theologica.* Huc itidem ſpectat vt curent Epiſcopi vt lectio theologica in cathedralibus, inſignibus collegiatis, & regularibus conuentibus habeatur. *Trid. ſ.5 c 1. dixi ſup. de ſum trin. num. 11.* præbendam primo citra cauſam reſignationis vacantem affectam deinceps declarantes,

con-

conferendam tamen vt ante à collatore solito pertinet ad Episcopum officio lectionis per ipsum prouisum obeundo obligare, lectorem, ad legendum compellere sequestratione fructuum, alterius substitutione, ad extremum priuatione: lectiones ex sacra scriptura, aut scholasticis controuersijs, alijsque pro vtilitate auditorum vtilibus materijs, locum tempusque perscribere, canonicos & alios clericos doctrina egentes (non iam praeditos *iuxta c.12.s.24.Trid.*) ad frequentandam lectionem cogere: lectorem examinare nō tamen in regularibus, & approbare. ait autem Concilium de Cathedralibus ciuitatum insignium, & populorum; collegiatis existentibus in insigni oppido, vbi clerus numerosus sit, non vbi sit exigua cleri aut populi multitudo. Insignia oppida sunt ex arbitrio iudicis; populi numero quidem in primis, sed & alijs notis. nam Concilium & numerū requirit, & vt locus insuper sit insignis. Affecta autem semel actualiter praebenda ab alio deinceps in Ecclesijs vbi optio locum habet, optari non potest: neque lector ipse aliam optare: nisi hac resignata, alteri cum lectione semel adiuncta conferenda: resignanti, ob remanentem ei titulum canonicalem, praerogatiua praecedentiae & stalli relicta. theologus porro ob lectionem praecedentiam non habet: quia non est dignitas. priuilegium tamen lector, & qui eum audiunt habent, vt fructus percipiant sicut canones de studentibus, & docentibus statuerunt.

Canones inquam, seu ius canonicum, vt loquitur Trid. nam non mox gaudent priuilegijs diplomatibus specialibus concessis vniuersitatibus studiorum, erectis per Reges, aut Pontifices. non enim tales facit sola lectio publica. & loquitur Concilium de fructibus, nam distributiones negat *c. licet. x. de praeb.* ideoque ex gratia tantum distributiones, similiaque emolumenta, illius diei quo legit tribuenda decreuit Gregor. XIII. & tempus quidem legendi indeterminatum est: discendi in vniuersitatibus autem licentia in theologia quinquennium. habita tamen ordinarij licentia. *c. tuae fraternitatis x. de cler. non resid. c. ex eo de elect. in 6. const. Pij IV. 24. nou. 1564. incip. sanctissimus.* quae illud quinquennium non excedat, neque ad parochos iam per concursum prouisos porrigatur: quos iam ante studuisse satis & oportet, & praesumitur. in ciuitate tamen parochiam obtinens in eius loci vniuersitate docere potest. dum tamen populi cura damnum non patiatur. solent tamen parochi laurea licentiae non donati studij quidem spatio olim decurso ad paucos menses cum ordinarij licentia ad vniuersitates redire, & meritis ibi honoribus ornari. à sede etiā Apostolica licentia diuturnior aliquando obtinetur, raro tamen vltra quinquennium ab initio studij computandum. *quibus de rebus omnibus late Barbos. in collect. DD. ad c. 1. s. 5. Trid.*

Spectant ad hunc tit. ex *Concil. Trid. cap. 1. 2. s. 5. c. 4. s. 24. c. 3. 4. s. 6. cap. 1. s. 13. cap. 4. s. 14. c. 5. 6. 7. 8. s. 7. cap. 8. s. 21. c. 9. 10. 12. s. 24. c. 17. s. 23. cap. 4. 6. s. 21. c. 3. 9. 10. s. 22. c. 16. s. 25. c. 3. 6. 7. 8. s. 24. c. 11. 9. s. 25. c. 3. s. 14.*

Qualitatem, moresque Iudicis late tractauimus eo libro, quem inscripsimus *Iudicem Magistratum. Senatorem.* eoque toto libro primo: secundo autem eius solertiam in dirigendis iudicijs: tertio porro prudentiam in politia ciuili, atque re publica administranda: quarto denique recta eius consilia in summis imperiorum negotijs, regalisque auctocratiae.

DE OFFICIO DELEGATI.

1. *Delegatorū magna potestas.* MAgna circumspectione delegari Iudex debet, quia magna à Papa delegati est † potestas, imo maior potestate Ordinarij, (vt in caussa ei commissa omnes ei obedire debeant. *c. sane 11. extra hoc tit.* quia committentis vicem gerit *c. fin. 93. dist. l. fin D. de offic. eius.*) Etsi Episcopus in locum Apostolorum successisse dicitur. *c. in nouo 21. dist. Trid. s. 23. de Sacris ordin. c. 4.* scilicet in ordinaria Apostolorum potestate, non autem specialiter delegata à Christo, *Sahagun. ad d. c. 11. n. 3. h. t.* vel potius non admissa distinctione ordinariæ vel delegatæ, ea potestas durauit in successoribus donec restringeretur à Petri successoribus, Ecclesiæ vniuersalis regimini intendentibus, cum res & tempora permitterent. Christus enim Apostolis æqualiter dixit: *ite prædicate omni creaturæ*, sed non æquali modo; Imperium sine fine dedit Petro, dedit & alijs, sed aliter atque aliter: huic cum primatu, & summa potestate (non enim alij dixit, super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & pasce oues meas &c.) Illis illimitatum quidem, sed Petri habenis, si tempus suaderet aut ratio, constringendum: quod ius nemo in Petrum habuit. Igitur Apostoli tam quoad loca quam quoad caušas, & casus, non eo sensu delegatam potestatem habuerunt, vt per eorum mortem ea cessaret, nec eorum successores æquali fungerentur sed quod sine termino esset, donec temporum ratio distinctionem diocesium, reseruationem causarum, & casuum adduceret, aut Pontifices decernerent. Ac tali potestate vsi sunt Apostolorum successores, per prima aliquot secula: sed postquam cœpit primatus Romanæ Ecclesiæ à Græcis in dubium vocari, Romani Episcopi in contrarium iuerunt, & potentiam sui primatus magis ad actum deduxerunt.

2. *Quales ij esse debeāt.* Semper itaque, vt ad rem redeamus, magna ratio habita fuit, vt huiusmodi personis caussæ delegarentur de quibus Iure credi poterat, quod ea potestate non abuterentur. Atque ita primum quidem post erecta palam Ecclesiastica tribunalia generalius quidem clericis committebantur, vt constat per totum decretalium volumen: deinde ab Alex. III. *in c. 3. de rescript.* idoneis personis delegandas esse decretum est. 3. Bonif. VIII. *in c. statutum de rescript. in 6.* statuit delegationes faciendas personis in dignitate Ecclesiastica constitutis. In qua recenset etiam personatum, aut cathedralem præbendam obtinentes, & personatum dignitatibus comparat Concil. Trident. *s. 24. c. 12. & c. vnic. de ætat. & qual. præf. in 6.* cum fauent prærogatiuæ, quas citati *à Barbos. in coll. DD. ad d. c. 12. Trid. s. 24. numer.* 18 tribuunt, sed præcipuæ his locis, vbi fere habent collationes pastoratuum suorum titulorum; quamquam alicubi vt simplicia beneficia per mores fere habeantur. ob ius vetus, non recepto vbique Tridentino. Post successit eius Interpretatio Clement. V. *in Clem. etsi de rescr.* quæ Episcopi Vicarijs libere fieri poterant, possent tantum Vicario eius generali dirigi: denique 5. per Conc. Trid. *s. 25. c. 10. d. c.* statutum eatenus restrictum est, vt non omnibus in dignitate Ecclesiastica constitutis delegationes fierent; sed ijs tantum, qui in vnaquaque dioecesi, vt minimum quatuor designarentur, ex quibus vno mortuo seu alias deficiente, in proxima Synodo alius surrogati debeat, aut saltem per Episcopum

pum cum capituli consilio. Quod adeo pro forma est, vt prætermitti non possit. *Cong. Conc.26.Ianuar.1588.apud Garz.loco mox citando*, vbi decretum hoc animaduertit in Hispania seruari respectu nuntij, seu Legati, non vero Papæ. *Garz.de benef.part.9.cap.2.§.2.num.352*. quod & in his locis vsu venit.

Ab Episcoporum sententijs cum in criminalibus appellatur, delegationes in partibus non debent fieri, nisi Metropolitano, eiusq; vicario generali. nisi is pronuntiauerit, suspectus sit, aut vltra duas dietas distet tunc enim vicino alicui Episcopo, vtique qui neq; vltra duas dietas distet, alioquin etiam Metropolitano, si vicinior alius non sit: vtique cessante exceptionis causa. *Concil.Trident.s.13.c 2.* Ratio decreti videtur esse grauitas causarum. quæ eadem & decreti § ad hæc. *c.20.s.24.* quod tamen loquitur de proprio inferiorum iure, nō commissione Apostolica, quam in matrimonialibus admittunt c. proposuisti *x.de probat.c.ex literis x.de in integ.rest.c.1.vt lite non contestat.* vbi commissiones matrimoniales alijs datæ fuerunt, neq; satis diserte commissiones Apostolicæ abrogantur. quamuis & illæ soleant fieri Episcopis communiter. *citati à Barbosa in Collect.DD. ad Concil. Trident.ad d.c.20.num.59.63.* adeoque & stylus vetus, & modernus communis est, fuitque, vt communiter Episcopis fieret delegatio, non prohibeatur autem secus fieri. nisi quod nuper literæ quædam Apostolicæ ad Belgij Episcopos missæ declararint Episcopos, eorumque officiales non debere subdelegare, nisi ijsdem qualitatibus præditis causas, quas S.Sedes non solet nisi ipsis delegare.

Quare cum idem Concil. *Trid postea s.25.c.10.* plenissime prouiderit circa idoneitatem iudicum, per designationem synodalem eorum, quibus deinceps committantur causæ Ecclesiasticæ, spirituales, & ad forum Ecclesiasticum pertinentes indistincte; videtur aliquibus per insignem hanc cautionem prius decretum esse interpolatum, &, d.c.10. seruato, inter criminales & ciuiles *ex d.c.2.* non fore deinceps necessario distinguendum.

Præsertim cum d.c.2. instructiuum sit suæ sanctitatis, quatenus inde diplomata promanent, nec adijciat vllam pœnam nullitatis, si Apostolica authoritate delegationes secus fiant; hoc autem c.10. seuere damnet subreptionis, non factas iudicibus synodalibus. & propterea videmus sæpius causas criminales, quamuis nec suspectus sit Archiepiscopus, nec vltra duas dietas distet, nec ipse pronuntiauerit; alijs delegari Episcopis, eorumue vicarijs: quin & aliquando inferioribus, in synodo tamen designatis. Et propterea quāuis decisum sit à Nuncijs non posse delegari suis Auditoribus. & errorem communē non prodesse; addunt declarationes Coloniæ impressæ *a.1620.& Antuerpiæ 1633.* hæc verba; *& fuit allegatum c.10.s.25.de reform.* vt decisio in vim d.c.10. lata fuerit, ob defectum designationis synodalis, non vero ob dispositionem d.c.2.

Quamuis enim genus speciei non deroget, sed contra: *l.in toto de Reg.Iur.Tuscus V.Generi per speciem derogatur*: tamen si ratio suadet contra dici potest. *L.si hominem D.mandati Tusc.ibi. n.98.& quæ addit n.110.112.* vbi generalem legem diuerso tempore factam tollere prouisionem specialem anterioris *ex Signor.* refertur, maxime si apparens sit ratio (vt in nostro casu aliquando raritas aut nimia distantia diocesium, ob quam etiam extra prouinciam commissiones fiunt contra veteres canones) & vsus eam interpretationem receperit. *L.si de interp. D. de legib.* ad vitandas tamen lites; iudicis interpretationem d.c.2. contrariam non suasero. nam ex rigido Iure *d.l.in toto* subreptura aliorum iudicio facile censebitur.

Vt vt.

Vt vt sit, criminales causæ *in d.c.2.decreto* accipiuntur strictæ; vt non comprehendant causas correctionum. quippe iuris prioris correctio non vlterius facta intelligitur, quam proprietas verborum exigat, & propterea coram delegato exceptio hæc proponenda est, vt cognoscat an sua sit iurisdictio; *c.super.x.de rescript.* videatque, quæ in actis primæ instantiæ petitio sit facta; an ad correctionem, an vindictam criminis, degrationem realem, verbalem, aut graues istiusmodi pœnas.

3. *Hodie aliter quam olim delegatio expirat.* Quanquam *iuxta c.quoniam Abbas extra de off.deleg.* commissio data alicui sub nomine dignitatis transire soleat in successorem in dignitate, quasi dignitas mori aut mutari non possit; id tamen per dictum decretum † Concilij mutatum est. quia ea qualitas faciendæ in Synodo electionis, vel per Episcopum cum consilio Capituli, reddit delegationem personalem, quasi electa personæ industria, donec successor forte per similem electionem surrogetur; *Sabagun.in d.c.quoniam num.2.in fin.*

Et quia eligitur personæ industria, designatio hæc facienda est nominatim, & particulatim: *vt in formula Archiepiscopalis Bononiensis.loco à Garz.citato p.9.c.2. numer.* 349. & si sub nomine officij aut dignitatis designatio fiat, comprehendit tantum tunc officio fungentes, adeo vt officio vel dignitate resignata in eiusdem causæ cognitione pergere non possit resignatarius. *Sac.Cong.apud Garz.num.*351. Obtinebit tamen dispositio *d.c.quoniam.* quando cum derogatione generali vel speciali Concilij delegatio fiet personæ in Synodo non electæ, sub nomine dignitatis, vel sine derogatione, si à parte non opponatur: denique quando Episcopi Vicario generali seu Officiali delegatio fit sine derogatione, quia eo casu non est necessaria, quia non personæ sed tribunali fieri intelligitur. neque in eo Concilium innouauit. *Sabagun.num.*4.13.14. adeoque etiam mortuo Episcopo *numer.*17. etsi delegationes alioquin Episcopo factæ non transit e sede vacante ad Capitulũ vt quidam volunt, etsi alij secus. atque adeo superuacaneum est inter electos in Synodo designare Officiales seu Vicarios Episcoporum. Quia Concilium vult designari certas personas, præter locorum ordinarios, quod eos includit, & Episcopi Vicarium, & Officialem comprehendit.

Cui accedit quod ob Episcoporum iudicium, tanta de ijs sit confidentia, quod Greg. XIII. *in Bulla anni* 1578. *relata per M. Ant. Gen.in prax. Neap. cap.* 59. noluerit eos ad aliquem syndicatum teneri, etsi Officiales à Capitulo sede vacante constituti Episcopo nouo aduenienti rerum gestarum rationem reddere teneantur. *Conc.Trid.s.24.c.16.* Praxis etiam Curiæ Rom. habet vt vacante sede Episcopali non Officiali à Capitulo constituto, sed vicinioris Episcopi Officiali commissiones dispensandi, aliaque rescripta dirigantur.

4. *Iurisc. sint, aut talem assessorem habeant.* Non minus tamen ab Episcopo constitutus, quam à Capitul. Iuris saltem Licentiatus † esse debet. *Trid.d.cap.16.* neque dignitas aliqua Ecclesiastica id supplet. Vnde à senatu Sabaudiæ reiectam eius petitionem confirmationem postulantis, qui eo defectu laborabat, refert Ant.Faber *C.l.1.t.3.d.28.* Quin & Cong.Conc. irritam vult esse electionem Officialis non doctoris seu licentiati, cum talis potuerit haberi: & si Episcopus non talem constituerit; Capitulum sede vacante alium dare debet. *Quar.v.capitulum quæst.6.* Leo X. *constit.incip.Regimini in bullar.fol.*188. statuit quod iudices à sede Apostolica deputati, si in altero Iurium graduati non fuerint, assessorem partibus non suspectum ab ipsis partibus, vel earum altera requisiti assumere, & secundum eius relationem iudicare teneantur.

Requi-

Requirit etiam breue Clementis VIII. *citatum à Garz. de benef. p. 5 c. 8. num. 11.* In regnis Castellæ & Legionis, vt Officialis Vicarius generalis, vel prouisor, seu Iudex ordinarius Episcopi, sit in ordine sacro. De iudicum designatione, vt fieri debeat, eorumque qualitate, etiam in conseruatoribus requisita, adeoque vt Vicarius generalis prothonotarius, cancellarius academicus, cōmendatarius perpetuus dignitatis, canonicus Ecclesiæ cathedralis, non collegiatæ, sed regularis cathedralis, personatum habens, non plebaniam, coadiutoriam, & in vna diocesi designatus, pro causis alterius, sit idoneus, & vt subdelegati easdem qualitates habere debeant, quas delegati: *latius diximus in Consult. canon. consult. 1.*

Iudicum delegatorum † tanquam Conseruatorum authoritas valde imminuta, & pene extincta est per Concil. Trident. *s. 14 c. 5.* vt nemo sub conseruatoriæ prætextu subterfugiat quin coram ordinario suo in criminalibus & mixtis causis accusari, conueniri, inquiri possit: in causis ciuilibus neminem vt actor coram conseruatore conuenire potest: si autem quis est reus, non est sublata conseruatoris authoritas, nisi cum conseruator est suspectus, aut inter conseruatorem & Ordinarium controuertitur quoad Iurisdictionem. Exceptæ sunt tamen Conseruatoriæ Vniuersitatum studiorum generalium *d. c. 5.* vt etiamnum vniuersitas Louaniensis vtitur confirmatis & auctis etiam ab hoc Pontifice Paulo V. suis priuilegijs. quæ tamen per concordiam olim initam cum Episcopo Leod. 2. *Nou.* 1428. & ab Eugenio Pontif. Cal. Aug. 1431. confirmatam modificata sunt. 5. *Conseruatores imminuti.*

Vt imprimis quod doctores & studentes beneficiati † Vicarios seruientes, seu officiantes in beneficijs suis, ordinarijs, & Prælatis inuitis seu irrequisitis deputare non possent, nec illi dictis beneficijs deseruire absque dictorum Ordinariorum & Prælatorum licentia, seu consensu: sed ea fieri debent, vt solent antequam huiusmodi priuilegia impetrarentur, quod ordinarij & prælati, prout ad illos de iure, vel consuetudine spectat, de grauibus & enormibus excessibus cognoscant & illos corrigant, vt puta vulneribus tentatis, mutilationibus membrorū, homicidijs & notorijs presbyterorū & aliorū in sacris ordinibus constitutorū focariatibus, & alijs similibus vel maioribus criminibus; in leuibus vero & minoribus excessibus, vtputa cōtractibus, conuicijs, iurgijs, cōtentionibus, & leuibus manuum iniectionibus. item nè quis occasione litium sibi forsan mouendarum à suo studio distrahatur, concordatum est, quod contra eos procedatur summarie, simpliciter & de plano. Quod procurator officij nisi famam legitime probauerit, per iudicem causæ huiusmodi puniatur irremissibiliter eadem & consimili pœna, qua in causam calumniose tractus puniendus veniret, si impositus sibi excessus legitime probatus fuisset, eodem procuratore nihilominus in expensis condemnato, cum illarum refusione sine mora. Itē quod solum de dicta Vniuersitate gaudebunt præmissis & alijs priuilegijs eidem Vniuersitati quomodolibet concessis, qui per maiorem partem anni, vtpote per 8. menses in an. veraciter, & sine fraude legitimo impedimento cessante resederint, in loco dicti studij interim septimatim scholas frequentantes, legendo lectiones suas, audiendo & alios scholasticos actus exercendo, quilibet in facultate sua sine dolo & fraude, & de ijs tenebuntur certificare & legitimam fidem facere etiam medijs eorum Iuramentis, quilibet suo Doctori aut rectori vniuersitatis, qui de ijs vlterius certificabit Episcopum & Prælatos prædictos, alioquin non gaudebunt dictis priuilegijs. Quemadmodum Vrbanus VI. 14. *Cal. Maij* 1378. *const. inc.* dudum declarauit priuilegia studentium circa beneficia 6. *Conuentio inter Vniuers. Louanien. & Ordinar.*

Ecclesiastica, non extendi ad personas non nominatas in rotulis, & non vere studentes.

7. *Conseru. Regul.* Conseruatoriæ † regularium locorum & hospitalium similiter exceptæ sunt à dispositione Concilij, quin & à S. Cong. anno 1575. per Italiam mandatum fuit Regularibus vt in singulis ciuitatibus eligerent suos conseruatores, coram quibus conueniri possent, stabiles, sic vt variare non liceret; eosque significarent Ordinarijs, quod & in his locis fieri optandum esset. Qui porro præscripto tempore nondum elegerunt etiamnum eligere possunt. vt resolutum 1627. ex Sella tradit Barbosa *in collect. DD. ad Concil. Trident. ad c.5. f.14.*

Cum autem ex dispositione Pij V. conseruatoriæ extendantur ad tres dietas, si intra illas diuersæ concurrant dioceses, *ex constitut. Greg. XIII.* significandæ erunt omnibus illarum ordinarijs. hæc eadem Clemens VIII. 1592. *decret. incip. sanctissimus* sanxit ita vt tamen regulares coram suis tantum conseruatoribus conueniri, non alios eo trahere possint. Vbi siquidem regulares fuerint actores, nulla conseruatoribus tributa est iurisdictio, causæ

8. *Omnes cessant extra manifestā iniuriam.* cognitionem exigens. Manet tamen etiam immutatum ius antiquum, vt scilicet istiusmodi conseruatoriæ non extendantur extra notoriam & manifestam iniuriam. *cap 1. cap. fin. h.t. in 6.* quæ eo ipso tollitur quo quis negat per iniuriam se fecisse; nisi sit rapina aut spoliatio manifesta. *Gutierres pract. quæst. l.3. quæst. 9. n.5.* quia per iustificationem transitus fit ad indaginem iudicialem, quæ conseruatoribus non competit *dict. c.1.* quare qui eiusmodi conseruatores habent, alios coram eis in ius vocare non possunt, ipsi tamen si rei fuerint, coram eis cogi & compelli possunt *cap.14. f.7. Trid.* miserabilibus tamen personis & alijs in causis ciuilibus mercedum data optione ordinarios adeundi contra quomodocumque exemptos clericos sæculares aut regulares, extra monasterium degentes, etsi certum iudicem habeant; contra alios vero quoscumque si iudicem non habeant. *d. cap. 7. Guttier. ibidem quæst.* 10. Nec placet mihi opinio Iohannis Andreæ aliorumque, quos refert Lopez *ad practicam criminalem Diaz c.3. ad verbum punire*, quod d. cap. 1. loquatur quando data est potestas ampla, non vero quando in literis præscripta, quod ea forma seruanda sit; sed hoc ipsum dico pendere à iudicis arbitrio, *iuxta d. c. super litteris*, præsertim cum iurisdictio ordinaria quam minime sit offendenda: & arrestum quod citat Lopez datum fuit in caussa vis & iniuriæ manifestæ, vnde mirum non est à curia Pinciana causam ad conseruatorem fuisse remissam, etiam contra laicos; quia eiusmodi vis continebat crimen mixti fori, quæ nisi ita se haberent, neque causa extra forum ordinarium, neq; contra laicos extra seculare, agitari debuisset.

9. *Quando per Conc. Conseruat. nō cessant.* Enim vero abrogatio conseruatoriarum non est omnino ex omni parte plena, sed tantum respectu Ordinariorum, vt eorum nullatenus iurisdictio minuatur, & vt inquit Conc. d. cap. 5. s.14. non suffragatur ad hoc, vt coram Episcopo suo, siue alio superiore Ordinario, contra quem procedi non possit &c. non ergo sunt reuocatæ quo ad eos, qui ex Concil. Trident. non sunt redacti sub iurisdictionem Ordinariorum, v.g. exemptos, si quod ergo Capitulum sæculare (nam vt diximus regularium conseruatorias Conc. non sustulit.) conseruatorem habet, eique oritur controuersia cum aliquo exempto, qui ad ordinariam iurisdictionem non spectet: non prohibet Concil. quin ei coram suo conseruatore diem dicat. Philippus Pulcher anno 1500. 22. Septem. Montibus ad Zomam omnes conseruatorias nulla, inquit, excepta, abrogat.

Testa-

Testaturque Bugnion. *l. abrog. sat. 45. l. 1.* literas Cancellariæ non esse attributiuas iurisdictionis in Francia etiam vtcumque partes consentiant, nisi astipuletur Procurator Generalis. *quod idem docet lib. 2. sect. 20 l. 4. lem. 1. & 73.* Quod iuuari ea ratione potest quod Rescripta per subreptionem impetrata non tribuant iurisdictionem *iuxta c. super literis c. fin. x. de Rescr. cap. super x. de crim. fals. & quæ ibi traduntur.* neque Pontifex concessurus crederetur oratori narranti in sua ditione eiusmodi delegationes esse inhibitas.

DE OFFICIO LEGATI.

QVod Legati sit officium † ex iure plures integris tractatibus scripserunt. Regium legatum nuper politice politeque amicus noster Frid. Martselaer eques descripsit. de Pontificio, Concil. Trident. quidem *sess. 22. cap. 7.* voluit vt in processibus, admittendis appellationibus, & concedendis inhibitionibus quocumque stylo & consuetudine etiam immemorabili non obstante seruare teneretur, c. Romana *de Appellat. in 6.* nec non *s. 24. cap. 20. Trid.* vt in prima instantia in quibuscunque causis Ordinarios in sua iurisdictione non turbet. Nunc plerique Legati Nuntij vocantur cum potestate legati à latere: raro enim Cardinales ipsi legantur à latere Pontificis (scilicet pro legatione durante, sed aliquando pro honoraria & breui, ad congratulationem aut vnum negotium grauioris momenti) sed ea dignitate functi plerumque Cardinales creantur, & dum mittuntur, eorum facultates specialiter eis exprimuntur. quare earum, & suæ legationis exhibere debent literas, vt constet esse tales. *gloss. in ca. nobiliss. d. 97. Gambar. tract. de offic. legat. l. 1. §. qualiter legatus gerere se debeat cum prouinciam est ingressus num. 3. l. 1 C. de mandat. Princip. l. obseruare §. hoc etiam D. de off. Proconſ.* sed nunc in expeditionibus suis dicunt se sufficienti facultate munitos per literas Apostolicas, ad quarum insertionem non teneantur. quæ clausula quidem est contra ius, nude accepta, sed tamen vera, quia in aduentu suo adferūt à Papa ad Principem & omnes Episcopos literas credentiæ, quas vocant, quibus Pontifex significet eos esse suos legatos, & vt eis ea fides adhibeatur in ijs, quæ eius nomine dicent, perinde ac si Pontificem loquentem audirent. quin & sine literis huiusmodi probationem admittit Azor. *Inst. mor. l. 5. cap. 14. quæst. 7.* Illustriss. Decius Caraffa nunc Cardinalis cum in his ditionibus Nuntius esset, has facultates † habuit quales plerumque alij, 2. *Quales sint hodie Nūtiorū facultates.*
scilicet 1. Quæuis loca sacra etiam regularia, & mendicantium visitandi, corrigendi, mutandi per se vel per alium. 2. contra inobedientes, falsarios, vsurarios, raptores, incendiarios, & quoscumque criminosos etiam exemptos procedendi, puniendi. 3. Causas & appellationes committendi, etiam de plano & sine strepitu. 4. Pœnas etiam pecuniarias statuendi. 5. Iuramentum ad effectum dumtaxat agendi, relaxandi. 6. à quibusuis censuris & pœnis simpliciter vel ad cautelam absoluendi. 7. ab homicidio non voluntario; à periurio absoluendi, ab adulterio, incestu, fornicatione. 8. & vsurarios excommunicatos in vtroque foro. 9. simplicia beneficia in parochialibus conferendi. 10. dummodo fructus & distributiones 24. ducatos de camera non excedant secundum communē æstimationem. 11. super publica honestate, etiam in contracto, & prole suscepta dispēsandi, dummodo mulier rapta non fuerit. 12. Prolem susceptam & suscipiendam legitimandi.

13.Bona Ecclesiastica in emphiteusi trium generationum quinque ducat.annuis grauandi,& grauata confirmandi.quæ grauandi concessio committenda duobus coniunctim seruata Const.Pauli.PP.II.14.literas monitoriales & significauit dandi.15. Indulgentias concedendi 100.aut plurium dierum citra annum,& in vna vel duabus festiuitatibus septem annos, totidemque quadragenas ad quinquennium. 16. tempore interdicti celebrari permittendi,ianuis clausis,& interdictis exclusis.17. super esu carnium, & lacticiniorum dispensandi. 18. In partibus hæreticorum vnum vel plures vicarios deputandi, vbi Episcopi facultates exercere non possunt,cum potestate loca exempta visitandi,corrigendi. 19. fructus bonorum Ecclesiasticorum & ipsa beneficia & bona Ecclesiæ à raptoribus restituta ad valorem mille scutorum in pios vsus applicandi. 20. vt Catholici conducant bona Ecclesiastica,& non teneantur ad restitutionem. 21. super matrimonio apud hæreticos contracto dispensandi,sed de nouo contrahant.22. muliere lapsa in hæresim cum viro dispensandi vt cum eo in matrimonio maneat. prolem legitimam declarando.23.dispensandi super quarto simplici,tertio & quarto consanguinitatis & affinitatis gradibus.24.Prolem legitimandi.25.altare portatile concedendi.26.dispensandi super defectu natalium ad ordines sacros, modo spurij non sint imitatores parentum, eosdem habilitandi ad beneficia,etiam Canonicatus Cathed.& in Collegiata ad dignitates etiam primarias.27.A Symonia absoluendi in collegialibus & parochialibus beneficijs.28.dispẽsandi super cognatione spirituali.29.fructus Symoniace perceptos in pios vsus applicandi vel remittendi.Generatim tamen Nuntijs præscribitur,vt procedant sine præiudicio ordinariorum,& non derogent Concil.Trid. Residere autem intra commissam Prouinciam iubentur, aut si aliquanto tempore abesse debeant, consuetos officiales cum debitis salarijs relinquere.*Leo X.in Conc.Lat.P.Mate.S.dec.h.t.* Legatus beneficia confert,quorum prouisio spectat ad clericos,quamuis extra illius prouinciam existentes, quia situs beneficiorum spectatur.*Clem.XI.& ibi DD.de supplend.negl.prælat.* & sicut in Pontificijs collationibus, ita & legati exprimendum est beneficium ante obtentum:quamuis secus sit in ordinarijs.*clem.2.de off.ordinar.*

Legatus à latere etiam Ordinarius est,& concurrit cum quolibet Ordinario:Ideoque in collatione beneficiorum præuenire eum potest. non obstantibus etiam concordatis Germaniæ,vt vult Garz.*de benef.p.5.c.3.num.43.post Gambarum de leg.l.3.num.*207. quod tamen eius ratio non euincit:quia eodem sensu & Papa totius orbis est Ordinarius. Ideoque nec minus præuenire quemlibet Ordinarium posset, quod tollit plane omnem finem concordatorum qui fuit partiri tempora,quibus Ordinarij proprie dicti collatores & quibus Pontifex eiusue nomine Legatus beneficia conferre imposterum posset, quæ ratio suadet, vt nec legatus in mensibus ordinarijs reseruatis immiscere se possit generatim,& non tantum quoad eos,qui habent beneficium Alternatiuæ.quod Garz. *num.* 45. censet, propter decretum irritans in alternatiua, vt ait appositum.quippe decretum illud irritans alternatiuam tantum, sed ad totam eam regulam referri oportet:per verba decernentes in prædictis omnibus & quæ Gonz. *ad reg.* 8.*Cancell gl.pen.& vltim. vtrobique in princ.*9.& Concordata quanquam præcipue reseruationes non præuentiones tantum spectauerint:tamen in §. de cæteris vero dignitat. quamcumque dispositionem reseruationi subnectunt.

De

De Arbitris.

De rebus spiritualibus non potest in laicum compromitti.*c.6.x.h.t.* quoniam id sit indecens. si tamen authoritate Iudicis laicus clerico accedat, non improbatur.*c.9.ibid.* propter authoritatem Iudicis.*ibid.* & quia dignius ad se trahit, atque obscurat minus dignum. eadem Iudicis authoritas facit, vt cum non valeat arbitrium in personam incertam, v.g. in personas duas, cum pacto, vt si ipsæ discordent, tertiam eligant:*c.12.x.h.t.* tamen vt Iudex illos seu mediatores eligat, valet.*c.13.x.h.t.* vbi mediatorum arbitrium probatur. non tamen huiusmodi mediatio extendi potest ad res rite iudicatas. *c.11.ibid.* sed neque arbitrium iuratum dolo, & fraude conciliatum vires retinebit; sed inique tractato dabitur absolutio.*c.2.x.h.t.* quemadmodum contra si fuerit æquitati subnixum, appellatione cessante, habet executionem; *ibid.* ob religionem sacramenti.*l.4.C.h.t.* quanquam authent. *decernit ibid.* vetuerit olim arbitrium cum sacramento suscipi quod tamen de arbitris tantum, non de litigantibus alij intelligunt. adeoque iurata compromissa indies fiunt.

De in Integrum restit.

Hodie in foro seculari restitutiones apud Principes impetrantur, in foro Ecclesiastico Ius commune seruatur. In illo foro etiam obtinuit, vt nullitatum, non rescissionum tantum, quæstiones præuijs eiusmodi literis intententur: quæ tamen ex Principum nostrorum edicto *anni* 1611.*art.*29. decennio nunc præscribuntur. Quo eodem edicto *art.* 37. cautum est ne contra lapsum tempus retractus restitutio detur, vt permittebat c. constitutus *x.de rest.in integrum,* quod quatenus in Gallia obtineat, vide Boer.*dec.*140.*Papon.l.*11. *t.de retr.gent.arrest.*22.*Bugn.leg.abr.l.*1.*sat.*196.*& l.*3.*synt.*144.

De his quæ vi aut metu.

Matrimonium per vim & metum contractum nullum dicitur. *c. requisiuit. c.gemma. c. cum locum. c.veniens.x.de sponsal.* & votum. *c.1.x de vot.* ordinem per vim & metum susceptum. ita vt in doli capace adsit consensus, etsi coactus: vt in infante deest dissensus, validum esse, characteremque imprimere existimandum est. sed secundum accidentaria Ecclesiæ præscripta, continentiæ, horarum recitandarum habitus clericalis, &c. non nasci obligationē verius est.*Diana p.3.t.4.r.*193. & si quando ex metu non satis euidenter graui seu in constantem cadenti ordo susceptus sit, dispensari à sede Apostolica tutius est. quamquam diplomata ita fere concipi soleant, vt nullitas ordinis arguatur. Vtique quoad istiusmodi obligationes accidentarias. Vt de hac re latius Deo dante dicemus in Responsis canonicis.

(∴)



LIBER SECVNDVS.

DE IVDICIIS.

1\. VAMQVAM praxis † curiæ Romanæ & Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 20. habeat vt omnes caussæ etiam beneficiales in prima instantia remittantur ad Ordinariũ, nihilominus ex Greg. XIII. Const. *quã refert Pias. p.* 2. *c.* 4. *n.* 3. caussæ possessionis beneficiorũ reseruatorum in prima instãtia Romæ cognosci possunt, vt & praxis seruat, neq; ei Conc. Trid. *d. c.* 20. *sess.* 24. contrariũ esse Greg. ib. declarauit. At vero vt hic delegato Apostolico huiusmodi caussæ cõmitti possint facile concesserim: sed Belgicæ causæ ex priuilegio Leonis X. de quo alibi diximus, in prima instantia Romam trahi non possunt, & caussæ possessoriæ retinendæ vel recuperandę priuatiue ad iudicem secularem, quamquam de Iure, si non pure Ecclesiæ fori (vnde per priuilegium Pontificium Gallis vt de causa possessoria beneficiali cognoscerent concessum est, vt refert *Guido Pap. dec.* 1.) saltem mixti fori sunt. *Freder. Senen. Cons.* 245. adipiscendæ ad Ecclesiasticum spectant, vt alibi diximus. A decreto *d. c.* 20. *s.* 24 *excipiantur*, inquit *Trid. causa, quæ iuxta canonicas sanctiones apud sedem Apostolicam sunt tractandæ, vel quas ex vrgenti rationabiliue causa iudicauerit, S. Põtifex per speciale rescriptum signaturæ sanctitatis suæ manu propria subscribendum, committere, vel euocare*, posterior exceptio vrgentis causæ, & huius formæ raro vsurpatur: priorem aliqui nimis extendunt, non tantum ad beneficiaria diplomata, & Breuia possessoria *iuxta d. constitutionem Greg. XIII.* sed etiam obligationes in forma cameræ, causas clerici pupilli, causas beneficiales, vbi de intellectu aut viribus literarum disputatur, causas omnes beneficiorum reseruatorum, denique quæcumque poterant apud S. sedem tractari. *citati à Barbos. in collect. DD. ad Conc. Trid. s.* 24. *c.* 20. *n.* 41. *& seqq.* quasi Concilium nõ sustulerit vllos modos legitimos, quibus forum sortiri quis possit quod si verum est, valde parũ præstitit Tridentinum tam operoso decreto, si nihil illicitũ fecerit, quod ante non erat, frustaneæ sunt etiam binæ exceptiones, si in reliquis non firment regulam. prior ergo exceptio nõ agit de causis quæ tractari possunt, sed & debeant iuxta canonicas sanctiones apud sedem Apostolicam. quæ sunt *tractandæ*, ea locutio non facultatem, sed necessitatem significat. adeoq; eas tantum causas quas oportet per canones apud sedem Apostolicam tractari. vt sunt causæ Episcoporum criminales. *Trid. s.* 13. *c.* 8. causæ fidei, & œcumenicorum Conciliorum. *c. nec licuit.* 17. *dist.* & aliæ maiores Ecclesiasticæ causæ. *c. maiores. x. de baptismo.* & quas pridem sedes Apostolica in signum supremitatis expresse reseruauit. quæ alibi enarrantur.

2\. *Iudex Actuarium habeat.* Imprimis, † vt Iudex ordinem iudiciarium formet, debet adiungere sibi notarium, ne si qua actorum controuersia oriatur, contra ipsum præsumatur. *c. quoniam contra extra de probat.*

probat. & quamuis notariū creare generatim ſpectat ad Papam, Cæſarem, vel Principem nō recognoſcentem ſuperiorē; tamen iure canonum quemcumq; ſibi ſcribam aſciuerit iudex, is publicam & plenam fidem habet *d.c.quoniam*. Dummodo vir probus fuerit. quare aſſumi etiam poteſt notarius ſæcularis, & criminalis ciuitatis, non ciuis etiam, & aduena: qui deinceps commorari ibidē proponit. Pius V. 21. Martij 1571. Generali & Prouinciali Prædicatorum indulſit facultatē creandi notarios ſui ordinis, ad effectum publicādi mandata Apoſtolica pro ipſorum publica vel priuata vtilitate. Et quod conſtitutio Prædicatoribus indulget communicatio priuilegiorum ad alios extendit. quamquā in illis magis locum habet, propter negotia Inquiſitionis illis commiſſæ. volunt tamen quidam notarios huiuſmodi regulares non eſſe perpetuos.

Notarios † Concil. Trid. *ſ*.22. quacumque authotitate creatos, & quacumque exemptione non obſtante, ab Ordinarijs examinari voluit circa peritiam ſuæ artis, & inſufficientes repelli, ſiue ſuſpendi ab exercitio officij in cauſis & negotijs Eccleſiaſticis, non obſtante appellatione. Quod de Epiſcopis dicit Concilium alijs ordinariam authoritatem habentibus quaſi Epiſcopalem, merito dicitur reſpondiſſe S. Cong. locum habere. 3. *Notarios ordinarij examināt.*

Scriba quæcumque † acta exacte ſcribere tenetur, & ſine mora partibus tradere, quin etiam appellanti actorum copiam quanto citius, & ad minus intra menſem exhibere. Quod ſi fraudem fecerit, ſuſpenditur, & ad dupli pœnam, quanti ea lis fuerit, compellitur. *Trid. ſ*.22.*c*.20. ad quam dupli pœnam & ipſe Iudex tenebitur, ſi fraudem fecerit, cauſamue dederit: ſed non niſi condemnatus, non enim irrogatur ipſo iure. Actorum porro criminalium gratis iudex copiam facere debet. *Concil. Trident. ſ*.13. *cap*.3. ſed notarius condigna mercede: *idem ſ*.24.*c*.20. ita enim contrarietas illorum locorum concilianda eſt. 4. *Actuarij Officium.*

Etſi iure canonum † inſtantia ſit perpetua, tamen Trid. *ſ*.24.*c*.20. poſt lapſum biennij facultatem facit partibus adeūdi ſuperiorem competentem, quia tamen ſi non vtantur, non ideo acta irritantur, ſed partes eis vti poſſunt coram iudice ſuperiore. Vtinam ita laborent iudices, vt vel inuitis partibus intra hunc terminum ſemper finem faciant! ſed non ſemper poſſunt. malitioſe enim ſæpe tergiuerſantur litigantes, & ingenioſe; & vt de Mathematicis ſcribit Tacitus, *hoc genus hominum & ſemper damnabitur, & ſemper retinebitur*. Viam ſuggeſſit Codex Fabrianus l.9.t.22. non malam, & ſtatuta conſiſtorialia Leodienſ. anno 1582. ab eruditiſſimis pluribus viris concepta, & ordinationes curiarum ſuprem. ſecularium in his ditionibus. Illuſtriſſ. Archiepiſ. Mechlinienſis Matthias Houius vir in terris æterna memoria, in cœlo ſummis præmijs dignus anno 1617. à me voluerat concipi modum ac rationem procedendi in Curijs Eccleſiaſticis vniformem ac expeditam per Prouinciam Mechlin. decernendam, quod, (quia mihi iuſſa capeſſere fas erat) ſuſcepi, ac laborem in eius ſacro Iubilæo obtuli: Illuſtriſſ. S. D. ac Reuerend. Epiſc. Comprouinciales gratum habuerunt, examinarunt, ac mutatis, reſciſſis, additis, quæ eorum prudentiæ viſa ſunt, in omnibus ſuis curijs introducendam ſtatuerunt, ea cautione, vt quoad praxis deinde mutandum doceret, id poſt annum deinde fieret: prout fuit decreta ratio procedendi & excuſa Mechliniæ. 5. *Inſtantia bienniū nō excedat.*

Porro ad præſcribendas † infinitas protelationes, quæ ex Iuris apicibus naſcebantur, Pius IV. conſtituerat vt auditores Rotæ proceſſuum nullitates non attenderent. quod Clem. VIII. extendit ad omnes omnino curias & iudices, ad cauſas Eccleſiaſticas profanas, 6. *Nullitates non attendantur.*

fanas, ciuiles, criminales, mixtas; vt scilicet prætermissis seu non attentis nullitatibus, nisi quæ essent ex defectu citationis, iurisdictionis aut mandati, ad expeditionem causarum procederent. *Const. Inc. litium 5 Id. Febr. 1592.* si quid à falso procuratore iudiceue incompetente fit, qui authoritatem non habent agendi vel decernendi. non tantum in forma agendi peccatur, sed & in materia, vnde ex nihilo nihil fit. & nullitas quidem ob defectum citationis semper odiosissima fuit. Ipse Deus antequam Adamum ex Paradiso relegaret, eum ad causam dicendam vocauit: *Adam vbi es?* Naturæ leges dictatunt tragico,

Qui statuit aliquid parte inaudita altera:
Æquum licet statuerit, haud æquus fuit.

7. *Quid si in ipsa sit citatione nullitas?* Sed si non desit citatio,† sed in ea ipsa sit nullitas, v.g. quia processit die feriato, adeoque iure nulla sit, nullius effectus, neque ad comparendum iure stringat, an ita verba accipienda hic sint cum effectu, vt citationis, si legitima non fuerit, defectus esse censeatur? Certe anima legis, quam rescindendas litium ambages, & dispendia præfatio Constit. respicere significat, nobis persuadet, vt citatio, quæ in persona facta sit vt debita cognitio mandati iudicis ad reum perueniat, sufficiat; hoc enim iure naturæ sufficit, quo recedegisse nos ea constitutio videri potest. *Cæterorum fructus quid nisi aranearum telæ, inquit S. Bernard. de considerat. l. 1. c. 3. quæso quale est illud de mane vsque ad vesperam litigare aut litigantes audire,* &c. Quæstio hæc in dies disputari potest in arrestis, nullis ex rigore, non tamen iniquis; vt nullitatem iudex Ecclesiasticus non attendat, nisi peccent contra aliqua priuilegia quia tum iniqua.

Quod autem docet Pannor. *in cap. 1. x. de iud. aliįque alibi* citationem, vt legitima sit, requirere præuium Iudicis mandatum: hodie non seruatur. *Bugn. leg. abrog. lib. 1. sat. 112.* nisi censeantur nuntij generale habere à Iudice mandatum, ad partis instantiam quemuis in Ius vocandi. Quin etiam plerisque in locis idem obtinet in arrestis: nisi forte de nobilibus aut notabili qualitate præditis agatur, quod alicubi etiam in citatione reali, personæque detentione obtinet. Iudicium etiam omnibus patet, obtinuit tamen plerisque in locis vt extraneus, & Iudici non subditus debeat præstare cautionem. Vnde Bugnion. *leg. abrog. lib. 5. cent. 29.* existimat pro parte derogatum esse c. cum deputati *x. de iud.* vbi quidam Ecclesiasticos œconomos in iudicium non recipiebant, si eorum generatio, vel natio esset ignota. quæ nec hodie inquiritur; dummodo de religiosa eorum qualitate constet. Vt autem cautionem exhibeant Iudici subiectam in Ecclesiasticis perinde atque in alijs foro illius non subditis ideo obtinuit, vt latæ sententiæ executio illusoria non fieret. quo modo etiam in curijs Ecclesiasticis hic inductum est, vt in illis litigantes, si alterius sint diocesis, fideiussorem dent diocesanum.

De iudiciorum, Iudicumque reformatione Curiæ Romanæ, sed quæ ad alias transferri possint, multa decreuit Paulus V. 1611. *const. inc. vniuersi.* tam quoad signaturam gratiæ, quam Iustitiæ, tribunalis Cameræ Apost. Gubernatoris Vrbis, Audit. Cam. Rotæ, Capitolij, Hebræorum, de Sabellis, Ripæ, Iudicum criminalium, ciuilium, omniumque: pro reformatione sportularum, commissariorum, pro curis fisci, aduocatorum, procuratorum, solicitatorum, notariorum, registrorum, extractuum, copiarum, cursorum, executorum, carcerum, carceratorum, visitatorum, custodum.

DE FORO COMPETENTI.

Religiose hic ante plura secula habita fuit Iurisdictio Ecclesiastica, vt fere per totam quondam Germaniam. & vero tanta olim Curiarum Ecclesiasticarum existimatio fuit, vt cum Mechlinienses fluuium Zerinam catena intercluderent, quod antiquum discordiarum seminarium fuit atque in illum satis impotentem dominatum exercerent, idque Bruxellenses non iure fieri existimarent; Philippus Bonus in læto suo Brabantiæ introitu an. 1430. 5. Octob. art. antep. vt rem componeret, promisit se sex Consiliarios ex suo Conc. Brab. & totidem ex Conc. Flandriæ delegaturos, qui negotium cognoscerent & deciderent; & quod si in eandem sententiam coire non possent, omnia controuersiæ instrumenta Curiæ Cameracensi transmissurum, quæ porro ediceret, quid pro iure pronunciandum foret. Glorientur nunc aliqui parlamentum Parisiense, tot Iudicum conuentum, aliquando definiendis regum controuersijs, pro arbitro electum esse. 1. *Dignitas quondam Curiæ Episc. Camerac.*

Cæterum sublabente semper in peius æuo arrosa est magis indies Ecclesiæ auctoritas, tantæque contentiones ortæ, vt descendere hic tandem necessarium fuerit in Concordata inita inter Cæsaream Maiest. Caroli V. & Episcopi Leod. an. 1541. & acceptata ab Episc. Camera. sub quibus ante nouos Episcopatus tota nostra Brabantia fuit. Per ea quidem aliquibus in casibus iniquius, quam optandum erat, cum Eccl. agitur; quia tamen ijs hodie vtimur, casusque quotidiani sunt in illis decisi, & non in omnium manibus versantur, vt breui sermone aliquid degustemus, pauca tangamus.

Quorum illud imprimis sit quod in §. Abbates & Abbatissæ &c. statuitur vt huiusmodi dignitates, quæ sunt de statibus, (idem obseruatur in Imperio, *Gail. lib. 1. obs. 30.*) actiue & passiue eos iudices sortiantur, coram quibus de antiqua consuetudine stare iuri consueuerunt, scilicet coram Duce seu eius Conc. Brabantiæ qui in hoc ducatu est supremus senatus: prout passim praxis introduxit, vt Prælati ac Collegia Ecclesiastica coram Principum Concilijs conueniantur; & alios eo trahant. Tametsi ea iurisdictio priuatiua non est, & exclusiua Ecclesiasticæ: vt si quis eos voluerit conuenire coram ordinarijs locorum, si exempti non sint ab eorum iurisdictione, huius articuli intuitu declinare non possint. Tabulæ legum Brabantiæ Den Lantchartere, Ioannis ducis anni 1312. ita decernunt: insuper volumus vt monachi, moniales, presbyteri, & qualescumque religiosi, Lombardi, & Iudæi nostræ patriæ, saltus venatorij nostri, nostri iudices, si quomodo offendantur, ad arbitrium nostrum spectet. Hinc Car. V. in instructione præfecti saltuum, venatoris Brabant. seu *VVarantmeester* anno 1545. vltim. Febr. art. 1. asserit quod ab omni æuo Dux Brabantiæ fuit tutor, & protector omnium monasteriorum & locorum piorum, & bonorum eorum in Brabantia, & per dictum Venatorem ea defendit & protexit. & ideo idem Venator omnes iniuriantes eius punire potest, & de omnibus delictis in monasterijs ab aliquibus eo venientibus commissis cognoscere, & punire, excluso loci ordinario officiario, qui ne quidem per præuentionem punire potest. vt Conc. Braban. 1545. irritam declarauit compositionem à maiore de Merchten factam, cum quodam qui syluas monasterij de Diligem inciderat seu truncarat; cuius correctio non erat 2. *Prælati coram Principe iuri stant in Brab.* 3. *Illius origo.*

 sub

ſub ordinaria iuriſdictione,ſed principi vt aduocato monaſteriorum competit, qui eam exercet per d. Venatorem. Quæ res originem eam habuit, quod primi monachi & regulares ſoleant in ſaltibus, & rure habitare, vt ſemoti à ſtrepitu ſæculari diuinis contemplationibus liberius vacarent,

---habitarunt Di quoque ſyluas.

Porro nunc omnes intra muratas vrbes ſe redigunt, quod in ſanctimonialibus ad vitanda dedecora Concil. Trident. *ſ.25.de Reg.cap.5* probat: ſed de viris nihil diſponit: deberent tamen cauere ne populoſos vrbium diſtrictus occuparent, ne ſolitudinem ſuam in ciuitates transferre viderentur, & expendere anachoreticum apophthegma B. Antonij, quod piſcis in arido eſt, id monachum eſſe in oppido. Itaque vt ad rem redeamus, ex ratione patrocinij, credendum eſt, Ducem ſeu eius Concilium in poſſeſſionem veniſſe de omnibus Prælatorum ſtatuum cauſis cognoſcendi.

4. *Vbi id locũ nõ habeat.* Illud tamen quod dicitur † de Abbatibus & Abbatiſſis, locum in illis habet & ſimilibus Inferioribus Prælatis, de ſtatibus Brab. non in Epiſcopis. concordata enim comprehendere non poſſunt ipſos contrahentes, ſcilicet Epiſcopum Leodienſem, & Cameracenſem, in quorum locum & iuriſdictionem nouarum in Belgio ſedium Epiſcopi authoritate Apoſtolica ad preces regis Catholici ſucceſſerunt, nec magis quam illi ad dictum Concilium ſpectant, prout Leodienſis aut Cameracenſis Epiſcopus coram dicto Concilio nullo prætextu citari potuit, præſertim quoad functiones Epiſcopales, & ſacras: vti etiam Abbates Brabantiæ, quoad ſacra ſui ſtatus aut regiminis nunquam ſpectauerunt aut ſpectant ad dictum Concilium, ſed tantum quoad debita & actiones ciuiles. ad ſacerdotes enim voluit Deus, quæ Eccleſiæ diſponenda ſunt pertinere, non ad ſeculi poteſtares. *c.ſi Ingen.d.96.*

Prout omnis ratio ſacrorum ad præſules Eccleſiæ non poteſtates ſeculares pertinet, in lege præſertim noua, quæ iudicium & decreta principum tum nullatenus imprimis admittit, cum de ſacramentis rebuſque ſacramentalibus ac inde dependentibus tractatur, cum quæritur abſolutio ſacramẽtalis pœnitenti, inunctio ægro, communio viuo vel defuncto (nam quibus communicamus, viuis communicamus & defunctis, viuis in cõuerſatione & oratione, defunctis in oratione, & ſepultura ſacra & quibus non communicamus viuis, non communicamus defunctis) an inquam impertienda hæc ſint vel neganda, an iuſte conceſſa fuerint, vel negata: neq; vnquam Catholici Principes præſides vel magiſtros in hiſce quæſtionibus ſe conſtituerunt. *Si Imperator, inquit Ioan. Pap. d.96. Catholicus eſt (quod ſalua pace ipſius dixerim) filius eſt non præſul Eccleſiæ, quod ad religionem competit, diſcere ei conuenit non docere, &c. ſiue quis dux militiæ ſit*, inquit S. Chryſoſt. in homil. 60. ad populum Antioch. *ſiue præfectus. ſiue princeps diademate coronatus, indigne autem accedat*, (ad communionem Euchariſticam) *prohibe, maiorem illo poteſtatem habes, propterea vos Deus hoc inſigniuit honore, vt talia diſcernatis.*

5. *Ad forum Eccleſiaſt. ſpectat in Brab cognitio teſtamento-* Illud porro ſpeciale eſt ex concordatis tradendum, quod & in læto introitu Principũ Brabant. *art.3. addit.2 Car.V.* pro priuilegio inſeritur, quod Eccleſiaſtici iudices in Brabãtia cognoſcunt de tribus materijs † mere ciuilibus, etiãſi quæſtio incidat inter partes plane ſæculares, videlicet, de validitate vel inualiditate teſtamentorũ, contractuum antenuptialium, & de bonis amortizatis: & cum d. lætus introitus ſtatui ſæculari viciſſim addicit, quod non permitteret princeps, vt iudices Eccleſiaſtici alijs quam dictis tribus cauſis ſe in-

se ingerant, certo statuendum est, id esse accipiendum de materijs eiusdẽ generis, scilicet mere ciuilibus, & inter partes ciuiles. Quid enim esset ineptius quam cogitare religiosissimos Principes concedere, aut Catholicos Ordines petere voluisse, vt Ecclesiasticis iudicibus cognitio sacramenrorum, fœderis matrimonij, caussarum beneficialiũ, decimarum, hæresis, Symoniæ, aliarumque sexcentarum id genus abrogetur? Nam, vt de cæteris nihil dicamus, caussæ matrimoniales adeo sunt fori Ecclesiastici, vt Cõc. Trid. contrariũ asserentibus anathema vti hæreticis infligat *can.* 12 *sess.* 24. manent ergo cæteræ vltra tres istas caussas ciuiles in terminis & dispositione Iuris communis, & dictorum concordatorum. Id quod sæpius in Conc. Brab. ita intellectum: & speciatim cũ Ammannus Bruxellensis Archiepis. Mechliniensi latis discursibus obiecisset, denegaretque ob id Ammãnus assistentiam requisitã ad sententiæ executionẽ, qua aliqui ciues in mulctas pecuniarias ob festorum violationem cõdemnati erant, Senat. Brab. facta relatione Principi mandauit præfato Ammanno, vt sine dilatione exequeretur aut exequi curaret huiusmodi sententiam. 28. *Maij* 1605. Quod clarius euadit si paulo altius res repetatur. Antiqua iura Pontificibus multum in materia testamentaria detulerunt *l. hereditas. in fin. D. de petit. heret. l.* 3. *in fin. D. de suis & legit. hered.* animaduertit G. Formerius *select. l.* 1. & canones contra formas testamentorum ciuiles statuerunt, vt in ore duorum aut trium stare omne verbum, etiam in testamentis reciperetur. conformiterque non ab immemoriali tantum tempore, sed à plurimis sæculis Eccl. iudices has tres causas sui iuris hic fecerunt. & cum etiam alijs se immiscerent tempore Ioannæ & Wenceslai Ducum Brabant. 3. Ianuar. 1355. pro priuilegio Brabantis concessum est, sub pœna corporis, & confiscationis bonorum, ne quis coram Ecclesiastico iudice quem citaret, excepta causa testamentorum, contractuũ antenuptialium, & eleemosynarum. Deinde Phil. Bonus 3. *Ianuar.* 1447. idem confirmauit, data facultate Ecclesiasticis sententias suas mandatis, & inhibitionibus Ecclesiasticis exequendi. & cum nobiles & metropoles seu, vt vocant, ciuitates capitales Brabantiæ 6. Nouemb. 1484. fœdus inijssent vt se opponerent mandatis, inhibitionibus & executionibus iudicum Ecclesiasticorum; nihilominus prædictam Philippi Boni confirmationem laudauerunt, & approbauerunt. Itaque si quis petat testamentum, contractum dotalem, vel antenuptialem validum vel inualidum declarari, & effectum sortiri debere, poterit ad hoc coram iudice Ecclesiastico concludere, & is de eo inter quoscumque collitigantes cognoscet: vt & de his sine quibus causæ huiusmodi expediri non possunt: & poterit sententiam suam per censuras exequi, vel per iudicis sæcularis requisitionem, cogendo scilicet conformare se testamento eiusque executioni quantum hæredis Institutionem valoremque legatorum agnoscendum spectat: non porro vt hæredia diuidantur, legata soluantur, &c nam si sola declaratio ad Ecclesiasticum spectaret, quæ executio censuris vel brachij sæcularis auxilio facienda esset? quam permittunt concordata?

rum, contractuum nuptialiũ, bonorum amortixatorum.

Ita tamen vt Iudex Ecclesiasticus non possit, iudicando de testamentis vel contractibus antenuptialibus contrauenire ordinationibus & constitutionibus Ducum Brab. nec statutis, consuetudinibus, & priuilegijs locorum hactenus editis & obseruatis, seu in posterum edendis, & dictis concordatis non præiudicialibus. *in concord.* §. 1. idque quia materia est ciuilis, & ideo præsertim cum inter sæculares agitur, non est incongruum ciuilia in hac iura quæ enatrantur seruare. quod non sit in causis quæ mero iure Ecclesiasticæ sunt, & non quadam præscriptione & consuetudine tantum ad forum 6.

Ecclesiasticum spectant, vbi Canones sepositis statutis ac ordinationibus quibuscumque seruantur, & vbi ij deficiunt, locus est cap. 1. 2. *de noui oper. nun.* Vbi validitas vel inualiditas non subtiliter & secundum apices iuris accipitur, sed moraliter & modo loquendi communi, sicut in contractibus, vt sunt dicta concordata, vtimur. vnde etsi testamentum mero
7. *Quæstio Inoffic.* iure subsistat, irritum tamen factum, vel ruptum, vel imo † inofficiosum esse dicatur, quæstionem eodem pertinere arbitrabor. similiter intelligo contractus antenuptiales, vt & propternuptiales comprehendant, scilicet dotium à parentibus stante matrimonio constitutarum; sic enim contractus oportet intelligere, ἐν πλάτει, & in eum sensum qui in communi locutione consuetus est. *l. semper, & quæ ibi traduntur, l. in obscuris de reg. iur. c. inspicimus eodem in 6.*

Quo modo eadem concordata dotes vocant mulierum bona, quæ longe à dotibus Romanis distant. nullibi enim nostræ à paraphernis, vt illæ segregantur: sed omnium æquo iure maritus magis Dominus, quam administrator est. iure Romano dotium dominus, paraphernorum vix semper administrator. *Iacobus Cursius Coniectural. lib. 1. c. 39.*

8. *Dotis.* Qua in re animaduertendum est non tantum iuxta decisionem Clem. *in cap. 3. extra de donat. inter viu.* cognitionem iudicis Ecclesiastici de dotis † restitutione esse cum principaliter de matrimonio, vel diuortio, & accessorie de dotis restitutione vel iunctim ex caussa matrimoniali, dotis & alimentorum, quod & in Gallia receptum est: *Choppin. de sacra politia. l. 2. t. 1. numer. 15.* sed & quando separatim tantum de validitate contractus, conuentionisue nuptialis cognoscitur, quod vsu & concordatis remotis ciuilis tantũ esset audientiæ. *c. ex tenore extra h. t. Pet. Anch. cons. 20. Inc. pro solut verb. in causa quæ agitur &c. arg. à contrario sensu c. de prudenti extra h. t. Ant. Aug. Socin. in l. 1. ff. sol. mat. l. in contractibus in fin. & ibi. Bald. in § omni in fin. de non n. pec.* sed aliqui hanc opinionẽ dicunt sumptam in fauorem debitorum dotium, qui iudici Ecclesiastico non libenter se submittunt. *Innoc. in c. de literis extra de Pign. Panorm. Host. Ioan. And. ad c. ex tenore. h. t. 1.* cum porro sine præuio contractu agitur de dote constituenda inter laicos, iuxta eadem concordata, solus iudex sæcularis cognoscit. § *non poterit in d. concord.* separatim tamen super emenda tantum deflorationis in Brab. coram ecclesiast. actio institui potest. Iudicatum à Conc. Brab. 1545. pro Margareta Lambers (etsi secus in Gallia *Papon. l. ar. 1. t. 5. ar. fin.*) & ante paucos annos contra Melch. Spanneb. Quod ad sacramentum matrimonij eatenus spectat, quatenus alternatiue deflorans ducere, aut dotare cogitur, & semper fere quæritur quid ex his debeat: vt quamuis de sola dote agatur; de causa tamen debiti quæstio coincidat. & porro non ex lege ciuili agit deflorata, sed condictione ex canone *d. c. 1. x. de adult.*

9. *Contractus non scripti.* Quod si quis † conuentus super validitate contractus nuptialis neget aliquem existere v.g. quod nullus scriptus sit, vel si quis exhibeatur falsus dicatur, & ob id iurisdictionem Ecclesiasticam declinet, quod quæstio an validus sit, ad eam spectet, non quæstio an sit, sed ad secularem; sicuti in d. concord. § *non poterit tamen. &* § *quo ad fœdus.* vbi dicitur quod quæstio an quis sic legitimus spectet ad Ecclesiasticum, sed quæstio de mero facto, an quis sit filius Petri, spectet ad secularem: nihilominus dicendum est declinatoriam nõ competere, sed admittet Iudex probationes super quæstione an sit contractus: non quasi id principaliter agatur, & solum; vt accipiendi sunt d. § §. sed in ordine, & ad defectum vt deinceps veniatur ad quæstionem, validus sit, an non, si quis esse probetur: & adiudicetur conuento declinatoria, si non probetur; adeoque ad effectum tantum, vt iudex

cognoscat

cognoſcat an ſua ſit iuriſdictio. textus in ſimili expreſſus in cap. ſuper literis *extra de reſcript. in verb. ita videlicet quod delegatus poſtquam ſuper eo fuerit facta fides, nullatenus de cauſa cognoſcat.* ſic Guttieres pract. *q. l. 3. q. 9. num.* 14 dicit Conſeruatorem, qui tantum poteſt cognoſcere de iniuria violenta, ac manifeſta, ſi talem reus neget, recipere poſſe probationes, an factum illud ſit notorium, vt ſic videat an ſit ſua iuriſdictio. Neque porro obijci poteſt quod edictum 1611. artic. 19. vetet recipi probationes per teſtes, ſed ſolum per inſtrumenta, in negotijs quæ trecentos florenos excedunt; quia oportet ſanam interpretationem facere illius edicti, vt ſcilicet pro tranquillitate publica & ad imminuendas lites ex non ſcriptis teſtamentis aut contractibus agi, aut iudex per teſtes probationes admittere non poſſit, quando res vtrimque eſt integra, vel quando ſuper acceſſorio aliquo pacto, modo, aut conditione controuertitur, quippe quæ non tantæ ſit conſiderationis, quin liceat præſcindere turbidas lites, & ſæpe calumnioſas, non admiſſa allegatione, quaſi plus dictum quam ſcriptum ſit: Cæterum ſi domum fundumue meum ſine ſcripto quis emerit, vel conduxerit, & poſſeſſionem inierit, & agentem me pro pretio vel mercede repellere voluerit ea exceptione, quod ex non ſcripto actio non competat, atque ita rem meam nullo iure retinere, & ex iactura mea diteſcere, faciet omnium iudicio, contra ius diuinum, naturæ, & omnium gentium: qualis iuris violatio nunquam admittenda eſt, cum agitur de interpretando iure nouo. erit ergo in his locus æquitati: ex qua Iuriſconſulti actionem præſcriptis verbis deduxerunt in ijs negotijs, in quibus re integra iure actio non competeret. ſicut *l. 5. §. 2. alijſque, de præſcript. verb.* Et ſpecialiter vt contra iuris ciuilis regulam ex nudo pacto dos promiſſa peti poſſet, ſi vxor ducta ſit. *l. ad exactionem C. de dotis promiſ.* Quibus accedit, quod ipſa diſpoſitio edicti prohibitiua receptionis teſtium loquitur ſolum cum inſtrumenta ſcripta ſunt, *vt vltra eorum contenta,* vt loquitur edictum, teſtimonia non recipiantur: vetat quidem negotia ſine ſcriptis tractari, quæ 300. flor. excedunt; ſed ſi facta ſint ſine ſcriptis, non declarat nulla, neque vlterius diſponit, quin imo 21. Martij 1624. ſenatui Mechlinienſi Rex reſcripſit excluſum non eſſe iuramentum à parte delatū, nec fidem librorum mercatorum, qualis de iure competit, aut conſuetudine. quod fruſtra eſſet; ſi contractus non ſcripti per edictum eſſent nulli. Igitur hæc in cauſſa principali ſeu validitatis vel inualiditatis diſcutienda erunt. Et ad ſupradicta comparationem habent contractus antenuptiales non ſcripti, in quorum vim matrimonium initur, vxor recipitur, liberi procreantur, aliaque onera augentur, & à marito feruntur: & generum agentem ad promiſſam dotem, re non amplius integra quæque redintegrari nequit, ſocer reijcere non poteſt ob non confectam ſcripturam. igitur & in his non erit neceſſum à priori iure concordatorum recedere: adeoque ſpectabit validitatis & inualiditatis cognitio, vt ante, ad iudicem Eccleſiaſticum.

Tandem Eccleſiaſticus † iudex cognoſcit, *inquit §. officialis in d. Concord.* de proprietate bonorum amortizatorum etiam contra laicum. illa autem cēſentur amortizata quæ à iuriſdictione ſæculari per principem ſunt exempta, literis deſuper rite expeditis: vel quæ tanquam amortiſata à 70. aut 80. annis (Sic Peck. *de Amort. cap. 29.* eam ex temporis diuturnitate præſumi docet, & quantum requiratur) per Eccleſiam poſſeſſa fuere, vt ibidem traditur. Amortizatio † vnde dicatur quærit Peck. *de Amort. cap. 3.* ego credo quia in Gallia ſerui vocabantur, Gens de main morte, id eſt, mortuæ poteſtatis, quibus non licebat libero iure, ſed vt aſſcriptijs tantum immobilia poſſidere, *Loiſeau des Seigneuries c. 2. nu.* 56. 69. 70.

10. *Bonorum Amortizatorum.*

11. *Amortizatio vnde*

69.70.Francois Ragueau des droits Royaux V. Amortir, verſ. heritages amortis. contra quam legem ex cauſſa ſæpe diſpenſabatur cum illis: id vocabatur amortir. cœpit id tralatitium eſſe ad Eccleſiam & Collegia, quæ etiam mortua dicuntur, ob eam inhibitionem, & quia apud eam res manet ſine motu, vti mortuæ, vnde mare mortuum dicitur. Porro ſciendũ

12 eſt, idem olim, in Italia, Hiſpania, Gallia, vt tradit † *Peck. de amortizationibus cap. 4.* [ſed in

A quo tollitur. Imperio non æque paſſim, vt teſtantur litteræ Philippi Comitis Flandriæ Marchionis Antuerpien. Capitulo Antuerpienſi datæ 1397. his verbis; *Iacoit que les gens d'egliſe en l'Empire, meſmement au duché, & pais de Brabant, & ille eques enuiron ſoyent accouſtumes, de tenir & poſſeſſer paiſiblement ſans aucun amortiſſement.*) & in his ditionibus etiam ante Burgundos Principes, (ad quos ille refert, qui tamen ex more Gallico ſeu Burgundico ſtrictius hæc introduci cœpta firmarunt) inhibitum fuiſſe Collegijs Eccleſiaſticis, quæ vt diximus vocant manus mortuas, ne immobilia compararent. extat *in lib. edicto fol. 47.* ordinatio Guidonis Comitis Flandriæ anni 1293. *prid. omn. Sanct.* (vbi idem decretum de plebæis, ſeu non nobilibus.) ſic & tabulæ legum Brabantiæ ſiue *den landt-Chartre*, Ioannis Ducis 13 2. inhibent omnibus Eccleſiaſticis, & plebæis, ne immobilia acquirant. Ioannis Ducis Brab. litteræ pro Ciuitate Lirchiſi datæ 1326. lunæ poſt Lucæ, non niſi ſub ea conditione vetant Eccleſiaſticis vendi, quam quod permanebunt ea bona in ſtatu & taxibilia, vt ante fuerunt & memini me inter munimenta monaſterij Sancti Bernardi ad Scaldim diuerſa legiſſe diplomata, quæ 300. annos ſuperant, quibus † mona-

13. *A quibus obtinenda.* ſterio facultas fiebat à Ducibus comparandi quædam immobilia. Henricus Bertout Dominus de Duffel, in litteris de data 1304. quibus profitetur ſe vendidiſſe Waltero Baus diuerſas terras, facultatem emptori & ſucceſſoribus facit eas Eccleſiaſticis vendendi. In tabulis legum Grimbergicarum anno 1274. ſimiliter cautum eſt, ne quis Eccleſiaſticus aut popularis immobilia acquirere poſſit, in ea ditione, niſi de Domini aſſenſu. vnde liquet & ſubalternis dominis vſu tum veniſſe, vt eam facultatem darent, ſeu vt pro ſua indemnitate conſentirent in huiuſmodi Eccleſiaſticorum acquiſitiones: ne offendamus regalia, quæ in his locat Papon. *arreſt. l. 1. t. 14. arr. 1. in fin. & quos citat Peck. de Amort. c. 23.* alioquin Ægidius de Bertout Dominus Mechlinienſis d. literas domini de Duffel tanquam Dominus ſuperior confirmauit, quaſi nullam ſui iuris offenſam continerent. recentiores inhibitiones paſſim extant. *in lato introitu Brabantiæ Car. V. Philip. II. Alberti & Iſabella, edicto Car. V. diuerſ ordin.* Brux. 21. *Febr.* 1528. *in lib. edict. fol.* 747. vbi inter † immobilia etiam

14. *Reditus an Eccleſia parare inhibitum.* reditus referuntur: etſi aliqui diſputent immobilibus an mobilibus adſcribi debeant. eſt tamen id deciſum *in Clem. 1. de verb. ſign. ibi, Cumque annui reditus inter immobilia cenſeantur à iure &c.* ſed Clem. & edicta intelligo de irredimibilibus: nam redimibiles, & qui bene ab aliquibus volatiles dicuntur, cum extinguantur mox vbi lubet debitori, referentur inter mobilia vel eis paria, quæ poſſidere nullibi gentium clero hactenus eſt inhibitum. In hanc ſententiam iuit Peck. *de Amort. c. 35.* & aperte fauet edictum *Carol. V. 21. Febr. 1528. in lib. edict. fol. 747. §. & enſuiuant*, vbi vendi vetat manibus mortuis hæredia, terras, domos, molas, reditus, & alia bona, inquit, immobilia: vbi vox (alia) ſignificat deſignata eſſe eiuſdem generis, ſcilicet immobilia. Inuenio nobiles & Ciuitates clero Brabantiæ conſenſiſſe 16. April. 1516. vt redimibiles reditus, emere poſſint, nummo vt dicimus, 18. 19. 20. non ſupra, ne ob ſortis grauitatem ad irredimibiles tranſeant.

15. Prout etiam bona † in perpetuam elocationem data ab Eccleſia ob defectum ſolutionis

lutionis subhastata & empta ab Ecclesia retineri possunt ; ob directum dominium quod penes eam mansit. ita iudicauit Concil. Brab. 6. Nouemb. 1545. *pro monasterio de Gempe contra Gerardum van den Bergen.* *Bona ab Ecclesia in emphiteusim data, &*

Multo magis censuero non esse inhibitum † Ecclesiæ decimas, quæ in manibus laicis sunt, emere, quippe per hoc redibunt ad primigeniã naturam, & ex priuilegio, quasi precario Ecclesiæ indulto, eæ manent in manibus laicorum: quo vt redeant, inhibitæ multo minus credi possunt, quam ea bona quorum tantum aliquod directum dominiũ penes Ecclesiam mansit, quæ exotica Ecclesiæ videntur: decimæ si non iuris diuini, magis tamen proprium Ecclesiæ patrimonium sunt, quam vlla alia bona. ad hæc neque in illis edictis exprimuntur decimæ, neque sub alijs prohibitionis vocabulis, quæ strictè capiẽda sunt, apte cõprehenduntur. quod redibit ad formã quadantenus veteris legis, quæ tribui Leui in terræ promissæ diuisione nullam partem tribuebat, sed omnium frugum decimas. quamobrem post hæc expensa incidẽti mihi in lib. 3. c. 35. *in fin. Recherches de Pasquier,* valde pia visa est Constit. S. Ludouic. Regis Galliæ anno 1279. qua omnibus decimarum possessoribus facultatem facit, sine vlla imposterum veniæ postulatione decimas suis Ecclesijs resignandi. 16. *Decimæ à manu laica recuperari possunt.*

Et quidem ordinationes † de non acquirendo per manus mortuas promissæ sunt non infringi per d. Concord. Brab. §. *in causis mere Ecclesiasticis*, donec aliter fuerit ordinatum: quod ideo additum, quia Clerus semper in Brabantia sustinuit sibi licere (vt lis fuit ea de re sub Carolo Audace contra eius procuratorem generalem, quæ transacta est, data summa pro generali amortisatione, *Mechliniæ datis literis* 8. *Iulij* 1475. cum clausula, *vt sine præiudicio iuris principis quoad imposterum tunc acquirenda, & assertæ libertatis cleri ea fieret*) bona immobilia comparare, & contrariam inhibitionem esse contra ius scriptum, & antiqua Cleri Brab. iura & priuilegia ac immunitates, quas tamen principes in læto introitu semper iurant, sartas tectasque seruare. ob quam allegationem Prælati Brab. 22. April. 1516. impetrarunt vt effectus tam ordinationum quam læti introitus suspenderetur, donec corã commissarijs vtriusque partis iura discuterentur, & relatio Carol. V. fieret, ac desuper ordinaretur: sed cum Prælati id negligerent, ac status secularis vigilantior esset ; quasi in Prælatorum negligentiam Car. V. 29. *Octob.* 1520. per formam perpetui edicti easdem inhibitiones confirmauit & auxit, reuocans eandem suspensionem, declarans testamenta, contractus, ac quoscumq; actus quibus in Ecclesiasticos bona immobilia transscriberentur, nullos, ac inualidos; & ordinans ne nouæ Ecclesiæ, Capellæ, aut monasteria fundentur. tum ob eam causam, tum vt alijs melius prospectum sit. vti Clem. VIII. etiam statuit, & Paulus V. anno 1618. renouauit, Epistolis missis ad Belgicæ Episcopos, nisi causa cognita, vt alibi latius dicemus. At vero † ex iure declarato ab Alexan. IV. qui sedit anno 1254. *in cap. 1. de Imm. in 6.* expressis terminis huiusmodi laicorum statuta irritantur. Conc. Trid. *sessione 25. de Reg. cap. 3. Peck. de Amort. cap. 5.* Mart. V. PP. ex diserta Carol. IV. Imperat. Lege quid censuerit, vide quæ dicimus infra *de Immu. Eccles.* 17. *Quid censendum de tali inhibitione?* 18.

At vero initio non odio Ecclesiasticæ opulentiæ hæc mihi statuta videntur, vt nunc vulgo creditur, & quia onera clerici subterfugiũt ; sed ad imitationem Veteris legis de qua mox diximus vel potius in gratiam nobilium, seu quia nobiles magis rerum potiebantur, omniaque territoria sui iuris faciebant, admissis tantum colonis & emphyteutis, seu adscriptitijs, *vt dicimus latius infr. de testam.* quippe cum ijsdem verbis plebæi excluderentur, in quos ea onera incumbere solent, nuncij non immobilia tantum, sed in-

ſignia titulis dominia acquirunt. quanquam edicto nupero Principes noſtri ſanxerint, vt nobiles tituli extinguantur, cum ad ignobiles manus venerint. ſed ea imago vix dum eſt antiquæ prohibitionis, & quæ nec Eccleſiaſticis diſpliceret; ſed modo populares inualuerunt. Nihilominus tamen hodieque plebæis feudum acquirere in Burgundia non permittitur, niſi ex Principis priuilegio, aut agnatorum ſucceſſione. *Griuel Dol. deciſ. 32. numer. 2. 3.* Quod ſi plebs olim à victoribus hanc legem acceperit, fortunæ ſuæ indolere debet: at vero cleri par ratio non eſt, vtpote cum quo bellum non fuit. *cap. 2. de treuga.* At vero ſi conſiderare liceat, quod ei qui aliquem à latrunculis vel hoſtibus eripuit, & iure veteri, non obſtante l. Cincia, in infinitum donari licuit, *vt teſtatur Paul. lib 5. ſent.* quin & iure Gothico, quod Alaricus Rex in Codicem ſuum intulit: dubitare licet; cur clero, qui animatum cuſtos eſt, eaſque à laqueis cacodæmonis eripit, in infinitum donari tantum non prohibeatur, ſed quicquid omnino immobile eſt?

19. *Re immobili legata an precium Eccleſiæ debeatur.* Concilium Artheſienſe habito † adniſamento Concilij priuati. *dato 3. Nouembr.* 1590. in cauſa Patrum Societatis Ieſu, quibus à Rege Phil. II. ad ſummam 3000. floren. pro ſingulis Collegijs, & 5000. in Vniuerſitatibus permiſſum eſt immobilia comparare, non tamen quæ altam iuſtitiam habeant, interpretatum eſt; vt eatenus ex teſtamento vel alio titulo interdictæ forent acquiſitiones iuriſdictionem habentium bonorum, ne ea retineant ſub ſua poſſeſſiõne; ſed non, ne ſibi legata vel donata acceptare non poſſint, ac mox diſtrahere, & manus ſuas vacuare, & pecuniam in Eccleſiaſticam ſuppellectilem ſeu alias collocare. Tamen ea in re examine dignus eſt. §. *Quia igitur in ſucceſſionibus Clement. exiui de verb. ſign.* vbi Minoritæ vetiti hæreditates recipere, cenſentur in fraudem legis earum vel partis, etiam ſub ſpecie legati, valorem accipere; ideoque in noſtris inhibitionibus ob fraudem legis earum vel partis, etiam ſub ſpecie legati, valorem accipere; ideoque in noſtris inhibitionibus ob decretum irritans, quod habent, nec rei legatæ valorem deberi cenſet Peck. *de Amortiz. cap. 9. num.* 3. 4. Decretum autem irritans eſt omnium contractuum, actuum & translationum, omniſque tituli *d. edicto anno* 1528. *&* §. *& enſuiuant.* ſed diximus Patribus Soc. fuiſſe permiſſum comparare non nobilia prædia, in quo cauſa eorum differt à Franciſcanis.

Alij putant quibus poſſidere per votum Immobilia in communi non licet, momentaneum tamen dominium non eſſe inhibitum, nec generatim ijs quibus lex aliqua citra delicti cauſam poſſidere, & acquirere vetat. *de qua doctrina latius Thomas à Ieſu in comm. cap. non dicatis 12. queſt. 1. in ſua p. 5 cap. 2. gloſſ. & DD. in l. apud Iulian. § . vltim. D. de leg. 1. cap. 1. §. & ibi gloſſ. in verb. donum de Rel. dom. l. 6. Sabarel. conſ. 192. Riminal. conſ. 499. inc. circa ſtatutum numer. 4. vol. 3. Ioan. Vameſ. conſ. 409. numer. 3. conſ. 416. tom. 2. de teſtam. Menoch. de præſ. l. 4. p. 220. numer. 5. Bened. in cap. Rainut. d. 5. numer. 2.* præſertim cum in pretio ceſſet finis prohibitionis Imperatoriæ, in eo rigore non receptæ, adeoque prohibitio, quæ etiam ſtricte interpretanda iuxta propria verba *Panorm. conſ. 27.* atque ita de re ipſa immobili non de pretio.

Ob argumentum quo ſuperius vſi ſumus, quoad reditus redimibiles, videri alicui poſſet venditionem aliumue contractum, cũ clauſula de ſemper retronendendo, vt loquuntur, non eſſe inhibitum, quia in manu prioris domini eſt recuperare dominiũ, vt vix in eo actu aliud ſit quam oppignoratio aut antichreſis, quæ nullibi ſub hac cauſa inhibita eſt, & cuius praxis non parum vtilis eſſe poſſet emere prohibitis: præſertim ſi ad vitanda incommoda imminutionis monetæ, ponderato auro tantum iniretur; nec legitimum redi-

reditum superaret: hæc ratio mihi quidem placuit, sed animaduerto displicuisse statibus Brab. 16. *April.* 1516.

Dicitur etiam vt ad rem † redeamus esse alia generalis amortizatio pro Clero Brab. à Carol. V. data circa annum 1520. sed eam non vidi. Inueni tamen quasi in eam causam Capitulum nostrum Antuerp. circa ea tempora Principi pendisse multa, ac singulatim vno anno medietatem omnium prouentuum suorum sed & insuper illi rei argumentum esse possit, quod idem Carol. 18. Maij 1515. mandauerit, vt omnes Ecclesiastici syllabum omnium bonorum suorum ederent, vt decerneretur, dimittere an retinere ea possent; *habetur in lib. edict fol.* 54. & in Brabantia omnia monasteriorum bona ad manum Imperatoris posita fuerunt, & per commissarios administrata, vt patet ex litteris Imperatoris interpretatiuis læti sui introitus, *de data* 20. *Iunij* 1536. *in principio.* credo ob contumaciam, quia huiusmodi catalogum edere differebant, & ea praxis ad talem coactionem consueta est. *Peck. de Amort. cap.* 34. Re tamen penitius expensa non existimo extare Carol. V. amortizationem, quia alioquin concordata nos eo remisissent, non ad possessionem 70. aut 80. annorum, qui à data Concord. ascendebant vsque ad generalem amortizationem Caroli Aud. 20.

Verumenimuero impræsentiarum † non est valde laborandum de huiusmodi amortizatione, cum omnia fere bona Ecclesiasticorũ ab annis nunc 70. amortisata possideantur, quo ad collegia antiquiora, quæ his calamitosis temporibus passim ob publicas collectas, reales, & personales, à quibus saltem in Brab. vix eximuntur, *vti infr. de immun.* dicemus, magis decreuerint, quam res suas auxerint, pleraque insignia prædia, aliaque ob hæc onera distraxerint. Ad quæ recuperanda, valde optandum fuisset, legem hic ferri, quam in Gallia tulit Henric. III. 23. Maij 1586. vt vbicumque circumscripta aut læsa esset Ecclesia in triente veri valoris, per alienationes in malis illis temporum fluctibus factas restituto intra quinquennium pretio, emptor retrocedere teneretur. quod tempus in alterum lustrum, deinde prorogauit HENRICVS IV. 2 April. 1596. pluribusque arrestis id firmatum est. *Chopp. l.* 2. *monast. titul.* 3. *num.* 9. 21.

De seruituribus † etiam Ecclesiasticus cognoscit, si dominans fundus & seruiens fuerit amortizatus, item de reditibus super amortizato fundo constitutis. § *si constituens in d. Concord.* item conductor vel defructuator bonorum amortizatorum vel mere Ecclesiasticorum. § *si laicus ibidem* conuenitur coram eo. De canonibus cessis † reditus Ecclesiæ debiti Iuridicum Ecclesiasticum, seu vt in terminis ponit, Conseruatorẽ pontificium alicuius Vniuersitatis, cognoscere posse, modo ipsum ius reale reditus non controuertatur, censet Chopp. *de Sac. Eccles. pol. l.* 2. *t.* 5. *num.* 3. idque Senatusconf. firmat in conseruatoribus etiam vniuersitatum admittit Gutier. *pract. quæst. l.* 3 *quæst.* 9. in ceteris negat. cui consonat *d. Concord. Brab.* § *si constituens.* etsi in conseruatore Louan. ità se tamen habet, ob ius tractus, vt vocant, à principe & pontifice vniuersitati illi concessum. Cæterum si ipse reditus amortizatus sit, etsi super fundo non amortizato; verbi gratia emphiteuticus, & de canone lapso tantum agitur personali actione, non de ipso reditu, puto Ecclesiasticum adiri posse § *si laicus ibidem.* Præsertim cum Guido Papæ *quæst.* 578. dicat quæstionem, quæ exoritur super annua præstatione anniuersatiorum, esse fori Ecclesiastici. 22. *Quæstio seruitutis.* 23. *Canonum lapsorum.*

Atque hæc magis obtinebunt, eo casu, quo fundus antiquitus ab Ecclesia possessus, &

M deinde

deinde in empitheusim, perpetuam locationem, similemue contractum datus sit: censebitur quippe vt amortizatus olim possessus, & nunc quoad directum dominum possideri (ob cuius considerationem si fundus subhastetur ab Ecclesia emi posse mox diximus,) ideoque quæstio hæc tanquam super bonis amortizatis mota, ad Ecclesiam spectabit. eoque pertinet §. *si constituens in d. Concord. si constituens*, inquit, *reditum, super fundo non amortizato in iudicium euocetur, vel eius heres, vel tertius possessor, si personali actione agatur, & rei sint laici, cognitio ad solum iudicem sæcularem spectabit, &c.* vnde à contrario si reditus constitutus fuerit super fundo amortizato, non ex omni sui parte puro, sed quoad dominium v.g. directum, quod penes Ecclesiam sit, amortizato, secus dicendum censebitur: aderitque dispositio §. si Officialis *ibid.* vt Iudex Ecclesiasticus cognoscat de amortizatis bonis, quorum nomine & reditus comprehenduntur. *lege bonorum 49. D. de verb. signif.*

24. Meminisse etiam oportet † Concordata hæc generalia vt habet finalis illorum clausula, non derogasse particularibus concordijs; qualem Episcopus Cameracen. habuit cum ciuitate Antuerp. initam 13. Ianuar. & 9. Septembris anno 1490. vbi tres caussæ illæ priuatiue iudici Ecclesiastico reseruantur, etsi in Concord. mixti fori, & præuentioni locum esse dicatur. vnde in ijs statutis huius vrbis, quæ ad Senatum Brabant. approbandæ missæ sunt circa annum 1572. per antithesin dicitur, si de validitate, vel inualiditate testamenti agatur, cognitionis esse Ecclesiasticæ; sed si solutio legati duntaxat petatur, adeundum esse consulem & Senatores Vrbis Sic Concil. Magn. Archid. Bruxel. 15. Decemb. 1503. pronunciauit *in causa Henrici de Meyere & Petri van de Broek, & Episcopi Cameracen. iunctis*: non obstante præuentione facta coram magistratu Mechlin. causam testamentariam relinquendam, & remittendam ad Officialem dicti Episcopi. & in antiquis chartis legitur statutum vetus vrbis Bruxellens. vetans sub pœna 40. Marcarum argenti, ne quis ciuis alteri in curia Cameracensi diem diceret, nisi indicio prius facto senatui, qui cognosceret an sua esset iurisdictio, quo casu causam retineret: Causas validitatis vel inualiditatis testamentorum, contractuum antenuptialium & amortizatorum bonorum in d. Curia tractandas relinqueret. quo eodem iure Episcopi Cameracenses vsi videntur qua eorum diocesis se in Brab. extendit. Ob quas causas minus sum miratus cum postea in cons. 136. Nicolai Euerardi Præsidis Mechlin. Belgicarum Consuetudinum gnarissimi legi hæc verba n. 19. *Preterea posito quod dicti legis latores ita statuissent; tamen quia, iuxta consuetudinem notoriam huius diocesis Cameracensis allegatam & probatam, cognitio & decisio caussarum testamentariarum & dotium, non spectat ad illos Legislatores, sed ad dominum Cameracensem, aut eius Officialem; sequitur quod illud statutum esset simpliciter nullum & inualidum: nam statuere quis non potest de ea re, de qua non potest cognoscere*, &c.

25. *Non decisi fori controuersia amice transigenda.*

Quoniam vero interdum contingere possunt casus dubij in ijsdem † concordatis non decisi, ne ob illos contentio oriatur; in fine concordatorum decretum est, quod amicabili communicatione decidentur, non vero Ecclesiastici per censuras, aut seculares per cassationes aut alias procedant: prout Georgius ab Austria Episcopus Leodiensis, dum ad requisitionem Caroli V. & Ciuitatis Louaniensis Disthemio Louanium curiam suam transtulit, pactus erat, vt non decernerentur prouisiones cassationum, nisi præmissis literis clausis ad Officialem & eius expectato responso.

Certe Carolus Quintus Imperator *in edict. diuers. ordin. Bruxell. 4. Octobris, 1540. in lib. edictorum folio 772.* iam sanxerat ad euitandas omnes inter iudices contentiones & scandala,

dala, ne Ecclesiastici contra sæculares iudices in causis officij eorum vterentur † censuris, aut monitionibus comminatorijs, sed requisitorijs litteris, post quas sæculares indices si requisitorijs non intendunt obtemperare, nihilominus tenerentur supersedere ab omni vlteriori processu ad mensem, vt Ecclesiastici seu eorum officiarij sibi prouideant de remedio Iustitiæ, apud superiores sæcularium, sub pœna quod si dicti seculares non supersederint, arbitrarie corrigentur, ne, inquit, dicti Ecclesiastici suis requisitionibus frustrentur. instructio vero data Concilio Flandriæ 22. *Augusti* 1531. *art.* 19. *in lib. edict. fol.* 277. simpliciter sine termino iubet supersedere. sic Margareta Regens 20. *Decemb.* 1509. ordinauit, vt quando vnum Concilium Principis, aliquod mandatum dedit, aliud Concilium non det contrarium, sed postulet prouideri ab ipso principe. sic quæcumque iurisdictio aliam turbare aut impedire non debet. Quæ Caroli V. Constitutio quatenus scandala auferre vult, ad æquitatem respicit: vt autem arma Ecclesiæ auferat, & omnem controuersiam ad arbitrium sæculare transferat, præsertim cum notorie per fas & nefas, ab aliquibus oppugnatur, Imperator nec voluit, nec potuit Ecclesiæ manum stringere, cui soli à Christo datum est cœlum terramque claudere, & aperire. quid enim si Theodosius Ambrosio, Bonifacius Augustino, alijque Imperatores & Reges, qui ipsi Ecclesiæ anathemata in spiritu humilitatis sustinuerunt (*de quibus Ribad. in suo Principe lib.* 1. *cap.* 30. 31. 32. 33. 34. *& VVillagut de rebus Eccl. mal. alien. l.* 3. *p.* 2. *cap.* 1. 2. 3.) prælatis illos excommunicantibus mandauissent, ne id facerent? an illi prælati aut obedire debuissent, aut ij principes, sua solum voluntate plusquam Gordios illos nodos sibi soluissent? nisi non immutabilis in Ecclesia credatur potestas, illi olim Prælati fuerint summa potestate prædicti, qui hodie præsunt

--- *Viles pulli, nati infelicibus ouis.*

Id profecto apud me certissimum est, non intendisse tam pium Imperatorem vt officiarij sæculares sub eius sanctionis prætextu statim atque aliqua censura aut intenditur aut infligitur, vel æquissimo aut meritissimo iure; clamitent eam cassandam, iudicis bona intercludenda, & temporalitatem vt loquuntur, sanctiendam. cũ & ipsa sanctio in causis officij tantum officiariorum principis non subalternorum tribus repetitis vicibus loquatur. quin & in Concord. Brab. § 1. Iudici licere decernitur, per censuras sententiam suam exequi: qua in re tamen moderatio Conc. Trid. *s.* 25. *cap.* 3. nunc attendenda.

Sed stante dicta † constitutione, quod si iudex Ecclesiasticus vsus requisitorijs negligatur à sæculari, processum continuante, subiungat comminatorias censurarum, quæ eo ipso quo non desistat incurrantur, & recurrat hic pro cassatione ad Concilium; merito ille sustinebit censuras suas effectum habere. nec ante eas debere reuocari, quam hic desistat, & ob neglectũ iuxta ipsum edictum arbitrarie corrigatur: quia ratio non permittit ex edicto eum agere, nisi prius illius in se exequutionẽ patiatur: sicut ex contractu agere contra non implentem non potest, qui ipse nondum impleuit, & rationabile est vt vtatur eiusdem edicti iure, quod in aduersarium statui contendit.

Illud porro etiam ad quæstionem fori spectat vt sciamus † Brabantum nullum extra Brabantiam non fugitiuum in ius trahi, aut arrestari per Bullam auream Carol. IV. Imp. anni 1349. & Maximiliani I. confirmationem. (idem de Flandris statutum per edictum 7. Octob. 1523.) cui quid simile concessit Carol. V. 27 Iulij 1521. Patriæ Leodien. pro 1. instantia.

26. *Censuris in his non vtendum.*

27.

28. *Brabantus extra patriam non trahitur.*

instantia, cui consonat lætus introitus Brab. art. 24. ea Bulla habet vt nullus Archiepiscopus, Episcopus, Princeps aut nobilis, cuiuscumque status, in personas aut bona Brabantorum, & Lymburgorum agere possit, & eos trahere extra patriam, per arrestum, citationem, appellationem à definitiua vel interloquutoria in caussa personali, reali, vel mixta, sub grauissimis pœnis, excepto casu denegatæ iustitiæ; Qui casus vnicus est vt ne quidem Brabantus alibi conueniri possit, ob continentiam caussæ, & quibus de rebus ad eundem iudicem itur. ita 16. Aprilis 1544. censuit Concil. Brab. scribendum Concil. Mech. Inhibitis eo citatis Balduino Barbiers & consortibus, ne comparerent, declinatoriam allegarent, & patriæ priuilegia foris litigiosa redderent. Eam Bullam arctare subditos ducis Brabantiæ adeo censet *Peck. de iure sistendi. c.* 8. vt ne quidem extra terras Imp. v. g. in Hispania Brabantum possit sistere, quia voluntas & Lex Principis ligat subditum ad parendum vbique. Cui Bullæ iam inde obtemperarunt Episcopi Leodien. & Cameracen. quorum Dioceses solæ in Brabantiam extendebantur: seu quod Principes essent Imperij; ideoque Impetatori displicere nollent: seu quod considerarint amplitudinem suarum Diocesium, ob quam iure credebant in loco distanti iudicem dare se debere, vt teneri Episcopos tradit Quaranta *in sum. Bull. verb. Archiepiscopi num. 20. vbi plures allegat.* Idē etiam hodie per Burgundiam obseruari, adeo vt tam in criminalibus quam ciuilibus declinatoria denegetur clericis, quorum Episcopi intra eam prouinciam iudices non delegant, tradit Griuel. *Dol. decis.* 30. *num.* 15. quod quam diu fieret etiam Car. V. *in Læto introitu artic. 3. addit.* 1. addicit, nec coram Ecclesiastico, aliquem extra Brabantiam citandum: quamuis alioquin sub huiusmodi priuilegio iudices Ecclesiastici non comprehenderentur. *Doctor Marta de iurisdictione part. 4. cas.* 45. Loquimur porro in causis ad forum Ecclesiasticum spectantibus, & ita accipimus edicta Maximiliani 23 August. 1486. Philip. I. 14. Octob. 1496. & aliud 20. Maij 497. Et Carol. V. 2. Decemb. 1522. *quæ habentur libr. edict. fol.* 50. 56. 57. 209. Vnde idem Carol. V. August. 1521. vti & Franc. I. Rex Galliæ 27. April. 1520. *apud Choppin. de sac. pol. l. 2. tit. 1. num.* 4. decreuit vt citationes Officialium contra laicos sint † libellatæ, seu caussam contineant quæ demonstret rem ad eorum iurisdictionem spectare. Quo casu Flandri extra Flandriam, non obstantibus edictis illis ad iudicem Ecclesiasticum vocari possunt. cuius rei est atrestum magni Concil. Mechlin. 22. Ianuar. 1528. pro Episcopo Tornacen. prout antea iudicatum fuerat in contumaciam Comitis non cōparentis à Parlamento Paris. quo tunc contra illa edicta Episcopus Tornacens. Haut bois appellarat. Enimuero quando citationes libellatæ non sint, vel etiam caussam contineant, quæ non aperte ad forum Ecclesiasticum spectat, tenetur tamen citatus comparere, & incompetentiam allegare & ita contra N. Leissens in Cancellaria Brab. Iudicatum fuit, qui eo recurrerant pro cassatione talis citationis à me tanquam Officiali Antuerp. emissæ. Expedit enim aliquando caussam non nimis aperte dici, v. g. citandus sit reus adulterij, cuius ignorans sit coniux ne turbetur pax domestica, consulto causa citationis omittetur. Sed nec in caussa criminali Brabantus captus extra Brabantiam auehi potest *Lætus introitus artic.* 17. nec in causis ciuilibus in arcibus ac fortalitijs includi, sed in publicis tantum carceribus, vnde data cautione de iudicio sisti, & iudicato soluendo relaxari debeat. *art.* 51. nisi de re iudicata exequenda agatur. Ad hæc ciuis Antuerp. non potest in caussa criminali, vel ciuili, aut personali, aut super rebus mobilibus conueniri, sisti, aut trahi coram alio iudice in hoc Marchionatu Imperij, quam Magistratu Antuerp. ex priuilegio Sigismundi vlt. *Maij* 1427. Ge-

29. *Citationes Officialiū libellatæ.*

Generatim vero nullus † Belga in caussa Ecclesiastica, ciuili, aut mixta in prima instātia extra patriam trahi potest, ex priuilegio Leonis X. dato Romæ 3. non. Iul. 1515. *quod habetur in d. lib. edict. fol.* 51. & ideo Philip. Pulcher Archidux & Dux Brabant. Montibus ad Zomam 22. Septemb. 1500. inhibuit edicto suo huiusmodi conseruatorias impetrari, & conseruatoribus aut impetrantibus ne vterentur. *habetur in l. edict. fol.* 212. & Concil. Trident. *f.* 14. *c.* 5. Conseruatorias in criminalibus & ciuilibus exceptis Vniuersitatibus studiorum, actiue & passiue, vult cessare, vt diserte textus ille eloquitur. *& latius diximus sup. tit. de off. deleg.* 30. *Belga in prima instantia extra patriā non trahuntur.*

Præterea extat edictum Caroli V. latum Gandaui 18. Iunij 1531. & aliud Bruxellis 27. Nouemb. 1548. *quæ habentur in lib. edict. fol.* 60. *& seq*, quibus † Ecclesiastici iubentur se cōformare politiæ, per statuta & Ordinationes locorum constitutæ. sed intellige in realibus, etsi obscure sonent. nam in fine mandant omnibus iudicibus locorum, vt Ecclesiasticos comparentes pro rerum suarum defensione, ad longum in rationibus suis audiāt, & rectam iustitiam administrent, & præsumi Catholicus Princeps non possit subijcere velle quibuscumque Laicis quodcumque statuentibus quoscumque clericos iure seu diuino (quod multi voluerunt) seu positiuo ab initio Ecclesiæ à Siluestro subscribente Constantino edito, à Laicis iudicibus exemptos. quod si quod tamen statutum sit quod notorie ad publicum bonum aut quietem spectat, verbi gratia, ne quis turbido tempore arma gestet, non possunt clerici contrauenire. non quidem constricti vi Legis à Laicis latæ, sed quia politica membra vnius corporis Reipublicæ conformare se debent. In realibus porro, quia leges rebus potius quam personæ feruntur, secus dici potest. tamen id disputari posset in amortizatis, vti & in Brab. earum propterea cognitio & iurisdictio ad Ecclesiasticos spectat. In concordatis Brab. anni 1441. §. Illa bona inquit amortizata dicuntur, quæ à iurisdictione sæculari per Principem sunt exempta; literis desuper expeditis &c. Itaque non male statuit Car. V. edicto lato Gandaui 23. Maij 1531. *habetur in lib. edict. fol.* 398. vbi iura constituens pro † inundatis terris à mari vindicandis & rursus aggere cingendis, etiam de ijs decreuit quæ ad Ecclesias aut loca pia spectant, scilicet vt pro suis terris sumptum contribuere debeant, ea lege vt possessores beneficiorum, si moriantur antequam sumptum impensum ex ijs terris recuperauerint, eorum hæredes poterunt tantisper eas retinere, donec sibi satis factū erit. Si porro beneficiatij hæc facere nolunt, possint ijsdem legibus collatores & patroni. Sic & in læto introitu Brab. *art.* 15. omnes qui ratione bonorum tenentur ad reparationes viarum, statuitur cogendos, & excusationi nullius locum fore: vbi & Ecclesiasticos comprehendi æquum est, & si negligant, officiarij, duplo sumptu id faciunt: adeo priuilegiato vt alijs creditis præferatur. *decis. Cur. Holl. d.* 24. 31. *In politicis ecclesiastici se conformant.* 32. *Terrarum inundatarum recuperatio.*

Porro nihil ibi Imper. dicit de † decimis, an contribuere teneantur: & videri potest vt cum de vno quid asseritur, de omisso altero negatum censeatur. & reperi in notis viri cuiusdam docti in Flandria, antiquum esse axioma *Thiende endyckt nyet*, decimæ non aggerant, scilicet quia earum ius nascitur demūm surgentibus fructibus, cum ex expensæ sunt factæ, & generatim decimæ prædiales debentur sine deductione expensarum. *cap. non est. c. tua nobis, extra de decim.* Sed ille axioma limitat in Ecclesiasticis decimis, in alijs locum non habere vult. quia videlicet instar patrimonialium aliorum bonorum possidentur. Sed vt semper succedit peior ætas, ita & decimas etiam Ecclesiasticas ex hac caussa indies 33.

arrodi videmus, an terræ æque felices erunt, ac prioribus sæculis fuerunt, nepotes, si non nos, iudicabunt.

34. *Clericus coram laico non conuenitur.* Porro Martinus V. post Concil. Mileuit. & Innoc. III. decreuit, ne vllo prætextu in caussa quacunque ciuili, vel criminali † clericus coram laico conueniri possit, & præsertim ne Prælati ad subijciendum sibi aduersarias alias personas Ecclesiasticas per tales inuentiones & cautelas ad sæculares habeant recursum, sub pœna, quod omne ius eis competens, in possessorio, vel petitorio, in re vel ad rem, de qua cõtrouertitur eo ipso amittant, singulares personæ excommunicationis, collegia suspensionis & interdicti sententias incurrant ipso facto, & si persistant omnibus beneficijs priuentur, & inhabiles ad alia fiant, quo & spectat ar. 15. Bullæ cœnæ. prout è contrario Honorius III. *in c. grauem, extra de exces. Prælat.* statuit vt subditus contra Episcopum in sæculari foro querelas deponens tanquã putridum membrũ ab Ecclesia sua abscindatur, & beneficio priuetur. Et Pius V. *constit. incip. ad deprimendas* grauiter detonuit in Ecclesiasticos, qui alios Ecclesiasticos coram sæcularibus trahunt. Iudices vero postquam de non iurisdictione eorum exceptum fuerit, aut euidenter appareat, huiusmodi cognitionem ad eos de iure non spectare, similia præsumentes, mandantes, fauentes, rata habentes, ipso facto excommunicationem incurrunt Papæ reseruatam, *P. Matt. in sept. D. l. 2. c. 1.*
35. *Præsertim criminaliter.* *tit. 1.* & Vrbanus VI. sub simili pœna, & interdicti in Collegia laicis vetuit, ne † criminaliter contra vllos clericos procedant, eos banniant, aut relegent. *Ibidem cap. 2.* quanquam hæc constitutio non vbique, præsertim in Gallia (vbi post contentionem Bonifacij VIII. & Philippi Pulchri, decreuit continuo potestas Ecclesiastica, & phylacteria sua dilatauit sæcularis) non seruatur: sed in criminibus vt vocant, qualificatis aut priuilegiatis, non suffragatur exceptio clericalis. Tamen in Brabant. nostra ex concordatis §.
36. *clerici*, solum † clerici simplicis tonsuræ, etsi cœlibes vel coniugati cũ vnica, & habitum & tonsuram deferentes, declarantur non gauisuri priuilegio clericali, si enormibus se immisceant: quos specificat hæreticos, mandatis principum contrauenientes, raptores virginum, homicidas ex proposito, vel per insidias, incendiarios, grassatores, famosos latrones, depopulatores agrorum, & similes. Sic dicit Ant Fab. *C. l. 3 t. 12. d. 31.* non posse
37. Presbyterum vel in † crimine grauissimo, etiam maiestatis, à sæculari iudice puniri: & quamquam inquit Principes alio iure vti soleant, iniuriam pro iure, aut ius pro iniuria vsurpantes, excommunicationis tamen notam incurrunt; Imo nec inquirendi habent potestatem quin incidant in censuram: ex Bulla Cœnæ, quæ etsi, inquit Anton. Fab. *in C vbi supr. def.* 42. dicatur non transijsse montes, Senatus tamen supra dictam sententiam districte sequi solet. Ioan. Mald. *de Iust. & Rel. t. 6. cap. 1. d.* 8. tradit assertionem esse de fide, aut fidei proximam, quod Laicus neque personam Ecclesiastici, neque eius caussas Ecclesiasticas, ciuiles, aut criminales iudicare possit. & opinionem Fabri iam ante secutum est Concilium Brabant. in caussa I. de Platea, circa an. 1544. vt de consensu tantum Officialis Cameracens. eum examinatit, in testamento per eum fabricato, etsi notarius à Concilio admissus esset, quia hoc clericum non subijcit. *cap. etsi de Iud.* & examinata caussa censuit Concilium d. Plateam posse torqueri, sed non per se, *cap. vt fama & ibi Dd. & Felin. de sent. exc.* ne quidem consentiente Prælato, qui nolebat etiam consentire. & d. Platea, quia suberat Capitulo exempto, fuit resolutum, vt peteretur à sua Sanctitate vt causam committeret alicui, qui id faceret. sic & idem Concil. 14. Maij 1545. lite-

literas scripsit Capit. Tenensi exempto, vt quendam seditiose concionatum, & peiora minitantem punirent, alioquin quod temporalia d. Capit. apprehenderentur: ipsum vero Concilium non puniuit, quia eius demum incipit auctoritas vbi desinit Ecclesiastica, scilicet ab actuali degradatione, & vt ita loquar saecularisatione. *Abb. in d. cap. at si clerici.* Conc secretum Regis Catholici in Belgio, an. 1569. ad rescriptionem Conc. Frisiae super admissione Concil. Trident. & quoad correctionem clericorum, quae in Frisia indistincte in actionibus personalibus, & correctione morum ad Concilium spectauerat, praesertim ab anno 1515. censuit his verbis: *Sa maieste en ce qui concerne la correction des prestres le remet aux Euesques, selon le Concil. mais des actions ciuiles contre les presters l'on en vsera, comme du passe, iusques à tant que on aura resolution de sad. Maiesté.*

At vero Concil. Trid. *sess. 23. cap. 6.* sanxit ne vllus prima † tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus fori priuilegio gaudeat, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum & tonsuram deferens alicui Ecclesiae ex mandato Episcopi inseruiat; vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur. In clericis vero coniugatis seruetur constitutio Bonifac. IX. quae incipit *Clerici qui cum vnicis.* modo hi Clerici alicuius Ecclesiae seruitio vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem Ecclesiae seruiant, vel ministrent, & Clericali habitu & tonsura vtantur: nemini, quoad hoc priuilegio vel consuetudine etiam immemorabili suffragante. 38. *Hodie qui non gaudent fori priuilegio.*

Beneficium autē licet modici valoris sit, sufficit & titulus legitimus obtentus, etsi possessio per intrusum interuertatur, quin & solum beneficium sine delatione habitus: quia Concil. beneficium, aut habitum requirit, ex disiunctis autem alterum sufficit. *tradunt citati per Barbosam ad d. cap. 6.* Ceuallos *de Recurs. in prooem. cap. 8. num. 11. & p. 2. q. 62.* Sed & possessio sufficit etiamsi titulus non sine vitio, & possidens aliquo impedimento affectus sit. quia id ad causam distinctionis fori non pertinet. sed neque nocet prouisionē istiusmodi beneficij ad alium Episcopum spectare, aut residentiam non requirere: denique non in titulum sed commendam dumtaxat perpetuam sit datum. quin & qui plura beneficia habet, potest vtrobique promoueri: etiamsi tantum sint praestimonia: regulares autem eiectos ob vitia non inducentia in capacitatem ab ordinario loci emendati promoueri possunt. sed neque sine titulo; ne promoti mendicent: sed neque nouitij; quia titulum religionis nondum obtinent permanenter: quamuis enim domiciliū & incolatus animo & fortunarum constitutione acquiratur; tamen nouitij propositum non satis firmum est; nec aliquam obligationē parere potest *Conc. Trid. de reg. s. 25. c. 15. & 16.* vt neque Abbas nouitium suum in minoribus ordinare potest virtute c. 10 *s. 23. de quibus omnibus citati apud Barbosam in Collect. DD. ad Conc. Trid. s. 28. 23. c. 6. n. 13. 14. 15. 16. 17. c. 7. ibi. n. 21. & seqq. & ad c. 9. 10. s. 23.* quemadmodum Episcopus familiarem suum quamuis triennalem ordinare non aliter potest; quam si statim beneficium ei conferat. *Concil. Trid. s. 23. c. 9.* titularis autem numquam: quia id praestare non potest cum effectu. & triennium quidem illud continuum, non saepius interpolatum exigunt: inceptum tamen ante Episcopatum admittunt: familiaritatem etiam talem, vt quasi domesticus sumptu Episcopi vixerit, alicui seruitio destinatus: vt mens & dens adsit, vt loquuntur. Vt ne quidem ad tonsuram & minores ordines promoueri possit, nisi mox sequatur beneficij collatio. adeo vt quidam nolint aliter super interstitijs à Concilio praescriptis posse dispen-

dispensare, neque beneficium in alia dioecesi obtentum sufficere, quia per id non fit subditus ordinanti. quamquam benigne aliqui familiarem ordinari posse censeant ad titulum pensionis, aut patrimonij, si pro vtilitate Ecclesiæ ordinantis, cui adscribatur ordinatus, id fiat. *De quibus omnibus citati supra.*

Clericatus autem in fraudem assumptus an eximat apud eosdem *à Barbosa citatos videri potest & nos sup. de ordinand. num.* 14. Sac. quidem Cong. 19. *Decemb.* 1596. censuit clericum, qui post demissum habitum deliquit & coram sæculari citatus fuit, reassumpto habitu & tonsura, si Ecclesiæ seruire cœperit, *iuxta d. c. 6.* non posse iudicem laicum processui finem imponere, & contra illum realiter procedere. seruire autem eum intelligimus, qui non bis vel ter inseruit Ecclesiæ, sed frequenter & perseueranter.

39. Ordinatos † sede vacante primo anno per literas Capituli in pœnam præsertim in criminalibus, fori priuilegio non gaudere vult Trident. *sess.* 7. *cap.* 10. Sed requirit hic sententiam Nauar. *cons.* 1. *de temp. ordin. in prima edit. cons.* 19. *in altera* 28. *Sanch. l.* 7. *d.* 46. *num.* 20. *de Matrim.* perinde ac in motu proprio Pij V. & Clem. *de vit. & honest. Cler.* sed certe textus effectum eo ipso, & ipso iure infligit, verba sunt eiusdem orationis, *non gaudeant, sint ipso*

40. *iure suspensi.* Quoad Clericos simplicis † tonsuræ cælibes vel etiam coniugatos cum vnicis, vt fori priuilegio gaudeant, quæ obseruare debeant quoad vestes earumque formam & colores, arma exercitia, opificia, vel officia, tradunt concordata Brabantiæ *in §. Clerici.* Et quomodo vlterius, & quibus Cleri priuilegijs gaudere debeant. Quæ concordata hic aliaque alibi obseruantur. neque ijs derogabit Concil. Trident. *d. c.* 6. neque bulla Leon. X. *de qua infrius.* Quare si iudex laicus non contra Trid. sed tractatus locorum speciales iuri antiquo innixos venerit, distrinxeritque priuilegiatos, incidet in censuram à Concil. Patis. *in cap.* 2 *x. hoc tit.* propositam: quia sublato quamuis vinculo generali, irretitus est speciali; quod generali relaxatione solutum non fuit: generi enim per speciem derogatur, non contra: *c. si propter* 10. *de sr. in* 6. *cap. veniens x. de Rescript. l.* 3. *C. de silentiar. & decur. c. quamuis* 8. *de Res. in* 6. præsertim in Belgio vbi Concil. Trident. receptum est, citra mutationem in materia iurisdictionis. Clericus apostata qui pro laico se gerit, & militiam vel negotia sæcularia exercet, ab Ecclesia non defenditur. *cap.* 1. *de Apost.* Leo autem X. rescripsit Galliæ Regi vt tales Apostatæ postquam fuerint deprehensi per quatuor menses incedere sine habitu clericali, possint capi à curia sæculari. *Rescriptum incip. Romanum Kalen. Octob.* 1516. *& id refert Chass. ad Consuet. Burg. tit. de Iust. §.* 5. *num.* 51. Boer. *decis.* 69. *in fin.* Sed rescriptum hoc generale non est, sed locale pro regno tantum Galliæ: vt notauit H. Canis. *in sum. iur. can. l.* 3. *t.* 23. *in not. in fin.* & eos tantum comprehendit, qui in sacris non fuerint: quamuis Boerio *d. dec.* 69. ea clausula exciderit.

41. Apud Gallos etiam qualescumque † Clericos arma prohibita portantes, Iudices Regij puniunt, siue per vsurpationem, quod vult Rebuffus, siue per priuilegium, quod alij. *quos refert Lopez. ad pract. Diaz. cap.* 55. & quanquam §. 15. Bulla Cœnæ ea reuocet, tamen Nauar. loco ibi designato Gallos non facile abstensuros putat, siue quod prætendant ea priuilegia remuneratoria esse, adeoque irreuocabilia; siue saltem immemorabilia, vt cessarint in Iura Regia. sed hoc Papæ relinquendum, vt plura illic, alibique similia. Interim

42. *Gaudent tamen benef. c. Odoar.* quod Nauar. citato *c.* 27. *num.* 70. *Manual.* de Gallis scribit, apud nos obtinet.

Clericus incedens quidem iuxta hic requisita, etsi non ascriptus alicui Ecclesiæ, gaudet tamen † beneficio c. Odoardus *de solutionibus, Cong. Conc.* 18. *Septemb.* 1595. Atq; etiam pro be-

pro beneficiato est, qui pensionem habet quoad forum, *Cong. Conc. 18. Decemb. 1595.* si incedat vt hic requiritur. *Goncalez ad Reg. 8. Can. gloss. 5. §. 5. 6.* præsertim cum per Constit. Pij V. anno 1571. ad recitationem officij Deiparæ teneatur, quod indicium est status Ecclesiastici. Quin etiã modo coniugatus nõ sit, est liber à tributis, *colligitur ex c. fin. de vita, & hon. Cler. l. presbyt. C. de Episcopis & Cleric.* Neque obstat cap. *6. sess. 23.* quia loquitur solum de priuilegio fori, quo non possunt ad tribunal sæculare pertrahi. *Less. l. 2. cap. 33. dub. 5. num. 38.* Ad effectum tamen Canonis si quis suadente 17. quæst. 4. sufficit pensio, imo etsi eam non haberet, neque beneficium, neque habitum deferret aut tonsuram, sufficit tamen clericum esse; quia quoad hoc circa ius commune nihil innouauit Concil. Triden. *Cong. Conc. refert Goncalez ad Reg. 8. can. gloss. 5. §. 5. num. 7.* Ideoque Borchnin. Caualcanus *l. 5. dec. 21. num. 26. 27.* asserit hoc cap. 6. locum habere solum in causis ciuilibus, non corrigere porro ius antiquum in causis † criminalibus, nec intendere personam tonsuratam capi & distringi posse à iudice sæculari: nam inde sequeretur correctio d. cap. si quis suadente *diabolo* 17. q. 4. & priuilegij illius abrogatio, quod non esse sublatum respondit S. Cong. *apud Riccium in prax. cler. dec. 607. Dianam p. 3. t. 5. r. 82.* quam & difficilius facere posset Concilium, si secundum communem clericus exemptus sit iure diuino. cui fauet c. quanquam *de cens. in 6. cap. 20. sess. 25. Trid.* nihilominus Concilium Brabantiæ *an. 1544. 27. Martij.* resoluit contra Iacobum Trillemans, quod eum de hæresi inquisitum tonsura non iuuaret. & Leo X. Carol. V. pro Archiducatu Austriæ, & Belgicis regionibus concessit, vt Ecclesiasticæ personæ in habitu & tonsura non incedentes, vel negotiantes, etiam in personis puniri possunt, citra tamen pœnas corporis afflictiuas. *2. Id. Iun. 1515.* Aduertendum porro est nos loqui de priuilegio Cleri & Ordinis generatim Ecclesiastici, à cuius fauore excludatur nunc qui Concil. Tridentin. præscripta non seruat, etiam non præuia monitione. *Riccius in prax. cleric. dec. 606.* Non tamen amittit canonis beneficium, *si quis suadente diabolo.* Vt diximus nec verum est, quod aiunt quidam difficilius auferri priuilegium fori, quam canonis; quoniam multa sunt iuris loca in quibus cessat clericale priuilegium fori, non tamen canonis. nec itidem omnino verum est illud esse diuini, hoc positiui iuris. quia vtrumque radicatur in iure diuino; neutrum illo expressum est: sicut positiuo. *vide Dianam p 3. t. 5. r. 82.* 43. *Ers. in criminal.*

Porro istiusmodi † clericus non ideo per eandem suam culpam eximitur iurisdictioni & castigationi sui Ecclesiastici iudicis, cui semel subditus fuit per acceptionem characteris clericalis, quamuis declinare in fauorem suum non potest forum laicum, & etiam Ecclesiastico requirenti sæcularis eum remittere non teneatur. *Iuxta Concord. Brab. §. Clerici in fin.* nisi habitu interim reassumpto: *Cong. Concil. 19. Dec. 1596.* tamen Ecclesiasticus per præuentionem eum corrigere potest. *Riccius in prax. cler. dec. 607.* & ab alio potest coram eo conueniri, in tali caussa in qua laicus coram Ecclesiastico iuri stare non deberet. Sic quamquam de iure iniuriæ illatæ † clerico, puniri possunt ab Ecclesiastico *cap. si quis 17. quæst. 4.* non per anathema tantum, sed & mulctam. *cap. postulasti extra de iud.* etiam verbales, *cap. perpendimus extra de sentent. excom.* vtpote mixti fori; *Guido Papa quæst. 562.* In verbalibus tamen actor sequitur forum rei, iuxta eandem Concord. *vbi supra* tamen si clericus non incedens in habitu & tonsura intulisset iniuriam Presbytero, & ciuiliter & criminaliter contra eum coram Ecclesiastico procedi posset, & Ecclesiasticus præueniens merito sæcularem præpediret. 44. 45.

N Quod

46. Quod si quis nocte deprehendatur, debet donec † Clericatum & requisita Concilij probauerit, manere in carcere iudicis sæcularis. *Serol. verb. Cler.* § 8. probatio autem fit apud Ecclesiasticum: si de iure agitur. *c. si iudex de sent. exc. in 6.* vbi datur ratio, quod sit causa spiritualis sed apud Gallos quasi sit quæstio facti, an quis susceperit tonsuram, fit apud sæcularem. *vid. Serol. vbi supra ad* § . 3. Testatur Griuel. *Dol. decis.* 30. *num.* 1. in Burgundia moribus obtentum esse vt iudex sæcularis cognoscat, an quis habitus sit pro clerico antequam remittat. adeoque, si in minoribus tantum est, habitum & tonsuram detulerit; iuxta requisita Concil. Trident. *sess.* 23. *c.* 6 quod in criminalibus is etiam intelligit. Taliter autem per ignorantiam, male excepto vt sæpe fit, reparatio non debetur, vt clerico, sed vt tali qualem vestis indicabat. *c. vt Presb.* 17. *q.* 4. Ad modum quo diximus capto se clericum allegante, cognitionem ad Ecclesiam iure pertinere; *c. si iudex de sentent. excommunicat. in 6.* quæritur; an, argumento à persona ad locum, captiuo allegante se in loco sacro captũ, cognitio pariter ad Ecclesiasticum Iudicem spectare videatur? affirmat Diana *p.* 3. *t.* 1. *r.* 32. quasi cum ad hũc spectet principalis eo deuoluatur & accessoria. *c. accessorium. de reg. iur. in* 6. quod quidem omnino dicendum est, dum controuertitur an locus sit sacer: sed cum de eo constat; & quæritur tantum de facto; an captus inde abstractus sit, cognitionem facti sæculares facile ad se trahent, præsertim incidenter motam: cum nec parem dicent quæstionem an quis clericus sit, quia ea inuoluit quæstionem sacrationis, quæ spiritualitas, etiam incidens, coram laico tractari non possit. quamquam etiam tunc dicendum sit possessionem clericatus sufficere ad declinandum iudicium sæculare: saltem donec aduersarius negatiuam probet: Diana. *p.* 13. *t.* 1. *r.* 48.

47. Exempti etiam sunt à iurisdictione † sæculari domestici & familiares Episcoporum, eorumque curiarum officiarij, magis tamen consuetudine quam iure. sed de his officiarijs in Brabant. ex concord. id expeditum est, si in aut circa officium suum delinquunt. quod idem censet in alijs, post Clarum, Mald *de Iust tract.* 6. *c.* 1. *d* 8. & de magistro actorum ac notario cæterisque curialibus Episcopi Riccius *in prax Episc. decis.* 549.

Vti ius quidem ciuile statuit, vt si quis licito collegio adscribatur, etiam negotiatorum; is apud eum, qui illi professioni præest, conuentus declinare eius notionem non possit: alteri tamen iudici non suo subtrahatur. *l. fin. C. de iurisd. om. iud.* nisi studiosus fuerit, cui optio iudicis datur. *Auth. habita C. ne filius pro patre.* Quo iure tamẽ Academiæ fere nullæ vtuntur, sed vnum iudicem scilicet Rectorem Academicum agnoscunt. Concordata tamen vniuersitatis Louaniensis cum Ordinario tetigimus supra *ad tit. de Iud. deleg. numer.* 6. Quin & l. 2. *C. de off. Mag. mil.* decidit apparitores illius officij, coram magistro militum criminaliter, & ciuiliter conueniri debere, neque alio trahi posse. Sub his causis comprehendo phonascos, cantores, aliosque stipendiarios Ecclesiarum ministros, si vel clerici non sint, vel præscripta à Concil. Trident. *sess.* 23. *cap.* 6. non seruent, vt Ecclesiæ iudicium subterfugere non possint, si non etiam à sæculari liberentur. Galli tamen (*teste Papon. Arr. L. tit.* 4. *Arr.* 8: *in exemplo commentariensis*) officij caussa aliquem foro Ecclesiæ subijci negant: tametsi vice versa æquum sentiant vt clericus ex ea caussa sæculari subdatur *Imb. Inst. For. l.* 3. *cap.* 7. *in gloss. l. d.* in alijsque multis quod in Ecclesiam statuunt quo ad se vt æquum non recipiunt. Equidem *c. & si x. de Iud.* non permittit clericum ob officium ad sæcularem iudicem trahi. si enim expresse non potest, multo minus tacite renunciare priuilegio, non priuatim, sed vniuersim ordini clericorum concesso. *c. contingit* 39. *x. de sentent. excom.*

c. si di-

c.si diligenti x. de for. comp. l. iuspublicum D. de pact. Et Concil. *Trid. s.* 22. *c.* 10 notarios circa peri-
tiam iubet examinari, & in officio delinquentes in negotijs, litibus, causis Ecclesiasticis
ac spiritualibus suspendi: vt ratione officij, quatenus Ecclesiam illud tangat, subijci, eo-
que examinari, & in illo delinquens corrigi etiam possit. sed rursus reflectit Concilium,
vt modus correctionis etiam circa Ecclesiastica versetur.

Vt vero summatim id complectamur; delicta in Brab. † Concordatis mere Ecclesia- 48.
sticæ cognitionis censentur, hæresis, salua Principi confiscatione & punitione eorum, *Epitome*
qui iam damnatas propositiones asserunt, schisma sapiens hæresim, magia, si fiat per ab- *causarum*
negationem fidei, aut inuocationem dæmonis, irreuerentia imaginum, si quis sustinet *ex concord.*
eam non exhibendam eis, ob id quod repræsentant, crimen insordescentiæ; non com- *Brab. ad*
municantis vel confitentis semel in anno, inuasio aut rapina bonorum notorie ad Eccle- *forum Ec-*
siam spectantium, aut fraus circa ea commissa, effractio vel pollutio Ecclesiæ, sine vi, de- *cles. spe-*
licta officiariorum curiæ Ecclesiasticæ, in & circa officium suum delinquentium; partici- *ctantium.*
patio cum excommunicatis, clandestinum matrimonium, vel contra formam ac institu-
tum Ecclesiæ, in gradibus consanguinitatis vel affinitatis prohibitæ, vel spiritualis cogna-
tionis; sacrilegium ratione rei, vel loci sacri, quoad pœnam Canonicam: vsuræ notoriæ,
quoad incursum censurarum, non se intromittendo causis tenentium mensas publicas
sub saluaguardia Principis.

Mere autem † sæcularis, schisma non sapiens hæresim, magiæ, sortilegium, diuinatio, 49.
maleficium, & consultatio diuinatorum, blasphemiæ, irreuerentiæ in imagines Dei, & *Ad secula-*
Sanctorum, vis, raptus, sacrilegium quoad pœnam legalem, condignam delicto, siue ci- *re.*
uilem, siue criminalem, periurium, nisi disputetur de vi vel obligatione iuramenti, & sic
an sit periurium, vel illud acciderit coram Ecclesiastico.

Mixti † denique fori, simonia, quam puniet vterque iuxta qualitatem suæ iurisdictio- 50.
nis, violatio iurisdictionis & immunitatis Ecclesiast. iuxta modum ibi positum, iniectio *Mixt.*
manuum in personas Ecclesiasticas, effractio vel pollutio Eccl. violatio festorum, falsitas
literarum Apol. vel Ordinarij, salua Principi confiscatione: dissidium coniugum sine au-
thoritate Ecclesiæ diuertentium, scilicet cum de facto puniendo agitur, non cum de ra-
tione diuortij. nam id ad solum Ecclesiasticum spectare dictum *in §. it. m de diuortio.* at hic
§. agit de delicto puniendo, præsupponens esse delictum, Concubinatus, lenocinium, in-
continentia cum moniali, affini, consanguinea, seclusa vi, & raptu, & adulterium no-
torium.

Quam qualitatem † concordata hic & concordata Hannoniæ 2. Mart. 1541. requi- 51.
runt: sed intelligo quod liquido probari potest, & in iure notorium fieri, seruata ta- *Notorium*
men ratione capituli qualiter & *quando, extra de Accus. de quo ibidem dicemus*, quo collimare *adult.*
Concordata reor. alioquin si omnia non stricte notoria impune liceant, erit impia to-
lerantia, & vt habet Papon. *in lib. Arrest. de Adulter. articul.* 18. vindicta diuina digna. Inue-
nio Ioannem de Burgundia Episcopum Cameracensem, cum ciuitate Antuerp. eam cõ-
trouersiam habuisse; & ad tempus conuentum, vt Episc. de omni adulterio publico, &
per quoscumque denunciato cognosceret, & puniret, præsentibus scabinis synodalibus.
Litteræ sunt de data 4. Nouemb. 1440. quorum qualis hic olim vsus fuerit, à Pontifi-
cum Principumq; diplomatibus alicubi confirmatus agnosci potest ex Petri à Berck A-
quisgrano *c.* 1. §. *Religiosa alia.* sed præterea aduertendum quod dicimus publicum solum

N 2 adulte-

adulterium inquiri posse, spectare ad compescendam temeritatem actionum, non ad diminuendam iurisdictionem Ecclesiasticam, quasi non publico cognitio spectet ad laicum: quia idem Concord. Brab. *d. § de crim. adult. in fin.* non aliter etiam seculari officiario permittitur, & vtriusque præuentio ijsdem regulis conceditur. & d. litteris emendæ pecuniariæ pro duabus tertijs applicantur Eleemosynæ Episcopi; residua iudicio Decani ac scabinorum synodalium disponitur.

52. *Alij alijs latius iurisd. protenderunt.* Enimuero Episcopi alij † latius, alij strictius iurisdictionem suam extenderunt, vel cohibuerunt, vsuque, consuetudine vel præscriptione magis minusue firmarunt. In Gallia restricta maxime, obnitentibus plerumque Regibus per contentionem cum Pontificibus & contradictionem, instar Core, Dathan, & Abiron murmurantium contra authoritatem Moysi diuinitus concessam. In Geldria idē accidit ob continua olim bella cum Episcopo Vltraiectino: in ijs autem ditionibus quas idem Episcopus possidebat latissime extensa fuit Iurisdict. Ecclesiast. & cum in Regem Hispaniarum eædem ditiones translatæ sunt, stipulatus est Episcopus vt curia sua Ecclesiast. nihilominus priori iure vteretur imposterum, sed nunc pars maxima furori Vnionis Vltraiectinæ cessit. In ea autem parte quæ recepta est, seu, quasi iure belli recuperata sit (quod non solet esse cum vasallis) seu quia illa pacta non noscuntur satis, vel alias; videor audire ex integro votis aliquorum Ecclesiasticorum non fieri satis. Concordata Hannoniæ prouisionalia, pacta 29. Nouemb. 1449. plus satis derogant iurisdictioni Ecclesiasticæ, sed ex vsu sumpta sunt. qui & potest originem habuisse ex bello, quod Comites olim cum Episcopo Leod. habuerunt; & Cameracense Imperij Principe, & dominatum temporalem vicinum adeoque odiosum habente. In Germania ac alibi latius, præsertim vbi liberalitas Principum pedo Episcopali gladium, & dominia adiunxit, imperitare cœperunt; vt etiam nunc videmus in Patria Leod. coram Officiali omnes personales actiones laicorum tractari.

53. *Incestus mixti generis.* Ex his criminibus mixti † generis est incestus: qui in Flandria sæpe corporaliter est punitus, aut pœna aliqua infamante, & propterea à Principe abolitio obtineri solet. In Brab. *ex concord. § de crim. incontinent.* à iudice Ecclesiast. per præuentionem punitur, qui non solet pœnas infligere, quæ ad sanguinem aut mutilationem spectant. & punitus ab *Quo sensu* Ecclesiastico quasi non satis correctus, rursus à sæculari molestari non debet. Ita seruat vsus, & iudicatum refert Griuel. *Dol. decis. 47. numer. 4.* (præsertim in ijs criminibus quæ à iure Canonico introducta sunt, vt incestus in fratrum filijs & vlterioribus, quorum coniunctio iure tantum Canonico prohibetur.) etsi de iure magis communiter secus dicatur, & secundū ius voluerit Concord. Brab. accipere Thulden. *ad Prax. ciuil. Damh. cap. 53.* qui non satis ea expendit: neque illorum rationem (quod potissimum est cum ratio sit anima legis.) etenim ea Concordata inita sunt ad sedandas controuersias quæ ratione exercitæ iurisdictionis vtrimque oriebantur, ex qua Charibde hæc interpretatio in periculosiorem Scillam ducit. & quid minus verisimile, quam vt post tantas contentiones, ob ea Concordata habitas, nihil aliud Ecclesiæ ex eis pactis accessisse dicamus, quam vt ab ea actum rursus sæcularis agere debeat? præsertim cum omnia crimina fere præter hæresim, ob quæ in Brab. soleat infligi pœna capitalis, aut mutilationis membrorum, per eadem Concordata reseruata sint iudici sæculari soli, & nihilominus in ei reseruatis Ecclesiasticus cognoscit de pœnis Canonicis, incursu censurarum &c. sic in ijsdem Concordatis sæcularis solus cognoscit de schismate, sortilegio, diuinatione, maleficio, falsitate com-

te commissa circa literas Apostolicas, periurio, & per præuentionem de iniectione manuum in personas Ecclesiasticas. vnde necessario sequitur, quod in criminibus mixti fori puniendis citra sanguinem, seu in quibus iuxta eadem Concordata, præuentioni locus est, possit ita rem peragere, vt sæcularis manum vlterius admouere non possit. nam in his vix aliter sæculares procedunt, aut præueniunt, quam vt mulctam pecuniariam reis indicant, sibi applicandam, quam Ecclesiasticus pijs vsibus addicit. quo in genere nihil est, quod non satis castigatum sæcularis magis exacte facere debeat, certe amissæ pecuniolæ tantum vlcus subest, hac

— Latet anguis in herba:

Hic primus sæpe motor tot contentionum, quæ specie iuris dominici conseruandi Ecclesiasticam authoritatem oppugnat. cui accedit quod hodiernum non sit clericis laicos oppido esse infestos, si Bonif. VIII. credimus. id quod ad iurisdictionem maxime pertinet.

Vt non immerito olim † multis in locis, ac speciatim in curia Paris. æquali fere numero Consiliarij Ecclesiastici & seculares fuerint instituti, *Papon. Arr. l. 4. t. 6. ar.* 14. & in Cameris enquestarum Præses debet esse Ecclesiasticus, *Papon vbi supra arr.* 8. vt Ecclesiasticum ius accuratius, tanquam suum, tuerentur. & instante Clero Gallico ad postulata Ordinum Regni in Gallia in quaque sede Præsidiali Consiliarius Ecclesiasticus ascitus est, *edicto mensis Iun.* 1573. *probato à Senatu Paris.* 8. *Calend. Oct. & in Cam. Comp.* 14. *Oct.* 1573. *Choppin. Monast. l. 2. t. vltim. num.* 10. *Chenu en son recueil de reigl. tit.* 3. *cap.* 3. Sicut olim in Gallia Druides etiam Iustitiæ præsidebant, adeo vt si quis eorum definitioni non acquieuisset, sacris interdiceretur. *Bugnion. leg. abrog. libro primo, sat.* 4. Parlamentum autem successit in iudiciariam cognitionem Parium Coronæ Franciæ, quorum medietas ex Prælatis Galliæ constabat. prout antiquitus pro maiori parte saltem ad 36. circiter Regis Cancellarij fuerunt Prælati: vt & in Imperio Germanico Coloniensis, Treuirensis, & Moguntinus Archiepiscopi Electores & Cancellarij Germaniæ, Galliæ & Italiæ, iam inde fere ab Imperij translati origine, constituti sunt. vt & in Regno Castellæ præsul Toletanus est Archicancellarius: & omnes Episcopi illius regni & Aragonici, ac Lusitani sunt Consiliarij Regum. In Anglia olim semper Cancellarij fuerunt Episcopi ac potissimi Consiliarij Ecclesiastici: Comiti Flandriæ perpetuus Cancellarius est Præpositus S. Donatiani. Philippus Intrepidus filius Regis Ioannis honori sibi duxit Cancellarij, & plurimorum Consiliariorum munera Ecclesiasticis demandare. quod secuti sunt filius eius Ioannes, alijque successores, vsque ad Carolum Audacem, qui parlamentum Mechlin. instituit, assumptis Ecclesiasticis octo. Philippus Bonus in erectione inclytissimi Ordinis aurei velleris, sanxit, vt Cancellarius qui sigillum Collegij seruaret, esset Prælatus Ecclesiasticus. Maximil. I. cum primum dominatum harum ditionum iniret, à quibusdam vrgebatur, vt ab officijs Palatij & Cōciliorum excluderet Ecclesiasticos: sed ob rationes & exempla maiorum, & ne opiniones Hussiticas tunc vigentes ex Germania detulisse videretur, iussit, res Belgicas moribus antiquis stare, virisque. Carol. V. & Philippus II. à Pontificibus obtinuerunt, vt centum personas Ecclesiasticas suis ministerijs applicare possent, illæque interim non secus, quam si residerent, fructibus suorum beneficiorum 54.

potirentur. *de quo priuilegio latius infra tit. de Cler. non resid. num. 19. & seq.* Albertus & Isabella in institutione Concilij Hannonici etiam Ecclesiasticos adlegerunt.

At vero vrgent aliqui (vt ad rem redeamus) d. §. de crimine incontinentiæ non dici præuentioni esse locum, & occupatum ab vno reum, ab altero non esse molestandum, sed quod vterque iudex cognoscet; scilicet vnus quoad censuras & pœnas Canonicas, alter quoad legales. sed Resp. nec id ipsum addi *vt in §. de crimine sacrilegij*, adeoque simpliciter sumendum, vt præuentioni sit locus, ne ob vnum crimen pluries quis, & in diuersis iudicijs reus postuletur: nam in omnibus fere articulis mixti fori. d. Concord. vtuntur verbis *vterque Iudex*. & si de censuris tantum ageretur, in casu vis & raptus cognitioni Ecclesiasticæ maxime locus foret, & eo tamen casu d. §. dicit solum secularem cognoscere, non ergo agitur de sola pœna Canonica.

55. Simili modo † d. Concordata § *de crimine iniectionis manuū in personas Ecclesiasticas*, dicunt de eo crimine vtrumque iudicem cognoscere, secundum qualitatem suæ iurisdictionis; & tamen certum est Ecclesiasticum hoc crimen, pecuniaria vel alia temporali pœna punire posse. *cap. postulasti extra de Iudæis cap. 2. extra de priuil.* non ergo de Canonica tantū pœna agitur, præsertim cum ibidem dicatur post inflictam à sæculari mortem, Ecclesiastica cognitionem cessare; quod minime verum, si de censuris ageretur: nam tunc ob sepulturam & similia ea cognitio nullatenus cessat. & vero si cum Episcopus quem punit, quilibet vel minimus sæcularis officiarius possit dicere eum non satis suo arbitratu punitum, bone Deus, quæ confusio, quo nos trahent ea pacis & concordiæ causa laborata Concordata, quid ni, & Episcopus rursum in ius rapiet, quicumque in crimine mixti fori pecuniariter tantum erit à sæculari punitus, vt scandalo & opprobrio eum subijciat, tanquam aliter non satis emendatum, Iuxta prioris iuris incommoda, quo neutra alteri iurisdictio derogat: *c. pro vener. 13. x. qui fil. sint legit. c. ad verum dist. 96. Couar. l. 2. var. res. c. 10.* cui confusioni tollendæ Concordata inuenta sunt, quo rursum veniemus, quis arbiter, quis gubernator erit in his vndis?

Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

56. *Plures causæ fori.* Aufrerius *tract. de iurisdictione Ecclesiæ* colligit 149. † casus in quibus iudicat Ecclesiasticus laicum. In genere in omni delicto iure Pontificio inducto extenditur iurisdictio Ecclesiastica in laicos *cap. 1. de off. ord.* & in omni casu nutritiuo peccati: saltem quo ad salutarem pœnitentiam iniungendam. *cap. nouit. de iudicijs.* Potest & generatim id statui, vt is quoque, qui crimen alicui exprobrarit, conueniri possit iniuriarum apud eum iudicem, ad quem exprobrati criminis vindicta spectat. *Imb. Inst. for. l. 3. cap. 6. in gloss. ad c.* Porro & Azor. *Inst. Mor. part. 2. l. 3. cap. 53.* refert causas & crimina laicorum, quæ Episcopus cognoscere & iudicare potest. & amplissimum tractatum scripsit de iurisdictione Doctor Marta Neapol. tam Ecclesiæ fauentem, quam contrarietur Syntagma *tractatuum de imperiali iurisdictione authorum variorum impressum Argentorati 1609.*

57. *Perfectissima. domicilium.* Ex pluribus causis forum sortimur, sed † domicilium est perfectissimum iurisdictionis fundamentū, adeo quidē vt quandoq; extra iurisdictionem peccantem, vel existentē iudex citarē, iudicare, exequi possit, per censuras quidem in personam, sequestrationem, vel subtractionem in fructus & bona, vt de absente à beneficio decreuit Concil. Trid. *s. 23. cap. 1. in fin.* alioquin ordinarie extra territorium nemo iurisdictionem exercere potest: nisi quod officiarius delinquentem prosequi posset extra suum territorium fugientem,

tem,& apprehensum domum reducere:& Officiarij huius territorij apprehensum forte fugitiuum, Officiario prosequenti reddere tenentur, si prosecutio & apprehensio fiat, vt appellãt practici, *de chaude chasse.* In plerisque Belgij locis consuetudo induxit, vt etsi neque hic contraxeris, neque habites, si arresteris ab aduersario, iuri stare debeas, neque domum reuocare possis. *Pecki. de eo iure sistendi* tractatum scripsit. Eodem vtuntur multi etiam in criminalibus, quasi & in his arrestum iurisdictionem fundet. Sed an id in Clericis, neque domicilium, neque beneficium, hic habentibus, neque delictum hic committentibus locum habeat? crederem conuenire obseruari cap. 8. *sess.* 14. *Concil Trident.* disponens, vt qui alienos subditos punire possunt, id faciant cum interuentu proprij Episcopi, aut personæ ab eo deputãdę. nisi dicamus quod Cõc. Trid. dicit *d. c.* 8. vt ex priuilegio nullus Episcopus iudicet alienum clericum sine proprij Episcopi interuentu; ita esse accipiendum omnino, vt de priuilegiaria cognitione tractet; non vero modos restringat quibus ius commune aut consuetudinarium alicuius iudicio quem subijcit. vt sicut potest ordinarius loci, in quo clericus alibi habitans delictum commisit, illum punire *per c. postulasti & c. vlt. de for. competent.* idque etiam in prima instantia: sic & possit in loco arresti. cum eodem sensu etiam accipiẽdum sit *c.* 20. *Trid. s.* 24. & in cæteris iudiciorum fundandorum modis. *iuxta legem hæres. D. de iudic. & c. volentes de priuil. in 6. &c.*

DE LIBELLI OBLATIONE.

AD elucidationem actionis petit ipse reus † demonstrationem fieri rei litigiosæ, vt certus sit de qua agatur. quæ adeo negari nequit, vt Pontifex *in cap. significantibus extra h. t.* ab ea negata probe appellatum rescripserit. ea autem petitur ante laudatum auctorem, seu quemcunque alium actum, quo constare possit, reum notitiam rei controuersæ habere. *Imbert. Inst. For. lib. primo, cap.* 19. *Papon. l. Arr.* 8. *tit.* 14. *art.* 3. 1. *Designatio rei petitæ.*

Similiter debitor † annui reditus petere potest, vt designet actor fundum, ex quo eum petit: si tamen ex certo fundo deberi asserit. *Imb. Inst. For. lib.* 1. *cap.* 16. *in gloss.* 2. *L. B.* sed si in genere petit, quia v.g. longo tempore soluerit, quia tunc *iuxta Ioann. Fab. in l.* 1. *C. de iur. emph.* si non constat ob quem fundum soluerit, præsumitur ob totum patrimonium soluisse, non opus est fundi specialis designatione. sic Philip. Bonus 27. Octob. 1453. pro Curia Besseta na priuilegiarijs litteris sanxit, vt quisquis hæres est alicuius, cuius nomen vt debitoris est in Catalogo censuum, seu redituum, aut infra annos 30. eum censum redditumue soluit; is eiusue bona omnia ei oneri censeantur obnoxia, donec ab eo specialis hypotheca designetur: & si quis bona talis descripti particulari titulo possidet, etiam eo nexu eatenus tenetur. sic & consuetudin. Antuerp. *tit. van contracten art.* 31. *Mechlien. à Carol. V. decretũ tit. van. besette. art.* 36. cautum est; vt si quis reditum annis 10. soluit, teneatur continuare, nisi errorem probet ante completam præscriptionem 30. ann. (quod quatenus iuris sit, consuli potest Paul. Bus. *de Ann. red. l.* 1. *cap.* 15. 16. 17.) aliæque id alibi habent: quod valde vsu venit in antiquis fundationibus, quarum prisci limites hodierna nomina, & notitiam fugiunt. Ob cuius † piæ causæ fauorem censent quidam (instar causarum fisci, dotis, matrimonij, *l.* 3. *C. de edendo, l.* 2. *§.* 1. *de iure fisci. Clem.* 1. *§. cæterum de vsur.*). 2. *Hypotheca.* 3.

de vsur.) reum teneri edere instrumenta, quæ ad piam causam spectant cui rei valde fauet edictum Principum Belgij ad Concil. Mechl. *datum vltim. Augusti 1608. art. 22.* vbi omnibus qui sub se habent aliqua monumenta ad pias causas aut Ecclesiast. bona spectantia, exhibitionem illorum iniungit; non diserte quidem aduersario, sed saltem Episcopo faciendam.

DE DILATIONIBVS.

1. *Arbitraria.* TErmini dilationum iure Canonico & moribus huius sæculi † arbitrarij sunt. *Busius ad l. 68. num. 8. de iud.* Ideoque Synod. Triden. *sess. 24. cap. 20.* mandat vt lites omnes intra biennium à die motæ litis terminentur, alioquin liceat partibus superiorem iudicem adire. & priuilegium Leonis X. Carol. V. pro Belgicis & alijs ditionibus concessum 13. Nonis Iul. 1505. præscribit vt intra annum finiantur. & idem Concil. Trident. *sess. 25. cap. 10. in fin.* tam ordinarios quam alios quoscumque iudices, vt terminandis causis, quanta fieri poterit breuitate studeant, ac litigatorum artibus, seu in litis contestatione, seu alia

2. *Abbreuiandæ.* parte differenda, modis † omnibus ac termini præfixione, aut competenti alia ratione occurrant. D. Bernardus de consideratione l. 1. cap. 9. *Causas*, inquit, *diligenter velim, sed breuiter decidere assuescas, frustratoriasque & venatorias præcidere dilationes.* Ex quo Conc. loco &

3. *Etiam per consignationes.* verb. *modis omnibus & competenti aliqua ratione*, ex bono & æquo visum mihi † fuit vbi fauet consuetudo, licere Ordinarijs statuere, vt cum ex aliquibus instrumentis prima fronte apparet reum debitorem esse, etsi alleget exceptionem, quæ altiorem indaginem requirat, condemnari per prouisionem possit ad pecuniam consignandam, & parti sub cautione permittendam, sine præiudicio iuris principalis. quod aliqui fundant in *l. 3. §. ibid. D. ad exhibendum*, nam plerumque in sæcularibus iudicijs, vbi ea praxis obtinet, videmus indies post indictam consignationem lites finiri. itaque eo modo obuiam ibitur tergiuersationibus, quod is locus optat.

4. *Quinquennales &c.* Consuetudo etiam odio dilationum eam sustulit, qua ex 12. tab. 30. dierum, ex l. 2. & 3. *C. de vsur. rei iud.* (quam & imitatum est *c. querenti de officio delegati*) condemnato dabatur terminus ad solutionem quatuor mensium, sed terminus nunc tantum est decem dierum. quem nihilominus ex vsu terminum iuris vocitant. *Bugnon. leg. abr. libro primo sat. 93.*

Clemens VII. & Pius IV. de dilationibus quinquennalibus, &c. Odoardus & cap. peruenit beneficijs, statuit vt quæstiones infra semestre terminentur. Pius V. vt dolosi decoctores luxu, & non casu fortuito res suas dilapidantes, & voluptatibus suis non mediocri intemperantia seruientes, nullis beneficijs, sed etiam vltimis supplicijs, vti fures afficiantur. *Const. refert P. Matth. Sep. Dec. l. 2. t. 11. cap. 4.* Principum edicta similia hic statuunt, de ijs qui foro cedunt, sed eorum vsus memoriam effugit. Velit Deus vt interim inter tam multos nulli improbe cesserint.

DE

DE FERIIS.

Diebus festis nihil agendum, quod sanctitatem, charitatem, & pietatem non spiret. *Pius V. cuius Const. refert. P. Matth. Sept Dec. l. 3. t. 9. cap* 2. Cong. Conc. *vt post Quar. habet Pias. p. 2. cap. 3. num. 23.* censuit licere diebus festis † dare operam rebus ad vitam necessarijs, tempore perituris, præsertim tempore vindemiarum & messium, ac collectionis fructuum, vel vbi necessitas vrgeat, aut suadeat pietas. *Quar. V. dies fest.* ad iudicium tamen Ordinarij, ne priuatis affectibus ac domesticarum rerum studio aliqui eo perducantur, vt ea indulgentia alijs etiam casibus abutantur: itaque rursum ibidem censuit prætextu mercatuum, nundinarum, & feriarum festa nullatenus esse violanda: cæterum his diebus licere sarcinas, & onera nundinarum caussa exonerare, inceptumque iter missa tamen prius audita, prosequi, non autem sarcinas componere, & iumenta onerare, ad iter de nouo accipiendum, aut merces quibuscumque etiam viatoribus & clausis apothecis vendere, nisi tantum ad victum necessaria, & alia minuscula, & modici momenti, opera iam confecta, pro transeuntium hospitum, aduenarum & externorum vrgenti & præsentanea necessitate, & oportunitate. Qua in re Episcopi propositis edictis curare debent, vt festi dies debita obseruatione colantur, & populorum eo confluentium necessitatibus, quantum sine diuina offensione fieri potest, consulatur.

1. *Quæ res sacris dieb. liceant.*

Extant in Prouincia † Cameracen. Mechliniensi, & diocesi Antuerpiensi alijsque, ordinationes Episcoporum circa obseruationes festorum, in quibus specialius quæ necessitas exigit satis permittuntur, quæ vero ratio & ius fieri vetant, pœnis etiam pecuniarijs coercentur. Quibus per Officialem Mechlin. inflictis, requisitus Ammannus Bruxellensis, noluit sententias executioni mandare, quasi ea auctoritas Ecclesiæ non competeret, & Iuri Principum derogaret: sed instante Illustriss. Archiepiscopo Mechlin. à Cancellaria Brab. facta relatione Principi, condemnatus fuit eas sententias exequutioni mãdare, 28. Maij 1605. & edictum Principum anni 1607. 20. Sept. per præuentionem Ecclesiasticis iudicibus hanc correctionem tribuit, vult tamen mulctas pecuniarias locis pijs in sententia specialiter designandis applicari. quanquam Cong. Cardin. huiusmodi ordinationes rigorose non vult exequi, *Serol. princip. part. 1. V. fest.* §. 2. quod & præfatum edictum præcipit, & GREGORIVS XIII. viuæ vocis oraculo *quod ref. Serol. ibidem.* Ordinarijs sibi mulctas eas vllatenus applicare vetuit.

2. *Prouinc. & dioc. ordinat.*

Dies festos quos Episcopus in sua diocesi † seruandos præceperit (quod laudante populo seu tacite consentiente tantum facere debet *Serol. p. 2. V. fest.* vt factum legimus 1. Mach. 4.) exempti etiam seruare tenentur, *Trid. sess. 25. cap. 12. de Reg.* qua de re etiam extat Const. Pij V. *incip. cum primum.* quod decretum Cong. Concil. *apud Pias. in pr. t. de visit. reg. post Quar.* censuit ita esse intelligendum, vt Regularium ritus illis festis semper permaneat quoad Missas celebrandas & cætera diuina officia tam publice quam priuatim ab ipsis Regularibus in eorum Ecclesijs persoluenda, nec circa hæc ab Episcopis quoquo modo quicquam in contrarium eisdem Regularibus præcipi posse. Quod si de facto præceperint, Regulares neutiquam ipsis Episcopis obedire teneri: verum quoad concio-

3. *Festa ab omnibus seruanda.*

nes & lectiones, quas ijdem Regulares ad populum habuerint, debere se conformare Euangelijs & Epistolis, quibus Clerus sæcularis vtitur illis diebus festis. similiter censuras & interdicta obseruare tenentur. *d.c.*12.

Circa festi principium & finem seruanda recepta consuetudo: vbi autem à vespere incipit, excusantur barbitonsores in vigilia laborantes. concessione Eugenij IV. *secundum Nauar. Sa. V. fest.* § *fin.*

De mutatione Calendarij ob festorum turbationem per Ecclesiam facta, per regem recepta, anni etiam computatione à Kalendis Ianuarij incipienda, operibus mechanicis festo die vetitis, atque itidem nundinis consuetis in antecedentem, aut sequentem diem reijciendis, ex Principum nostrorum edictis plenius egimus *in Notitia iuris Belgici. h.t.*

4. *Memoria Victoriæ Corinthiacæ.* Gregorius XIII. primam Dominicam Octob. perpetuo sacram esse voluit memoriæ victoriæ Christianis concessæ contra Turcam, Ioann. Austriaco Belli sacri socialis duce in sinu Corinthiaco, vbi post quatuor horarum pugnam 180. triremes captæ, combustæ 20. submersæ totidem, 25. millium Turcarum occisa, 20. millia Christianorum à seruitute vindicata. Inueniet qui veteres annales excusserit, pene omnia encœnia, amburbaliaque, quæ plurima sunt Belgarum, ex similibus causis instituta.

Iudicia in ferijs cessant. *c.*1. *& vlt. x. h.t.* vbi id quidam referunt tantum ad cognitionem causæ, qua Iudex occupetur; adeoque admittunt decretum Iudicis, quo citatio mandetur, executionemque nuntij fieri die feriata ad non feriatam. *Gail. l.*1. *obs.*53. *num.*5. sed si causa legis, veneratio vtique festorum, consideretur; quæ iubet à strepitu iudiciali, atque ab huiusmodi abstinere; *d.c. vlt.* sub hac vocula *huiusmodi* recte, & decretum citationis, & executionem nuntij comprehendemus: esto, illud sit extra iudiciale; & hæc facti: *vt ait Gail.* cum etiam apparitorem lex vlt. à facto, & horrida voce præconem velit cessare. & propterea praxis nostra huiusmodi opinionem non facile recipit. vt neque eam citationem admitteret pro valida, quæ in ius vocaret in diem festum expressum. *d. l. fin. C. h. t.* quamuis canonistæ arctare velint citatum ad sequentem diem, non feriatam. *arg. c. cum dilecti. x. de dol. & cont.* sed locus ille hac de re non agit; sed tantum id explicat, mandato citationis duo contineri; vt citatus Iudici se præsentet, & ad fixum diem veniat: cum porro hoc fieri non potest, non tamen prius hoc cessare: adeoque venire teneri cum demum poterit. Ideoque ex praxi citationum literis salutaris hæc clausula inseri solet; *vt si dies in quam fit citatio iuridica non fuerit, compareat citatus proxima iuridica sequenti.* Sic tolerari potest decretum citationis, vt quis octauo post illius executionem die comparëat, & is feriatus fuerit *l.*2. *in fin. D. si quis in ius vocat.* vt credatur error facti esse, qui capiet interpretationem d. c. *cum dilecti* vt citatus proxima iuridica comparere debeat, quando autem expressus est dies festus, tunc præ se fert iuris errorem contemptumue. qualis expressio etiam sententiam annullat. *l.*2. *C. quando prouocare non est necesse.*

(∴)

DE

DE PLVS PETITIONIBVS.

NOn seruari c. vn. *de plus petitionibus*, neque petirorem in expensas damnari, si non totam intentionem probauit, sed partem, reusque nihil obtulerit, tradit Bugn. *leg. abr. l. 5. cent. 61.* quin ipsum reum nihil offerentē damnari in expensas traditur à practicis. & ita vsus hic etiam habet. tamen si quis exequendo in quantitate erraret, pro vno puncto omnes expensas, damna & interesse, ob pignora male capta, lueret. salua actionis reintegratione. *l. 1. C. si aduersus rem iudicatam.* hæc enim iniuria quæ in facto consistit, illa maior est, quæ in errore verborum versatur.

DE CAVSA POSSES. ET *Propriet.*

POssessoriæ rerum spiritualium controuersiæ mero iure ad forum Ecclesiæ omnino spectant quod vel ipsi Franci fateantur oportet, qui ea propter à Martino V. priuilegium impetrarunt, quo iudex sæcularis ijs ingerere se posset. quod recitat Guid. *Pap. qu. 1.* Sed, vt exempla pronam habent sequelam, eorum etiam qui actionum causas non excutiunt: ita etiam alij qui eiusmodi priuilegium non sciuntur habere, priuilegiariorum vestigia sequuntur. Igitur & hic possessoria iudicia retinendæ & recuperandæ, ad iudicem secularem trahuntur, præsertim post Concordata an. 1541. siue agatur de possessorio Beneficiorum, decimarum, iuris patronatus, vel aliorum iurium & quæstio in possessorio suspendit petitorium, nisi quæstio petitoria esset contestata coram iudice spirituali contra intentantem possessorium. 1. *Retinendæ & recuper.*

Interdictum vero † adipiscendæ iudici spirituali relinquitur per Concord. Brab. §. *Articulus.* prout Guido Pap. q. 1. *de possessorio*, inquit, *adipiscendæ hac Curia (Gratianop.) in Beneficialibus non consueuit cognoscere.* vt & Bull. Marr. quam ibi refert, loquitur de retinendæ, quod & recuperandæ complectitur, iuxta generale remedium can. Reintegrandæ. quanquam disputat Griuel, & ex Concordato Caroli V. & Archiepiscopi Bisuntini adhuc sub iudice lis est, an competat sæculari cognitio recuperandæ: sed tamen is est in vsu, *Griuel Dol. decis.* 128. sed non in acquirendæ. Idque non sine summa caussa: nam sola ratio cur in Beneficiarijs in possessionis cognitionem se intromittere iudex sæcularis possit, cum & obiectum & subiectum sint Ecclesiastica, hæc est; quia possessio plus facti habet, quam iuris; atqui in adipiscenda nihil dum facti est, sed disquisitio solum iuris versatur. Anton Fab. *in Cod. Fab. l. 3. t. 7. def.* 1. adipiscendæ de iure ad sæcularem spectare posse negat, quia sapit naturam petitorij: & ita Senatum Sab. iudicasse. quod vt elidant aliqui, asserunt se accipere possessionem iuris, coram notario cum in rem ire non possint. at quid hæc ipsa possessio est, nisi ius ipsum? Quod ea in re tamen Conc. Brab. non obseruat, sed & huiusmodi adipiscendæ quæstiones recipit, & decidit. sed nimirum nemine 2. *Adipiscendæ.*

excipiente, præſertim Prælatis, qui ſuam iuriſdictionem queri poſſent imminui. quod vt recipiatur quando poſſeſſio per Capitulum, Archidiaconum, ſeu ad quem alium ſpectat, data erit, per inſtallationem, traditionem Miſſalis, bireti, ſeu alterius ſigni, per quod cenſeatur rerum facta apprehenſio. vt in Gallia & alibi gentium per aditionem hæreditatis poſſeſſio rerum omnium in ea fingitur apprehenſa. *Le mort ſaiſit le vif*, etſi de iure poſſeſſio facti non tranſiret ad hæredes: ſed iuris quidem, & quæ interdictis etiam defenderetur; *Buſ. ad l. 11. num. 6. D. de lib. & poſt.* non tamen ſingularis ſucceſſor: (vt ſunt omnes in Beneficijs, quia nec ius ab anteceſſore ſed collatore acquirunt) ſine ſingulari apprehenſione eodem iure vtitur. Non igitur & poſſeſſio coram notario acquiritur per ſigna, niſi & in rẽ eatur; tum porro prodeſt: quia non clam tunc, nec vi, aut precario aditur, atque eo caſu vtpote facti, coram ſæculari diſputari poteſt. Idem Concil. Brab. habet procedendi modum idoneum in † ſuis ordinationibus *artic. 438. & ſequen.* quoad poſſeſſoria litibus abbreuiandis, quod in dictis Concordatis promittebatur. Imprimis quod poſt annum non dabitur interdictum recuperandæ; ſed reintegrandæ remedium tantum, quod ſummarie & breuibus ac peremptorijs terminis peragetur: ſic vt qui in ſuo termino nõ exhibuerit ſuas ſcripturas, ei abiudicabitur liticula vindiciarum, ſeu recredentia; quod non ſeparabunt aduocati quæſtionem recredentiæ à pleno poſſeſſorio: tametſi Senatus iuxta inſtructionem cauſſæ pronunciando eam ſeparare poſſit, & ſententia recredentiæ executionem habebit ſub cautione, & poſſeſſorium donec iudicatum & executioni mandatum ſit, etiam quoad expenſas, ſuſpendet petitorium; intellige iuxta ſupra ſcripta Concordata, niſi cauſſa in petitorio conteſtata ſit. Denique ſi quis pendente lite reſignarit; aut ius ſuum ceſſerit in poſſeſſorio, ſuccumbet; ſcilicet niſi Principis Diploma obtinuerit reſignatarius, ſeu ceſſionarius: quo in locum & poſſeſſionẽ reſignantis ſurrogetur. *Pap. lib. 8. Arreſt. tit. 17. art. 1. & ſeq.* Principis porro hæ litteræ tantum ad poſſeſſionem ſpectant: vt autem quis in ius ſurrogetur, & titulum Canonicum habeat à Summo Pontif. ſeu eo ad quem ſpectat, impetrari debet. *Anton. Fab. Cod. l. 1. titul. 2. def. 67. 69.*

3. *Modus procedendi in poſſeſſ.*

Extat Regul. Cancellariæ, quæ vſu † hic recepta eſt, vt qui ipſe, non computato tamen tempore prædeceſſoris, per triennium fuit in poſſeſſione cum colorato ſaltem titulo, debeat defendi in poſſeſſorio, & petitorio in eo Beneficio. Quare habens collationem, ab Epiſcopo in Beneficio patronatus laicalis manutenetur, etſi patronus non ſit requiſitus. ſi tamen beneficium qualitatem requirit, eam non habens non gaudebit Beneficio regulæ. *Charond. l. 13. Reſ 10.* talis enim pro intruſo habetur, vt & qui à patrono impetratum ſine alia inſtitutione poſſidet, & fit inhabilis ad alia, adeo vt ſi alia impetrauerit à Papa non facta mentione talis intruſionis, non valeat impetratio. *ex Cong. Conc. Serol. V. intruſ. §. 2.*

4. *Triennalis poſſ.*

Qui prouiſus eſt † à ſede Apoſtolica, nõ poteſt poſſeſſionem adipiſci, niſi literis in forma expeditis. *extrauag. Commun. iniunct. de elect. quæ fuit innouata per Iulium II. Iulium III. Paulum III. Pium IV.* cum ante Bullarum expeditionem gratia ſit informis, nec aliter gratia prouiſo ius facit, quam prouidens vult. *vid. Quar. v. Benef. poſſ.* hinc & Serol. *pr p. 1. v. Bulla,* refert declarationem ſacræ Congreg. vt neque ex antiqua conſuetudine id liceat: & aliam qua Epiſcopo Lucenſi reſponſum eſt, vt priuet qui ita obtinent, adhibitis Vicarijs, qui inſeruiant Eccleſiæ, donec &c.

5. *Poſſeſſio Bullis demum expeditis ineunda.*

Cæterum refert & aliam † declarationem ſacræ Congreg. qua dictum ſit, quod præ-

ſentatis & inſtitutis ſufficiat, ſi aliunde conſtet de dicta Inſtitutione: niſi inſtituti obligati fuiſſent leuare Bullas Apoſtolicas; tunc enim eis obſtat d. Bulla Iulij III. debent enim Beneficiati etſi non parti etiam triennales iudici ſeu Ordinario petenti exhibere titulum. & ita intelligit Serol. *vbi ſupra* §. 5. declarationem Cardin. generalibus verbis, & facit exceptionem in decennali, quaſi tolerantia tam diuturna ordinarij titulum ei parauerit.

DE RESTITVTION. SPOLIAT.

Spoliatus etiam prædo reſtituendus eſt. etiam ad beneficium. nihil retardante exceptione, quod non ſit canonice inſtitutus. *c. in lit. x h. t.* etiam à iudice ſpoliatus, ordine iuris non ſeruato. *c. conquerente in fin. x. h. t.* ſi tamen renuntiauit beneficio, idque probetur ſponte, nullo metu, aut vi actum, ante vllam ſpoliationem non reſtituitur: *c. 3. x. eod.* ſi autem poſt ſpoliationem renuntiauit, ſtatim reſtituitur, etiam antequam admittatur pars ad probandũ, quod ſponte renũtiauerit. *c. 2. x. h. t.* in carnali matrimonio, ſi prompte conſtat de conſanguinitate, non fit mulieris reſtitutio. quamquam in hoc dubia ſunt reſponſa *c. 13. x. h. t.* ſæuitia etiam mariti vxoris reſtitutionem impedit. *c. 8. x h. t.*

Vt ergo quis beneficio priuetur & delictum requiritur, cui illa à iure pœna ſit impoſita, *c. inuentum. 16. q. 1. c. 1. & ibi gloſſa de capellis monach. in 6.* illudque manifeſtum: *c. nos in quemquam. 2. q. 1.* nec Iudici creditur id ſine actis aſſerenti: *c. ſi tantum c. placuit. 6. q. 2.* denique vt ordo iuris ſeruetur: *c. 7. h. t.* quamuis in edicto ſit clauſula; *contradictores compeſcendo*, aut ſimilis. *Rom. conſ.* 482. nec enim ſub fiducia Magiſtratus fieri quidpiam contra ius permittitur. l. nec magiſt. D. de Iniur. quin imo permittitur de facto iniurioſe procedenti de facto reſiſtere. *l. prohibuit. C. de iur. fiſci l.* 10. ſed id de facto, inquam. nam ſi aliqua ſpecies actorum iudicialium obtenditur, vix recipietur, vt de facto liceat reſiſtere, ſed ſuperiorem adire oportebit, à quo quia ſæpe in negotijs Eccleſiaſticis tarda prodit remedij efficacia; praxis nonnullibi indulſit recurſum ad tribunalia ſæcularia, ad vim arcendam. qui eo ſaltem caſu probari poteſt, cum ius permittit aduerſus Magiſtratuum iniuriam de facto defendere, quando minus periculi habet regia protectio.

DE DOLO ET CONTVMACIA.

Litigantium temeritatem compeſci vult Innoc. *in cap. fin. litibus h. t.* per condemnationem † in expenſas, vel iudicis arbitriũ, ſi non ſit ſoluendo. Quod tamen ceſſat eatenus, vt in corpus nõ puniatur, qui nihil in bonis habet. *Bugn. leg. abr. l. 1. ſat.* 90. Calumniatores olim decimam litis partem refundere ſolebant, quod obſoletum Iuſtinianus reduxit, ita vt decima litis pro expenſis refunderetur, *Nou. 112. cap. 1.* quod nec hodie obtinet, 1. *Expenſæ ob temeritatem, aut contumaciam, infligendæ.*

 poſt

post Angel. Busius ad l. 1. *num.* 7. *D. de his qui not. inf.* & certe nimis frequens in forum irrepsit ex qualicumque quadantenus iusta caussa litigandi compensatio expensarum. quam Principes Belgij *edicto suo de administrat. Iustitiæ* sustulerunt, *ann.* 1611. *art.* 9. non admissa d. caussa, nec vicinæ consanguinitatis: nec alia nisi valde graui, sub grauamine conscientiarum iudicum. quod expediret in Curijs Ecclesiasticis similiter seruari, & in Stat. Cur. Prouinciæ Mech. præcipitur.

2. *Missio in bona.* Contumaces per † missionem in bona ad iudicium coguntur, & ex Nouella 112. & Nouella Leonis 108. etiam lite non contestata, post tria edicta, etiam intra annum definitiue condemnari possunt, probata tamen aduersarij intentione. quod moribus passim obtinuit. *Busius ad l.* 73. *D. de iud.*

3. *Contum. restit.* Contumacibus † sponte non inuitis redeuntibus ad iudicem intra annum, relaxari sententiam permittit Pius V. quod ante Pius IV. ad semestre tantum restrinxerat, ne post plures annos cum forte probationes exciderint, tantum comparentes, punitionem criminum euadant. *P. Mat. S. D. l.* 2. *t.* 6. *cap.* 1. 2. & capitaliter damnati non audiuntur nisi citatis occisi, seu male excepti hæredibus. *Pius V. Const. refert P. Matth. l.* 5. *t.* 8. *c.* 8.

4. *Contumax non habet ius reuocandi domum.* Contumax iterum citatus non potest † postea declinare, quia contumacia facit litem pro contestata haberi, & huiusmodi exceptio ante contestationem opponenda est, nisi notorie ad iudicem citatus non pertineat *Ant. Fab. Cod. l.* 3. *t.* 12. *d.* 3. 4. *decis. Cur. Holl. dec.* 27. & in his locis tribunalia seruant, & Curiæ Ecclesiasticæ sub Archiepiscopatu Mechliniensi.

Et fere totius Belgij mores contumaciam ita plectunt, vt pro prima vice à declinatoria, pro secunda à dilatoria, & pro tertia ab omni peremptoria exceptione submoueanr.

VT LITE PENDENTE NIHIL *innouetur.*

SI lite pendente super beneficio alter moriatur ante litem finitam non potest procedi ad nouam prouisionem. *c.* 1. *h. t. in* 6. similiterque cedente vel decedente altero non potest nouari ante finem litis cum altero *c.* 2. *ib. Clem.* 1. *Vers. si vero eod.* atq; inde nata est regula 18. Cancellariæ *de subrogandis inuicem collitigatoribus*: vt nullæ impetrationes valeát infra mensem cũ aliquem à Papa surrogari contigerit: dummodo collitigans nec intrusus fuerit, nec pacifice possederit per triennium ante litem. si enim iam infirmo, seni ad mortem vergenti, lis mota fuerit, spe subrogationis postmodum impetrandæ, frustra illam postulauerit. vt & is qui per priuationem, amotionemue etiam per definitiuam beneficium obtinuerint, ac desuper litigauerit, dummodo definitiua non transiuerit in rem iudicatam.

(***)

DE

DE SEQVESTRATIONE.

Pius IV.† constitutionem edidit 26. Octob. 1560. qua mandat sequestrari fructus beneficiorum per reseruationem, à sede Apostolica in suis mensibus, & simul ab Ordinarijs collatorum, *de qua re latissime Gonçalez §.7. proem. ad Reg.8 Cancell. Quar. V. sequestr.* & Pius V. aliam Const. edidit, qua derogat statutis disponentibus, quod Capitula percipiant beneficiorum litigiosorum fructus: *refert Quar. ibid.* sed mandat deponi pro victore apud personam idoneam à iudice eligendam. Alioquin sequestratio † indici de iure non solet, nisi quando recredentia pro neutra parte terminari nequit; alioquin post sequestrationem non amplius super recredentia, sed super pleno possessorio tantum ius dici debet, nisi noui tituli proferantur. *Ant. Fab. in C. Fab. l.3. t.7. def.2.* ex Concordatis Brab. §. item; *Prælati habebunt fructus beneficiorum litigiosorum secundum antiquam consuetudinem præscriptam, donec sententia definitiua possessoria pro altero collitigantium lata fuerit: quo casu Prælati vel Episcopus, nullum ius in fructibus antedictis poterunt prætendere, quanquam ratione illaudabilis deseruituræ seu temerariæ absentiæ possit talis manutentus à suo superiore puniri, dummodo tamen hoc in fraudem non fiat: vbi & alia quæ eo spectant*: in quo iure seu illius possessione iam ante ob antiquam consuetudinem, ex arresto supremi Senatus Brab. Episcopus Cameracens. manutentus fuerat 12. Iulij 1530. & ante sub Maximiliano & Philippo 11. Iulij 1490. idem de fructibus beneficiatorum etiam studij aliaue iusta causa absentium, sine Episcopi licentia, aut vniuersitatis testimonialibus iudicatum per arrestum Parlamenti Mechli. 23. *Ianu.* 1475. *pro Episcopo Cameracensi contra Capitulum Antuerp.* Quamuis Clement. vnic. *h.t.* statuerit, vt si super beneficio, quod neuter per triennium pacifice possedit, in Curia Romana in possessorio vel petitorio vna definitiua contra possessorem sententia lata foret, beneficium & fructus sequestrarentur apud personam idoneam quæ deductis oneribus restitueret illi, qui finalem in causa victoriam obtineret, impedientes pœnis coercebat: &, si foret collitigans, vt causa & iure suo caderet. loquitur Clementina de Curia Romana, & sententia contra possessorem, non aliâs. *glossa ibid. in V. contra.* In statutis Curiarum Ecclesiasticarum sub *Archiep. Mechl. ti. de App.* cautum est, vt post 1. etiam sententiam fructuum perceptio victori concedatur in beneficialibus aut apud 3. personam sequestrentur; quodque id vlt. semper fiet quando neuter residebit.

1. *Sequestratio collatorum à Papa & Ordinar.*

2. *Sequestrati fructus cui cedant.*

DE CONFESSIS.

Confessi crimen carcerati, vt non relaxentur nisi parito iudicato, nec sufficiat cautio etiam si pecuniaria tantum pœna damnentur, Paul. IV. & Pius V. decreuit: *ref. P. Matth. S.D. l. 2. t.5. cap.1.* & exequi iudex pœnam possit, non obstante appellatione aut inhibitione, *idem Pius apud P. Mat. ibidem cap.3.*

1. *Confessi sub cautione non relaxandi.*

DE

DE PROBATIONIBVS.

CVm pares sunt probationes pro reo pronuntiatur. *c.3.h.t.l.125.D.de reg.iur.l.5.32.42.D.de pœn.* alioquin pro reo qui probat plenius. *c.9.§.ex promiss. h.t.* ideoque & aduersus reum si testibus fide dignis conuictus sit: quamuis purgare se voluerit suo, & aliorum iuramento. *c.12.x.h.t.* vbi tamen quod dicitur, dum potest affirmatiua criminis probari, negatiuæ probatio recipienda non sit; intelligendum est, de huiusmodi iuramento purgatorio, consuetudine seu lege regni Daciæ, quæ ibi improbatur, recepto: non autem si negatiuæ probatio indirecta per testes fieri possit: v.g. accusatum tempore commissi delicti alibi fuisse. *c.ex tenore.x.de test.* quod vsu sane vbique receptum est.

Notorium attendit Iudex, etiamsi non allegetur à partibus. imo quamuis negetur: quoniam huiusmodi negatio non reddit dubium aliquid, si est notorium. *c.super eo.x.de test.cogend.* sed tunc notorium accipiendum est pro euidenti. *vt in c. euidentia. x. de accusat. c. de manifesta.2.q.1.*

1. *Mercatorum libri.* Quantum Mercatorũ libri † probẽt varie disputatur, & distinguitur. Paulus III. *Bull. incip. dudum* decreuit, vt probarent vsque ad summam Ducatorum 20. & Pius IV. *Bull. inc. volentes,* vsque ad 30. His in locis largius eorum fides patet; spectat tamen ad iudicis arbitrium, ne si quis in immensum eam extendat, vtilitati mercaturæ fraudi sit.

2. *Piorum locorum.* Carol. V. 10. Octob. 1522. sanxit † vt Ecclesiasticis ius dicatur quoad census eorum & reditus, non prolatis etiam seu deperditis litteris constitutionis, super eorum libris, rotulis censualibus, registris, cõputibus, & similibus monumentis, & non paucis nihilominus speciales litteras eiusmodi concessit, vt monasterio S. Michaelis apud Antuerp. Cal. Octob. 1531. Quædam quæ huc spectant supra tetigimus *t. de libel. oblat.* vti & *tit. de foro compet. & tit. de testam.* quoad sanctionem Principis nostri anni 1611. de non recipiendis probationibus per testes, in negotijs excedentibus 300. flor.

Sublatam esse per pragmaticam sanctionem, & concordata in Gallia Clementina *literis de prob.* vt nec pontificum narratiuis literarum verbis, quæ incuria acciderint, super quibus gratia fundatur vel intentio ipsorum, stetur. Bugn. *leg. abrog. l.2. sect. 237. sect. 144.* asserit.

DE TESTIBVS.

1. DE qualitate testium contra Episcopum quid ex nouo iure statutum sit alibi diximus, sed & id moribus passim obtinuit, vt testem iudex non repellat, nisi quid ei pars opponat, alias suspectus habetur. *Busius h.t. ad leg 3.§.1.& 2.*

2. Quod Innocent. *in cap.1.x.de iur. calumnia, alijque* scripserunt, quod clericus siue Episcopi, & Monachus, siue Prælati licentia testimonium dicere non possit: non obtinet in Gallia: nisi forte in caussa criminali vt dispiciant an forte, periculum esset incurrendæ irre-

irregularitatis. *Bugnion. leg. abrog. l. 2. sect.* 150. sed apud nos religiosiores non solent inconsulti superioribus testimonium dicere.

Vetatur cap. 1 *hoc t.* ne quis testimonium dicat nisi ieiunus. Id quod tamen hodie non seruatur. credibile est ob iudicum occupationes & litium infinitudinem. reijciendi sunt tamen testes, si quid tantum sumpserint, vt firmiter omnino cerebro non constent. 3.

Quæ in c. fin. *de test. & apud Panormitanum & alios ibidem* docentur, testem accusatum facinoris nondum damnatum capacem esse testimonij, sed effectum suspendi donec de veritate constet, per finem litis, non seruatur in Gallia. *Bugnion. leg. abrog. l. 3. synt.* 14. sed requiritur damnatio, antequam repudiari possit, eiusque per sententiam probatio, non per testes criminis. *Idem l. 2. sect.* 114. sed apud nos ius scriptum seruatur. longe æquius: quotusquisq; enim hodie damnatur ex ijs qui criminum rei sunt, quorum improbitas in necem damnaue innocentium hoc modo gliſceret. 4.

Quantum autem derogatum sit per constitutiones regias in Gallia, & locorum consuetudines *cap. præsentium. c. cum venisset. c. series. c. cum causa. c.* 15. *cap.* 31. *x. h. t.* recenset Bugn. *leg. abr. l.* 1. *sat.* 108. *l.* 2. *sect.* 112. *l.* 6. *collect.* 81. 5.

Præcipit serio Concil. Trid. *s.* 13 *c.* 7. vt testes aduersus Episcopum in causa criminali non nisi contestes, & bonæ conuersationis, æstimationis, & famæ fuerint recipiantur. Et, si odio, temeritate, aut cupiditate aliquid deposuerint, grauibus pœnis mulctentur. vbi est animaduertendum, quod alij ne recipi quidem possint. quod praxis in alijs vix seruat: sed repulsarum & exceptionum causæ partibus integræ quidem seruari solent, audiri tamen illi, qui non sunt omni exceptione maiores. & Iudices quidem postmodum despicere, quantum cuique fidei dandum, derogandumque sit, quod decretum, & si de Episcopis tantum loquatur, suo tamen modo transferendum est ad cæteros superiores: ob participationem causæ, quæ capite præcedente ibidem allegatur: & id conficit saltem, vt vrgentiores probationes aduersus superiores, quam alios, eiusdem quamuis gradus, requirantur. 6.

In causis matrimonialibus siue de coniungendo siue de dirimendo matrimonio agatur parentes, fratres, & cognati, vtriusque sexus admittuntur. *c. videtur. x. qui mat. accus. poss.* vbi & causa datur, quod alij melius genealogiam scire non possint. quod vero legitur; *pater non recipiatur in causa filij, nec filius in causa patris; in criminalibus causis, & contractibus verum est. In matrimonio vero coniungendo vel disiungendo ex ipsius coniugij prærogatiua, & quia fauorabilis res est congrue admittuntur. d. c. non videtur.* 7.

Vt ea sit generatim regula in fauorem matrimonij, vt sonant vltima verba; quod autem *in c. super eo* 22. *x. de test.* dicitur matrem super matrimonio filiæ non esse aliquatenus admittendum in testem, exceptionem habet ab hac regula, vbi vir superior est diuitijs, & nobilitate, potentia, vel honore. quia cum mater filiæ incrementum & honorem videatur diligere, testimonium eius esset suspectum, & ideo non admittendum. tametsi in matrimonio impediendo mater recipiatur: in dissoluendo non sufficiat. *Ibidem. vide vt dicimus infra t. de paroch. n.* 7.

Testes secundum interrogatoria partis etiam examinatur. *c.* 2 *§. testes h. t in* 6. quod in foro ecclesiastico vsitatissimum est: in sæculari non vbique seruatur. vt Iudici fidem faciant coram ipso iurant: si ad eum adduci non possunt ad ipsos audiendos mittit personas

idoneas. *c 8. x h t.* vel committit Iudici territorij *l. Iudices. C de fide instrument.* si causa non fuerit criminalis. *auth. apud ibid.* & iurant præsente parte. *c. 2. x. de test.* de veritate dicenda semotis affectibus. *c. 5. 39 si x. eod.* nisi iuramentum remmittatur à parte *d. c. 39.* de forma iuramenti diximus *in Not. Iur. Belg. h. t.*

DE TESTIBVS COGENDIS.

ADeo testis officium est necessarium, vt pro conseruatione iustitiæ ad testimonium cogatur inuitus. *c. 2. & tot. tit. x. de test. cogend.* etiam in causa criminali. 4. 5. 8. *c. 9. ibid.* nisi forte socij criminum fuerint à quo rursus excipitur societas coniurationis *c. 10. & 11. ibidem.* & clerici etiam, qui negocijs sæcularibus immisceri non debent. tamen, cum probari alias res gesta non potest, audiuntur. *c quamquam. 14. q. 2.* nullatenus tamen in causa sanguinis, nisi pro reo possunt testari. *c. super ibid.* vbi tamen testantur, *de prouidentia,* inquit, *d. c. quamquam proprij Episcopi sit, vt aut coram se, & competentibus Iudicibus, aut aliter honorifice veritatem extollant.* ideoq; non male superiores in danda licentia testandi iuramentum coram se præstari volunt à clericis. quod non videntur honorifice ab ijs præstari in manu laici. alij tamen Iudices sæculares aliquando ea forma non sunt contenti. *vid. Gail. l. 1. obseruat. 100. num. 16.*

DE FIDE INSTRVM.

PRobatio sicut per testes Iudici est facienda, sic & per instrumenta: eaque integra ei exhibenda. *c. 5. x. h. t.* aduersario autem tantum quoad illud capitulum, super quo litigat, ne cauilli & plura litigia per id fulcitentur. *ibid.* in materia tamen exemptionis integraliter literæ Episcopo exhibentur, transsumptum autem illius capituli tantum traditur. *c. cum persona de Priuileg. in 6.* si etiam ad dissitum Iudicem sit periculosum mittere coram Iudice loci, in loco securo & congruo inspiciuntur, cum solemnitate quæ tamen 12. testium numero sit contenta. quam tamen solemnitatem nunquam vidi vsu seruatam.

DE IVREIVRANDO.

1. *Quale inhibitum.* GRegorius XIII. † *Const. Inter, Non. Septemb.* 1584. districte prohibuit ne vlla iuramenta exigantur, aut præstentur illicita, iure impossibilia, damnosa libertati Ecclesiasticæ, aut decretis Concil. Trid. obuiantia, sub pœna excommunicationis, interdicti, inhabilitatis quoad obtenta, & obtinenda respectu exactorum, & priuationis vsus, commodi & gratiæ, cuius caussa iuratum erit, respectu præstantium.

Non obseruari cap. 1. *& cap. cum causam x. de iuramento calumniæ* asserit Bugnio. *leg. abrog. lib. 1. sess. 33.* vt de calumnia non iuretur, nisi alterutra parte petente. quando omnino præstandum est.

Solet

Solet iurari ad sancta Euangelia per Monachos etiam & clericos, hodie manu ad pectus apposita in verbo sacerdotis dicendam suscipiunt veritatem, Bugn. *lib.3. synt.131. leg. abr.*

Si quis deferente aduersario iurauit, aduersarius non auditur probare volens periurium. Imper. tamen Carol. V. Constit. Imper. 107. contrarium statuisse videtur. *vt refert Schneiduin. Inst. de Act. §. item si quis postul n.116.*

Ad vitanda periuria † legibus Hispanis, Lusitanis, & Burgundis cautum est, ne contractus medio iuramento fiant. *quas citat Busius ad l.1. num.17. D. h. t.* feuda tamen, quasi magis beneficia, quam contractus esse debeant, consueta iuramenta retinent. Absolutio à iuramento his in locis à solo iudice Ecclesiastico petitur, si læsio ex contractu prætendatur: cuius cognitionem Ecclesiasticus pluribus in locis retinebat; nunc in plerisque effectus absolutionis ad agendum coram sæculari retrahitur: alicubi iuramentum non attenditur, si est læsio, quasi nullum sit: cum non habeat comitem iustitiam. Sic iuramentum de soluendis vsuris non obseruatur in Gallia, vt prius vsuræ soluantur, & postea repetitio detur: sed recta via iudices etiam seculares annullant contractus, & quæ inde dependent. *Bugn. leg. abr. l.1. sat. 128.* sunt & aliqui qui absolutionem à Principe sæculari peti posse credant, quod an congruat c. nouit, *de iud.* & moribus suæ Prouinciæ, quisque expendet. 2. *Non infirmandum contractib.*

Memineritque religiose in obligatione & solutione iuramenti versandum esse, non in vanum assuendum esse nomen domini, nec vane dissuendum esse, quod dominico nomine est pactum.

DE PRÆSCRIPTIONIBVS.

PAulus III. *Bulla inc. cum sicut*, & Pius V. *Bulla inc. cupientes*, constituerunt, vt familiares & seruitores Prælatorum † salaria pro biennio tantum petere possint, & infra annum à die obitus eorum. similia in his ditionibus Principes nostri constituerunt, & speciatim Philippus II. 5. Martij 1571. sanxit ne redituum cessi canones plures quam trium annorum exigantur. sed vix alicubi hæc obseruantur. 1. *Præscript. salariorũ.*

In Francia non seruari cap. fin. *x. de præscript. cap. possessor de reg. iur. in 6.* vt præscribens nullo tempore habeat conscientiam rei alienæ, sed præscriptiones 30. vel 40. ann. procedere etiam cum mala fide asserit Bugn. *leg. abr. l.6. c.109.* quod aliqui reciperent in foro externo, ob finem publicum extinguendarum litium, securi tamen in foro animæ non sunt præscribentes. tamen & Papon. refert *Ar. l.12. tit.3. art.21.* huiusmodi præscriptionem per duo sæcula continuatam, ob scientiam rei alienæ esse irritatam.

Præscriptio an in regnis locum habeat, an æternæ sint illorum vindicationes? disquisiuimus *in Hiatu l.1. c.15.*

(∴)

DE SENTENTIIS ET RE *Iudicata.*

IVdices, inquit l.2. *C.de sent. ex breuic.* quos cognoſcendi & pronunciandi neceſſitas tenet, non ſubitas ſed deliberatione habita, poſt negotium ſententias ponderatas ſibi anteforment, & emendatas ſtatim in libellum conferant, ſcriptaſque partibus legant. Illud quidem iudicibus omnibus grauiter incumbit, hoc autem vt ipſi ſcil. iudices ſententiam pronuncient, quod & cap.fin.*hoc tit.in 6.* iubet, non vſquequaque ſeruatur. *Bugnion.leg.abrog.lib.1.ſat.139.* ſed ſcribæ vel actuarij iudicum legunt. In his tamen locis d. c. fin. *& d.l.2.* 1.3. ita ſeruatur in curijs Eccleſiaſticis, vt tamen Epiſcopi per alium recitent inter ſuos ſubditos, vt dicit authent.*niſi breues C.de ſent.ex breuic.recitand.* propter dignitatis prærogatiuam *vt dicit d.c fin.*

Executio ſententiæ aduerſus clericum ita facienda eſt ne egeat, aut mendicet : eius mobilia turpiter, ne ſubhaſtentur, aut ipſe excommunicetur.*vt diximus de ſolut.* quin etiam clerici ſtipendia & præbendæ ſunt ab executione exemptæ : ſi alia bona habet, alioquin non:*c.2.x.de fideiuſſ.* ſicut & militum ſtipendia, nõ tamen ex indicato:*l.ſtipendia.C.de exec.rei iudi* non ſpes præmiorum.*l.ſpem eor. C.Quæ res oppug.poſſ.* neque ob debita carcere macerantur. neque Priuilegio huic & ſimilibus derogauit Concil. Trid.*ſ.24.c.5.* dum executionem per diſtrictionem perſonarum, fieri mandat, quia intelligitur in ijs, qui à iure prehendi permittuntur.*Gutter,de iuram.confirm.p.1.c.17.n.9.*

DE APPELLATIONIBVS.

1. *Abuſus appellantium.* NOn male S.Bernard.*l.3.de conſider.cap.4.* dicit quoſdam † appellare non quia grauentur, ſed vt grauent, vnde remedium iuris transferunt ad calumniam. *Appellaſſe,* inquit, *iniquum eſt; inique appellantem impune tranſire, iniquarum appellationum fomes : iniqua autem omnis appellatio, ad quam iuſtitiæ inopia non coegit.* Quæ ex cauſſa ſalubriter Concil. Trid.*ſeſſ.22.c.7. de ref.* ordinauit vt ab omnibus Legatis, Nuncijs S.ſedis, Metropolitanis, alijſque ſuperioribus iudicibus Conſt. Innoc. IV. *relata in cap. Romana de appell. in 6.* in admittendis appellationibus ſeruetur. quod ab interpretibus productum eſt etiam ad appellationes Romam emiſſas.

2. *Iudicis, à quo, & ad quem.* Ea conſtitutio eo vergit; † ne ſuperiores appellantibus nimium tribuant ſui cauſſa, neque inferiores nimis parum ex ea ipſa. *Appellatur,* inquit D. Bernard. ibidem, *de toto mundo ad te : id quidem in teſtimonium ſingularis primatus tui, attamen ſi ſapis, non primatu gaudebis: ſed fructu &c. vtinam cum oppreſſus clamat, ſentiat oppreſſor, & non ſuperbiat impius, vnde incenditur pauper,* & infra : *Appellantur boni à malis, vt non faciant bona; & ſuperſedent à voce tonitrui tui formidantes. Denique appellantur Epiſcopi, ne illicita audeant matrimonia ſoluere, vel prohibere : appellantur*

me ra-

ne rapinas, ne furta, ne sacrilegia, & quæ huiusmodi sunt punire vllatenus vel prohibere præsumant. & cap. 5 *amator iustitiæ inquirit iustitiam, & prosequitur eam, porro omnem iniustitiam persequitur: nihil tibi, & illis, qui appellationes venationes putant.*

Idem Concil. Triden. *sess. 24. cap. 20.* prohibet † appellationes admitti nisi à definitiua sententia, vel ab habente vim definitiuæ, vel ab interlocutoria grauamen irreparabile continente, D. Bern. vbi supra c. 4. *appellandum,* inquit, *à sententia; ante sententiam improbe omnino præsumitur appellatio.* 3. *Quæ non admittenda app.*

Extra hos tres casus, neque appellationi deferendum, neque inhibendum Ordinario, neque si secus inhibeatur curandum *d. c. 20. c. 1. s. 13.* extat & bulla Gregorij XIII. desuper edita, adeoque obtinet, vt nec sine præiudicio cursus caussæ ad effectum deuolutiuum, mandari possit vt copia processus transmittatur. *Cong. Conc.*

Decretum Conc. Trid. *sess. 24. cap. 20.* videtur generaliter loqui in omni genere caussarum: alia porro loca videntur, aut loqui in casibus † aut correctionis *c. 1. s. 13. c. 10 sess 24.* aut alijs singularibus caussis, *cap. 1. 18. s. 23. ca. 18. s. 24. c. 13. s. 25* quamuis aliquibus videri posset loqui tantum in caussis primæ instantiæ, si stricte verba examinentur; & cum correctorium sit iuris antiqui, in proprijssimis terminis esse continendum, quasi hoc concessum sit fauori Ordinariorum, ob quem infinita etiam alia innouata sunt in dicto Conc. *vt habet Nauar. de offi. ord. Cons. 3. num.* 4. sed certe satius etiam in secunda instantia locum habeat, cum eius ratio etiam in illa militet, quæ, etsi verba non omnino conuenirent, eam extensionem facile debet impetrare. Sic Reg. Cancel. per Clemen. VIII. latæ nulla distinctione vtuntur, sed generatim huiusmodi appellationes vetant Reg. 36 Const. Greg. XIV. 1591. in c. Romanum; sed si damnum forte non sit perfecte reparabile per definitiuam, etsi ipsa quidem sententia reparari possit, dabitur appellatio. *Gail. l 1 obs. 129.* Enimuero quando appellari possit, vel non iuxta d. c. 20. late tractat Gonz. *ad Reg. 8. Canc. in Annot. ad gl. 9. à n. 175. vsq. 202. Riccius in prax. Appell dec. 505.* 4. *Vel in quibus caussis.*

Nulla porro appellatio † aut inhibitio attenditur circa decretum residentiæ aut sententiam, *s. 23. c. 1.* circa visitationem aut correctionem morum, *s. 13. c. 1. 23. s. 22. c. 2. s. 24. c. 10. Pius IV. apud P. Mat. 5. D. l. 2. t. 9. c. 6.* circa præcedentiam, *s. 25. cap. 13. de reg.* contributionem seminarij: *s. 23. c. 18.* concursum parochialem: *s. 24. c. 18. vers. nec predict. 6.* executionem decretorum Concilij Trid. *per bullam Pij IV. confirmatoriam Concilij, & sanctionem Clementis VIII. 16. Octob. 1600.* circa concubinarios *eadem s. de ref. c. 14.* circa notoria ac manifesta ex ipsa facti euidentia vel confessione, *c. cum speciali, § porro, de appell.* confessus enim & contumax non appellat, *C. quorum appellationes non recipiuntur.* 5.

De vero contumace lex *ibidem prima, l. 13. §. fin. D. h. t.* de confesso *c. 3. §. fin. autem h. t. in 6.* quoniam vt dicitur *in l. vn. C. de Confess.* confessus in iure pro iudicato est: in grauibus autem criminibus, quoniam deprehensum est aliquos tædio vitæ scelera confiteri, quæ numquam commiserint, oportet vt constet de corpore delicti, vt loquuntur, antequam condemnentur, & ideo lex 2. *C. quorum appell. non recip. & ibi DD.* requirere videntur vt cõfessus simul sit & conuictus ne appellare possint. *vide Maran. in spec. p. 6. act. 2 n. 292.* ideoque quando ad depositionem degradationem, & traditionem brachio sæculari faciendam agitur, procul dubio d. § *fin autem* exaudiendus est secundum *d. l. 2.*

Hæc tamen Concilij decreta Lopez. *ad pract. Diaz verb. Concubinarij lit. B.* intelligit † quando Iudex superior non iustificata appellatione, nec visis actis processus inhibere conten- 6. *Inhibitionem quid præcedat.*

contendit:ſed ſi poſt appellationem viderit delata acta, poterit inhibere, nec inferior ad executionem procedere poteſt; alioquin ſuperiorum authoritas grauiter læderetur, & inferioribus inſignis anſa daretur pro lubitu, non pro iure, iudicandi, & ſic nihilominus minus ex iure hoc nouo quam ex antiquo appellationi defertur. nam vt conſtar *ex c. Romana § .ſi autem de appellat. in 6.* ad inhibendum in caſibus, quibus etiam appellare non licebat, ſufficiebat tamen ſuperiorem cœpiſſe cognoſcere, appellatio foret recipienda nec ne: at hic requiritur lectio Actorum, & expenſio meritorum cauſſæ.

Hæc inquam obtinent cum definitiue in recenſitis modo materijs pronunciatum eſt. alias ſi ſententia nec definitiua ſit, nec vim definitiuæ habeat, aut grauamen irreparabile contineat; non poterit iudex procedere ad inhibendum, etiam viſis & examinatis actis.

Præterea non appellat condemnatus falſæ monetæ: *l. 1. C. de falſ. mon.* Maieſtatis: *l. conſtit. D. h. t.* hæreſis: *c. vt inquiſ. de heret. in 6.* raptus virginis: *l. vn. § .fin. autem C. de rapt. virg.* debiti fiſcalis: *l. 4. l. fin. C. quorum appell. non recip.* officij male geſti condemnatur à ſuo Iudice: *l. nulli ibidem.* decimarum: *c. tua nobis x. de decim.* cauſſa poſſeſſoria iure ciuili, non ex praxi: *l. 1. C. de monen. poſſeſ.* nominatus ad munera authoritate publica, ſed vtilitate priuata: *l. 1. § .ſi quis D. quando appell. ſit* ſecus in publicis authoritate, & vtilitate: *l. 2. C. de decur.* non ad emendationem morum correctus: *c. ad noſtram. h. t. Concil. Trident. locis ſupra citatis.* niſi excedatur modus. *cap. 31. h. t.* non qui actum, à quo appellat, ſemel probauit: *l. ab eo C. quo modo & quando Iudex* non qui appellationi renuntiauit: *l. fin. C. de temp. appellat.* aut vbi commiſſa eſt à Papa cauſa cum clauſula *remota appellatione: c. 4. x de appellat. c. 36. 47. & d. l. t.* ſed & ea clauſula an tantum de appellatione friuola intelligatur quæſitum eſt, & reſponſum *in c. 53. h. t.* quod non fruſtratoria ſed quælibet, quæ à iure non indulgetur expreſſe. *ſed ſi,* inquit, *appellans fuerit grauatus iniuſte grauamen huiuſmodi per ſuperiorem poterit emendari.* nec auditur denique qui ab executione decretorum Conciiij appellat. *Bulla Pij IV. confirmatoria Concilij Trident.* vtique ſi modus terminique Concilij ſeruentur. vt liqueat caſum eſſe Concilij; & eius pœna dumtaxat, & executio fugiatur, ſicut Prætor olim cum interdicti formula ad pedaneum Iudicem litigantes mittebat, qui examinaret an cauſa formulæ congrueret *vt ex Theophilo docet VVeſenbec. in Paratit. de Interdict. ni.* 7. & ſuper eo ſponſiones fiebant depoſitis pecunijs, *vt ex Clarone ab executione,* inquit ſanctio pragmatica Clementis VIII. anno 1600. art. 8. *decretorum S. Concilij Trident. appellationes non recipiantur.* quemadmodum *in c. 31. x. de appellat.* non appellat Abbas publica infamia publice reſperſus, aut conuictus, cedere commonitus in communi Capitulo, quod huiuſmodi legis ferendæ habeat authoritatem. mandat enim d. bulla confirmatoria generatim omnibus prælatis decreta Concilij obſeruare, & facere obſeruari, contradictores & contumaces appellatione poſtpoſita compeſcendo: vtique aduerſus decreta contumaces. quomodo illa idem Trident. *ſ. 25. de recipiendis & obſeruandis decretis Concil.* ab omnibus deuote recipi, & fideliter obſeruari iubet, & poſtea idem Pius IV. alteri bullæ qua dedit formulam profeſſionis fidei hæc verba intexuit: *cætera item omnia à ſacris canonibus, & Oecumenicis Concilijs, & præcipue à ſacroſancta Tridentina Synodo tradita definita, & declarata indubitanter recipio atq; profiteor.* non vero quod omnia prælatis liceat exequi, quæ contendunt ſe facere in vim Concil. Trident. conſonet illud, diſſonetque: ſed demum dum conſtat caſum legis eſſe & condemnatus nititur aduerſus legis voluntatem: in illis autem, in quibus

Conc.

Concil. Trid. decretis suis specialiter adiecit remotionem appellationis vt in caussis visitationis & correctionis morum quæ decreta sunt, planam habent executionem salvo effectu deuolutiuo. *iuxta articulum 9. d. sanctionis nisi*, inquit, *de grauamine per diffinitiuam irreparabili agatur, vel cum visitator citata parte & adhibita causa cognitione iudicialiter procedit. tunc enim appellationi locus erit, etiam quoad effectum suspensiuum.* quia cõtingere potest, vt quis grauetur iniuste, quamuis nomen sit fauorabile correctionis, & visitationis. & propterea superior id poterit debebitque emendare, etiam vbi Concilium Trid. appellatione remota procedi iubet. *d. c. 53. h. t.* extra causas priuilegiatas, vt lite & appellatione pendente nihil sit nouandum; vt iudex ad quem omnia reuocet attentata; sed hodie sub distinctione Concil. Trid. *s. 24. c. 20.* vt sub attentata cadat resignatio per carcerem extorta, vt exemptio notoria attentatum faciat, citatos non arctet, nisi in casibus exceptis, in literis expressis, latius diximus *in Consult. canon. h. t. consult. 3.*

Ab excessu taxæ † expensarum semel tantum appellari potest, & à fructuum liquidatione. *Pius IV. apud P. Mat. S. D. l. 2. t. 19 c. 4. 5.* 7. *A taxa expensarum & fructuũ liquidatione, semel tantum, &c.*

Seruat quoque stylus † Curiæ Romanæ, *de quo testatur post Vestrium Pias. d. c. 4. num. 102.* vt non deferatur appellationi in rebus parui momenti, v. g. summa non excedente 10. [ducatos] quod & statuta Prouinciæ Mech. habent ad taxam 50. florenorum. *contra c. 11. x.* de appell. 8. *Summa infra 10. ducat. nullatenus appellãdum.*

Grauamen indebitæ † incarcerationis eiusmodi est vt ab eo appellari possit, & ordinarius deferre & processum transferre ad iudicem appellationis teneatur; interim tamen manente in carceribus reo, donec Iudex appellationis caussâ cognita aliud iusserit. *S. Cong. apud Riccium in prax. Appellat. dec. 505.* & dummodo non impediatur executio correctionis. *S. Cong. apud Quar. verb. Archauct. n. 20. Pias. pr. p. 2. ca. 4. num. 100.* Quod si autem reus à decreto incarcerationis appellet, ante illius executionem æque vlterius procedi non potest, sed post appellationem, neq; pro eo, neque contra eum quidquam innouari debet. 9. *Ab incarceratione appellatio.*

An autem pronunciatio super competentia Iudicis definitiua sit, controuertitur: affirmat Mynsi. *cent. 3. obser. 35. aliiq;*: negat Gamma *decis. 159. nu. 2.* sed prior placet opinio. Illi enim controuersiæ terminum imponit. Idemq; dicendum de decreto torturæ, sententia excommunicationis per interlocutoriam latæ, de compromisso faciendo, & similibus *citati à Barbosa in Remiss. ad d. c. 20.*

Enimuero S. Cong. causis † Episcoporum præposita facta relatione Clem. VIII. ac de illius iussu ad tollendas controuersias iurisdictionales, diuersos articulos sanxit, 16. Octob. 1600. *quos refert Riccius in prax. App. dec. 504. Quar. in sum. verb. Arch. auct. nu. 20. & Pias. in prax. tit. de App. qui plura quæ ex Conc. Trid. controuerti possent decidunt.*

Summa sanctionis vt Archiepiscopi similesue superiores suffraganeos eorumue subditos non iudicent, nisi in casibus à iure expressis: vt causas non auocent, nisi per viã legitimæ appellationis ad eos deuolutas: nec appellãtes quoad alias eximãt: appellationes nõ recipiant, nisi per publica documenta realiter exhibita cõstiterit appellationẽ à sententia diffinitiua, vel habente vim definitiuæ, vel à grauamine quod per definitiuã reparari non possit, in casibus à iure non prohibitis, per legitimã personã, & intra debita tẽpora fuisse interpositam, ac prosecutam. ne causa pendente ante huiusmodi sententiam cognoscant de aliquo grauamine, quãuis sine præiudicio cursus causarum id facere velint. nec ad hunc effectum

effectum inhibeant, aut mandent sibi copiam actorum transmitti, quamuis expensis appellantis nec alias inhibitiones concedantur, nisi cum inscriptione totius sententiæ, aut decreti irreparabilis, sub pœna nullitatis; atque vt parere impune non oporteat appellante sibi copiã recusari causante, nõ ideo recipiatur appellatio: sed exemplum actorum soluta condigna mercede tradi iniungatur. Iudex à quo in causa appellabili interim nihil attẽtet si autem publica probatione constiterit negari acta, adijci possit clausula *ne quid interim noui attentetur*: appellationes ab executione decretorum Concilij Tridentini, aut visitationis Apostolicæ à Metropolitanis non recipiantur. nec si Episcopi procedunt virtute Concilij Tridentini, tamquam delegati, in causis sub ordinaria iurisdictione non comprehensis, salua Nuntiorum authoritate, ab ordinaria autem visitatione, aut correctione morum ad effectum deuolutiuum tantum admittantur: nisi grauamen sit irreparabile, aut citata parte cum causæ cognitione iudicialiter procedatur, tunc enim etiam ad effectum suspensiuum appellationi locus est in grauamine irreparabili, vt indebitæ incarcerationis, torturæ, aut excommunicationis, etiam comminatæ, non nisi visis actis, ex quibus grauamen euidenter constet, recipiatur appellatio; inhibitio, aut prouisio detur in causa incarcerationis tam reus manet in carcere, vt diximus, quam Iudex à quo nihil innouat; acta originalia transmitti non petantur, nisi probabile sit falsitatis causa iudicialiter obiecta, qua finita remittantur, censura non relaxetur, aut nulla declaretur, nisi partibus auditis & cognita causa, quæ si iusta; ad Iudicem à quo remittatur absoluendus, post humiliationem, & emendationem, si clare iniusta à superiore absoluatur: si dubia, honestius est remitti, potest tamen à superiore absolui absolutio ad cautelam in dubio facti, vel probabili iuris, super nullitate excommunicationis, hominis, aut iuris, non nisi parte citata, & visis actis detur: tuncque ad breue tempus, cum reincidentia, & cautione de stando iuri, & parendo mandatis Ecclesiæ tantum: & excommunicatus ob manifestam offensam, satisfactionem præstare, &, si ob contumaciam manifestam, expensas etiam satisfacere, & cauere de iudicio sisti coram excommunicatore debeat, priusquam ad cautelam absoluatur, nec denique recipiatur appellatio à sententia contra verum contumacem lata, nec inhibitio, aut vlla prouisio detur, quamdiu in huiusmodi contumacia persistiterit, & recepta passim hic est ea sanctio, quamuis distinctio actorum in vim Concilij Tridentini ab ordinarijs tamquam delegatis, comprehensorum in iurisdictione ordinaria, vel non comprehensorum vix soleat proponi: sed Metropolitanus etiam adiri, Papa, vel Nuntius, pro arbitrio appellantis. cui fauet plurium scriptorum opinio. apud quos etiam casus grauaminis irreparabilis, aut non perfecte reparabilis recensentur, & interlocutoriæ definitiuæ vim habentes. *Citati à Barbos. in Collect. DD. ad Concil. Trid. s. 24. c. 20. vt* pote super minori ætate, articulorum admissione, vel reiectione, testium item & probationum, absolutione ab instantia, expensis, iuramento suppletorij vel in litem delatione, breuitate nimia termini probatorij, tormentis, carcere, censuris, officij exclusione, legitimatione personarum, denegatione actorum, &c.

11. Quando à definitiua appellatur † non opus est causæ expressione, nisi in materia visitationis, aut correctionis: *Trid. s. 13. c. 1. § in causis Nauar. Conf. 1. de Appell.*

12. Porro d. c. 20. § *præterea* † decernitur vt si quis in casibus à iure permissis appellauerit, aut de aliquo grauamine conquestus fuerit, seu alias ob lapsum biennij, de quo supra, ad alium iudicem recurrerit, teneatur acta omnia coram Episcopo gesta, ad iudicem appella-

Appellans quid agat.

pellationis expensis suis transferre, eodem Episcopo prius admonito, vt si quid ei pro caussæ instructione videbitur, possit iudici appellationis significare. Quod si appellatus compareat, cogatur tunc is quoque actorum, quæ translata sunt expensas pro portione sua si illis vti voluerit subire, nisi aliter ex loci consuetudine seruetur, vt scil. ad appellantem integrum hoc onus pertineat. Qui locus etiam procedit vbi iure appellare licet, & quamuis appellans nouum iudicium instituere velit, & etiamsi à delegato appelletur: nō tamen si causæ sint diuersæ. ea enim transferentur acta, quæ in caussa de qua in secunda instantia agitur, habita sunt. *Riccius in prax app. dec* 510 Qui §. *praeterea* loquitur in caussa appellationis: vnde si altera partium non exhibet iudici aliqua acta de mandato ipsius coram subdelegato facta, iste casus tanquam omissus remanet in iuris communis dispositione. *Farin. in decis. Crim. dec.* 54. Atque insuper hæc iuris noui introductiua dispositio locum non habet in prophanis non Ecclesiasticis, etiamsi coram iudice Ecclesiastico pendeant *Farin Crim. decis.* 200. *num.* 4. *ex Cong. Conc & Rot.* tamen si in vim huius decreti ab aliquo Ordinario causa fuerit auocata, & is non delatis integre actis pronunciauerit, erit locus huic nullitati. *Idem decis.* 268. *num.* 3. 4. vtpote cum & iure ciuili nulla sit sententia, quæ non visis actis præsertim probatorijs fertur. *Idem ibidem num.* 3. Quanquam in aliquibus Curijs præsertim † Ecclesiasticis ac imprimis Romana, benignius ac æquius forte esset, 13. *Nullitas non attendenda.* non attendi nullitatem sine iniquitate: vt sine hac illam allegari non posse in Camera Spirensi tradit Gail. *Obs. l.* 1. *ob.* 42. vel ob hoc, quod forum Ecclesiæ, formularum amans esse non debeat, sed solius æquitatis *ca. finem litib. extra de Dol. & Cont.* ne iudicia Ecclesiastica carmina magica videantur, vt qui syllaba lapsus sit, voto excidat. quare pulchre Gallio *Actorum ca.* 18. inquit, *siquidem esset iniquum aliquid aut facinus, recte vos sustinerem; si vero quæstiones sunt de verbo & nominibus, Iudex ego horum esse nolo.* Ob hanc æquitatem testamentorum solemnitates à iure ciuili, etsi non sine caussa requisitæ, relaxantur *in c. cum esses, cap. relatum de Testam.* vt mirum sit quomodo Goncalez. *in annot. ad gloss.* 9. *post* §. *ad Reg.* 8. *Canc. num.* 3. scribat Rotam Romanam non multum curare de sententijs de partibus, nec velle eas exequi, quamuis constat de re iudicata, nec apud Rotam probationem facere non visis processib. in quibus fundatæ sunt. Sed vereor ne ex his causis iudicia Romana minoris fiant ab his, qui sua contemptui haberi videnr. Sed Clem. VIII. nunc non attendi nullitates voluit nisi ex trib. causis, *vt diximus tit. de Iudic.*

Porro in causis † criminalibus Pius V sanxit vt intra 6. menses à die appellationis, ne 14. impunitas ex mora sequatur, Iudex primæ instantiæ possit summam pecuniariæ pœnæ exequi, non obstante appellatione, nisi expeditionem condemnatus in secunda instantia reproducat. *P. Matth.* 7. *dec. l.* 2. *t.* 9. *c.* 3.

Et ex constitutione Pij V. in confessis ne appellatio moretur executionem inseri solet in criminalibus clausula *parito iudicato.*

Generalius Bugn. *l. abr l.* 3. *synt.* 35. asserit cap. cum Romani *x. de appellationibus*, abolitum esse, quatenus appellantibus annum concedit ad prosequendam appellationem. 15.

Iudex † à quo appellatum est non tenetur nisi velit sententiam à se latam defendere, vt *Iudex à quo non tenetur defendere sententiã.* tenetur in Flandria, in sæcularibus iudicijs, sed potest soletque committere partem parti. sed recurrens ad superiorem, *vt inquit Conc. Trid. s.* 24. *c.* 20. §. *praeterea.* tenetur eum prius admonere, vt si quid ei pro causæ instructione videbitur, possit iudici appellationis

Q signi-

DE PROBATIONIBVS.

CVm pares sunt probationes pro reo pronuntiatur. *c.3.h.t.l.125.D.de reg.iur.l.5.32.42.D.de pœn.* alioquin pro reo qui probat plenius. *c.9.§.ex promiss. h.t.* ideoque & aduersus reum si testibus fide dignis conuictus sit: quamuis purgare se voluerit suo, & aliorum iuramento. *c.12.x.h.t.* vbi tamen quod dicitur, dum potest affirmatiua criminis probari, negatiuæ probatio recipienda non sit; intelligendum est, de huiusmodi iuramento purgatorio, consuetudine seu lege regni Daciæ, quæ ibi improbatur, recepto: non autem si negatiuæ probatio indirecta per testes fieri possit: v.g. accusatum tempore commissi delicti alibi fuisse. *c.ex tenore.x.de test* quod vsu sane vbique receptum est.

Notorium attendit Iudex, etiamsi non allegetur à partibus. imo quamuis negetur: quoniam huiusmodi negatio non reddit dubium aliquid, si est notorium. *c.super eo.x.de test.cogend.* sed tunc notorium accipiendum est pro euidenti. *vt in c. euidentia. x. de accusat. c. de manifesta.2.q.1.*

1. *Mercatorum libri.* Quantum Mercatorũ libri † probẽt varie disputatur, & distinguitur. Paulus III. *Bull. incip. dudum* decreuit, vt probarent vsque ad summam Ducatorum 20. & Pius IV. *Bull. inc. volentes*, vsque ad 30. His in locis largius eorum fides patet; spectat tamen ad iudicis arbitrium, ne si quis in immensum eam extendat, vtilitati mercaturæ fraudi sit.

2. *Piorum locorum.* Carol. V. 10. Octob. 1522. sanxit † vt Ecclesiasticis ius dicatur quoad census eorum & reditus, non prolatis etiam seu deperditis litteris constitutionis, super eorum libris, rotulis censualibus, registris, cõputibus, & similibus monumentis, & non paucis nihilominus speciales litteras eiusmodi concessit, vt monasterio S. Michaelis apud Antuerp. Cal. Octob. 1531. Quædam quæ huc spectant supra tetigimus *t. de libel. oblat.* vti & *tit. de foro compet. & tit. de testam.* quoad sanctionem Principis nostri anni 1611. de non recipiendis probationibus per testes, in negotijs excedentibus 300. flor.

Sublatam esse per pragmaticam sanctionem, & concordata in Gallia Clementina *literis de prob.* vt nec pontificum narratiuis literarum verbis, quæ incuria acciderint, super quibus gratia fundatur vel intentio ipsorum, stetur. Bugn. *leg. abrog. l.2. sect. 237. sect. 144.* asserit.

DE TESTIBVS.

1. DE qualitate testium contra Episcopum quid ex nouo iure statutum sit alibi diximus, sed & id moribus passim obtinuit, vt testem iudex non repellat, nisi quid ei pars opponat, alias suspectus habetur. *Busius h.t. ad leg 3. §.1. & 2.*

2. Quod Innocent. *in cap.1.x. de iur. calumnia, alijque* scripserunt, quod clericus siue Episcopi, & Monachus, siue Prælati licentia testimonium dicere non possit: non obtinet in Gallia: nisi forte in caussa criminali vt dispiciant an forte, periculum esset incurrendæ irre-

irregularitatis. *Bugnion. leg. abrog. l. 2. sect.* 150. sed apud nos religiosiores non solent inconsulti superioribus testimonium dicere.

Vetatur cap. 1 *hoc t.* ne quis testimonium dicat nisi ieiunus. Id quod tamen hodie non seruatur. credibile est ob iudicum occupationes & litium infinitudinem. reijciendi sunt tamen testes, si quid tantum sumpserint, vt firmiter omnino cerebro non constent. 3.

Quæ in c. fin. *de test. & apud Panormitanum & alios ibidem* docentur, testem accusatum facinoris nondum damnatum capacem esse testimonij, sed effectum suspendi donec de veritate constet, per finem litis, non seruatur in Gallia. *Bugnion. leg. abrog. l. 3. synt.* 14. sed requiritur damnatio, antequam repudiari possit, eiusque per sententiam probatio, non per testes criminis. *Idem l. 2. sect.* 134. sed apud nos ius scriptum seruatur. longe æquius: quotusquisq; enim hodie damnatur ex ijs qui criminum rei sunt, quorum improbitas in necem damnaue innocentium hoc modo gliisceret. 4.

Quantum autem derogatum sit per constitutiones regias in Gallia, & locorum consuetudines *cap. præsentium. c. cum venisset. c. series. c. cum caussa. c.* 15. *cap.* 31. *x. h. t.* recenset Bugn. *leg. abr. l. 1. sat.* 108 *l. 2. sect.* 112. *l.* 6, *collect.* 81. 5.

Præcipit serio Concil. Trid. *s.* 13 *c.* 7. vt testes aduersus Episcopum in causa criminali non nisi contestes, & bonæ conuersationis, æstimationis, & famæ fuerint recipiantur. Et, si odio, temeritate, aut cupiditate aliquid deposuerint, grauibus pœnis mulctentur. vbi est animaduertendum, quod alij ne recipi quidem possint. quod praxis in alijs vix seruat: sed repulsarum & exceptionum causæ partibus integræ quidem seruari solent, audiri tamen illi, qui non sunt omni exceptione maiores. & Iudices quidem postmodum despicere, quantum cuique fidei dandum, derogandumque sit, quod decretum, & si de Episcopis tantum loquatur, suo tamen modo transferendum est ad cæteros superiores: ob participationem causæ, quæ capite præcedente ibidem allegatur: & id conficit saltem, vt vrgentiores probationes aduersus superiores, quam alios, eiusdem quamuis gradus, requirantur. 6.

In causis matrimonialibus siue de coniungendo siue de dirimendo matrimonio agatur parentes, fratres, & cognati, vtriusque sexus admittuntur. *c. videtur. x. qui mat. accus. poss.* vbi & causa datur; quod alij melius genealogiam scire non possint. quod vero legitur; *pater non recipiatur in causa filij, nec filius in causa patris; in criminalibus causis, & contractibus verum est. In matrimonio vero coniungendo vel disiungendo ex ipsius coniugij prærogatiua, & quia fauorabilis res est congrue admittuntur. d. c. non videtur.* 7.

Vt ea sit generatim regula in fauorem matrimonij, vt sonant vltima verba; quod autem *in c. super eo* 22. *x. de test.* dicitur matrem super matrimonio filiæ non esse aliquatenus admittendum in testem, exceptionem habet ab hac regula, vbi vir superior est diuitijs, & nobilitate, potentia, vel honore. quia cum mater filiæ incrementum & honorem videatur diligere, testimonium eius esset suspectum, & ideo non admittendum. tametsi in matrimonio impediendo mater recipiatur: in dissoluendo non sufficiat. *Ibidem. vide vt dicimus infra t. de paroch. n.* 7.

Testes secundum interrogatoria partis etiam examinatur. *c.* 2 *§. testes h. t in* 6. quod in foro ecclesiastico vsitatissimum est: in sæculari non vbique seruatur. vt Iudici fidem faciant coram ipso iurant: si ad eum adduci non possunt ad ipsos audiendos mittit personas idone-

idoneas. *c* 8. *x h t.* vel committit Iudici territorij *l.Iudices.C.de fide instrument.* si causa non fuerit criminalis.*auth.apud ibid.* & iurant præsente parte.*c.2.x.de test.* de veritate dicenda semotis affectibus.*c.5.* 39 *fi x.eod.* nisi iuramentum remmittatur à parte *d.c.39.* de forma iuramenti diximus *in Not.Iur.Belg.h.t.*

DE TESTIBVS COGENDIS.

ADeo testis officium est necessarium, vt pro conseruatione iustitiæ ad testimonium cogatur inuitus. *c.2.& tot. tit. x.de test.cogend.* etiam in causa criminali.4.5.8.*c.9.ibid.*nisi forte socij criminum fuerint à quo rursus excipitur societas coniurationis *c.10.& 11.ibidem* & clerici etiam,qui negocijs secularibus immisceri non debent.tamen, cum probari alias res gesta non potest,audiuntur. *c quamquam.14.q.2.* nullatenus tamen in causa sanguinis,nisi pro reo possunt testari.*c.super ibid.*vbi tamen testantur, *de prouidentia,* inquit,*d.c.quamquam proprij Episcopi sit, vt aut coram se,& competentibus Iudicibus, aut aliter honorifice veritatem extollant.* ideoq; non male superiores in danda licentia testandi inramentum coram se præstari volunt à clericis.quod non videntur honorifice ab ijs præstari in manu laici. alij tamen Iudices seculares aliquando ea forma non sunt contenti. *vid. Gail.l.1. obseruat.100.num.16.*

DE FIDE INSTRVM.

PRobatio sicut per testes Iudici est facienda,sic & per instrumenta:eaque integra ei exhibenda.*c.5.x.h.t.*aduersario autem tantum quoad illud capitulum, super quo litigat, ne cauilli & plura litigia per id fulcirentur.*ibid.*in materia tamen exemptionis integraliter literæ Episcopo exhibentur, transsumptum autem illius capituli tantum traditur. *c.cum persona de Priuileg.in 6.* si etiam ad dissitum Iudicem sit periculosum mittere coram Iudice loci,in loco securo & congruo inspiciuntur, cum solemnitate quæ tamen 12.testium numero sit contenta.quam tamen solemnitatem nunquam vidi vsu seruatam.

DE IVREIVRANDO.

1. *Quale interdictum.* GRegorius XIII. † *Const.Inter,Non. Septemb.*1584. districte prohibuit ne vlla iuramenta exigantur,aut præstentur illicita,iure impossibilia, damnosa libertati Ecclesiasticæ, aut decretis Concil.Trid.obuiantia,sub pœna excommunicationis, interdicti, inhabilitatis quoad obtenta,& obtinenda respectu exactorum,& priuationis vsus, commodi & gratiæ,cuius caussa iuratum erit,respectu præstantium.

Non obseruari cap.1.*& cap.cum causam x.de iuramento calumniæ* asserit Bugnio. *leg.abrog.lib.1.sess.33.* vt de calumnia non iuretur, nisi alterutra parte petente. quando omnino præstandum est.

Solet

Solet iurari ad sancta Euangelia per Monachos etiam & clericos, hodie manu ad pectus apposita in verbo sacerdotis dicendam suscipiunt veritatem, Bugn. *lib.3. synt.131. leg. abr.*

Si quis deferente aduersario iurauit, aduersarius non auditur probare volens periurium. Imper. tamen Carol. V. Constit. Imper. 107. contrarium statuisse videtur. *vt refert Schneiduin. Inst. de Act. §. item si quis postul n.116.*

Ad vitanda periuria † legibus Hispanis, Lusitanis, & Burgundis cautum est, ne contractus medio iuramento fiant. *quas citat Busius ad l.1. num.17. D.h.t.* feuda tamen, quasi magis beneficia, quam contractus esse debeant, consueta iuramenta retinent. Absolutio à iuramento his in locis à solo iudice Ecclesiastico petitur, si læsio ex contractu prætendatur: cuius cognitionem Ecclesiasticus pluribus in locis retinebat; nunc in plerisque effectus absolutionis ad agendum coram sæculari retrahitur: alicubi iuramentum non attenditur, si est læsio, quasi nullum sit: cum non habeat comitem iustitiam. Sic iuramentum de soluendis vsuris non obseruatur in Gallia, vt prius vsuræ soluantur, & postea repetitio detur: sed tecta via iudices etiam seculares annullant contractus, & quæ inde dependent. *Bugn. leg. abr. l.1. sat. 128.* sunt & aliqui qui absolutionem à Principe sæculari peti posse credant, quod an congruat c. nouit, *de iud.* & moribus suæ Prouinciæ, quisque expendet. 2. *Non infrendum contractib.*

Memineritque religiose in obligatione & solutione iuramenti versandum esse, non in vanum assuendum esse nomen domini, nec vane dissuendum esse, quod dominico nomine est pactum.

DE PRÆSCRIPTIONIBVS.

PAulus III. *Bulla inc. cum sicut*, & Pius V. *Bulla inc. cupientes*, constituerunt, vt familiares & seruitores Prælatorum † salaria pro biennio tantum petere possint, & infra annum à die obitus eorum. similia in his ditionibus Principes nostri constituerunt, & speciatim Philippus II. 5. Martij 1571. sanxit ne redituum cessi canones plures quam trium annorum exigantur. sed vix alicubi hæc obseruantur. 1. *Præscript. salariorũ.*

In Francia non seruari cap. fin. *x. de præscript. cap. possessor de reg. iur. in 6.* vt præscribens nullo tempore habeat conscientiam rei alienæ, sed præscriptiones 30. vel 40. ann. procedere etiam cum mala fide asserit Bugn. *leg. abr. l.6. c.109.* quod aliqui reciperent in foro externo, ob finem publicum extinguendarum litium, securi tamen in foro animæ non sunt præscribentes. tamen & Papon. refert *Ar. l.12 tit.3. art.21.* huiusmodi præscriptionem per duo sæcula continuatam, ob scientiam rei alienæ esse irritatam.

Præscriptio an in regnis locum habeat, an æternæ sint illorum vindicationes? disquisiuimus *in Hiatu l.1. c.15.*

(.·.)

P 2 DE

DE SENTENTIIS ET RE *Iudicata.*

IVdices, inquit l. 2. *C. de sent. ex breuic.* quos cognoscendi & pronunciandi necessitas tenet, non subitas sed deliberatione habita, post negotium sententias ponderatas sibi ante forment, & emendatas statim in libellum conferant, scriptasque partibus legant. Illud quidem iudicibus omnibus grauiter incumbit, hoc autem vt ipsi scil. iudices sententiam pronuncient, quod & cap. fin. *hoc tit. in 6.* iubet, non vsquequaque seruatur. *Bugnion. leg. abrog. lib. 1. sat. 139.* sed scribæ vel actuarij iudicum legunt. In his tamen locis d. c. fin. *& d. l. 2. 1. 3.* ita seruatur in curijs Ecclesiasticis, vt tamen Episcopi per alium recitent inter suos subditos, vt dicit authent. *nisi breues C. de sent. ex breuic. recitand.* propter dignitatis prærogatiuam *vt dicit d. c fin.*

Executio sententiæ aduersus clericum ita facienda est ne egeat, aut mendicet: eius mobilia turpiter, ne subhastentur, aut ipse excommunicetur. *vt diximus de solut.* quin etiam clerici stipendia & præbendæ sunt ab executione exemptæ: si alia bona habet, alioquin non: *c. 2. x. de fideiuss.* sicut & militum stipendia, nō tamen ex indicato: *l. stipendia. C. de exec. rei iud.* non spes præmiorum. *l. spem eor. C. Quæ res oppug. poss.* neque ob debita carcere macerantur. neque Priuilegio huic & similibus derogauit Concil. Trid. *s. 24. c. 3.* dum executionem per districtionem personarum, fieri mandat, quia intelligitur in ijs, qui à iure prehendi permittuntur. *Gutier, de iuram. confirm. p. 1. c. 17. n. 9.*

DE APPELLATIONIBVS.

1. *Abusus appellantium.* NOn male S. Bernard. *l. 3. de consider. cap. 4.* dicit quosdam † appellare non quia grauentur, sed vt grauent, vnde remedium iuris transferunt ad calumniam. *Appellasse, inquit, iniquum est; inique appellantem impune transire, iniquarum appellationum fomes: inqua autem omnis appellatio, ad quam iustitia inopia non coegit.* Qua ex caussa salubriter Concil. Trid. *sess. 22. c. 7. de ref.* ordinauit vt ab omnibus Legatis, Nuncijs S. sedis, Metropolitanis, alijsque superioribus iudicibus Const. Innoc. IV. *relata in cap. Romana de appell. in 6.* in admittendis appellationibus seruetur. quod ab interpretibus productum est etiam ad appellationes Romam emissas.

2. *Iudicis, à quo, & ad quem.* Ea constitutio eo vergit, † ne superiores appellantibus nimium tribuant sui caussa, neque inferiores nimis parum ex ea ipsa. *Appellatur,* inquit D. Bernard. ibidem, *de toto mundo ad te: id quidem in testimonium singularis primatus tui, attamen si sapis, non primatu gaudebis: sed fructu &c. vtinam cum oppressus clamat, sentiat oppressor, & non superbiat impius, vnde incenditur pauper,* & infra: *Appellantur boni à malis, vt non faciant bona, & supersedent à voce tonitrui tui formidantes. Denique appellantur Episcopi ne illicita audeant matrimonia soluere, vel prohibere: appellantur*

ne ra-

ne rapinas, ne furta, ne sacrilegia, & quæ huiusmodi sunt punire vllatenus vel prohibere præsumant. & cap. 5 *amator iustitiæ inquirit iustitiam, & prosequitur eam, porro omnem iniustitiam persequitur: nihil tibi, & illis, qui appellationes venationes putant.*

Idem Concil. Triden. *sess.* 24. *cap.* 20. prohibet † appellationes admitti nisi à definitiua sententia, vel ab habente vim definitiuæ, vel ab interlocutoria grauamen irreparabile continente, D. Bern. vbi supra c. 4. *appellandum*, inquit, *à sententia, ante sententiam improbe omnino præsumitur appellatio.* 3. *Quæ non admittendæ app.*

Extra hos tres casus, neque appellationi deferendum, neque inhibendum Ordinario, neque si secus inhibeatur curandum *d. c.* 20. *c.* 1. *s.* 13. extat & bulla Gregorij XIII. desuper edita, adeoque obtinet, vt nec sine præiudicio cursus caussæ ad effectum deuolutiuum, mandari possit vt copia processus transmittatur. *Cong. Conc.*

Decretum Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 20. videtur generaliter loqui in omni genere caussarum: alia porro loca videntur, aut loqui in casibus † aut correctionis *c.* 1. *s.* 13. *c.* 10 *sess* 24. aut alijs singularibus caussis, *cap.* 1. 18. *s.* 23. *ca.* 18. *s.* 24. *c.* 13. *s.* 25 quamuis aliquibus videri posset loqui tantum in caussis primæ instantiæ, si strictè verba examinentur; & cum correctorium sit iuris antiqui, in proprijssimis terminis esse continendum, quasi hoc concessum sit fauori Ordinariorum, ob quem infinita etiam alia innouata sunt in dicto Conc. *vt habet Nauar. de offi. ord. Cons.* 3. *num.* 4. sed certe satius etiam in secunda instantia locum habeat, cum eius ratio etiam in illa militet, quæ, etsi verba non omnino conuenirent, eam extensionem facile deberet impetrare. Sic Reg. Cancel. per Clemen. VIII. latæ nulla distinctione vtuntur, sed generatim huiusmodi appellationes vetant Reg. 36. Const. Greg. XIV. 1591. in c. Romanum; sed si damnum forte non sit perfecte reparabile per definitiuam, etsi ipsa quidem sententia reparari possit, dabitur appellatio. *Gail. l.* 1 *obs.* 129. Enimuero quando appellari possit, vel non iuxta d. c. 20. late tractat Gonz. *ad Reg.* 8. *Canc. in Annot. ad gl.* 9. *à n.* 175. *vsq.* 202. *Riccius in prax. Appell dec.* 505. 4. *Vel in quibus caussis.*

Nulla porro appellatio † aut inhibitio attenditur circa decretum residentiæ aut sententiam, *s.* 23. *c.* 1. circa visitationem aut correctionem morum, *s.* 13. *c.* 1. 23. *s.* 22 *c.* 2. *s.* 24. *c.* 10. *Pius IV. apud P. Mat.* 5. *D. l.* 2. *t.* 9. *c.* 6. circa præcedentiam, *s.* 25. *cap.* 13. *de reg.* contributionem seminarij: *s.* 23. *c.* 18. concursum parochialem: *s.* 24. *c.* 18. *vers. nec prædict.* 6. executionem decretorum Concilij Trid. *per bullam Pij IV. confirmatoriam Concilij, & sanctionem Clementis VIII.* 16. *Octob.* 1600. circa concubinarios *eadem s. de ref. c.* 14. circa notoria ac manifesta ex ipsa facti euidentia vel confessione, *c. cum speciali*, § *porro, de appell.* confessus enim & contumax non appellat, *C. quorum appellationes non recipiuntur.* 5.

De vero contumace lex *ibidem prima, l.* 23. § *fin. D. h. t.* de confesso *c.* 3. § *fin. autem h. t. in* 6. quoniam vt dicitur *in l. vn. C. de Confess.* confessus in iure pro iudicato est: in grauibus autem criminibus, quoniam deprehensum est aliquos tædio vitæ scelera confiteri, quæ numquam commiserint, oportet vt constet de corpore delicti, vt loquuntur, antequam condemnentur, & ideo lex 2. *C. quorum appell. non recip. & ibi DD.* requirere videntur vt cōfessus simul sit & conuictus ne appellare possint. *vide Maran. in spec. p.* 6. *act.* 2 *n.* 292. ideoque quando ad depositionem degradationem, & traditionem brachio sæculari faciendam agitur, procul dubio d. § *fin autem* exaudiendus est secundum *d. l.* 2.

Hæc tamen Concilij decreta Lopez. *ad pract. Diaz. verb. Concubinarij lit. B.* intelligit † quando Iudex superior non iustificata appellatione, nec visis actis processus inhibere 6. *Inhibitionem quid præcedat.*

contendit:sed si post appellationem viderit delata acta,poterit inhibere, nec inferior ad executionem procedere potest; alioquin superiorum authoritas grauiter læderetur, & inferioribus insignis ansa daretur pro lubitu,non pro iure, iudicandi, & sic nihilominus minus ex iure hoc nouo quam ex antiquo appellationi defertur. nam vt constat *ex c. Romana §. si autem de appellat. in 6.* ad inhibendum in casibus,quibus etiam appellare non licebat, sufficiebat tamen superiorem cœpisse cognoscere, appellatio foret recipienda nec ne:at hic requiritur lectio Actorum,& expensio meritorum caussæ.

Hæc inquam obtinent cum definitiue in recensitis modo materijs pronunciatum est.alias si sententia nec definitiua sit, nec vim definitiuæ habeat, aut grauamen irreparabile contineat;non poterit iudex procedere ad inhibendum, etiam visis & examinatis actis.

Præterea non appellat condemnatus falsæ monetæ:*l. 1. C. de fals. mon.* Maiestatis:*l. constit. D. h. t.* hæresis:*c. vt inquis. de hæret. in 6.* raptus virginis: *l. vn. §. fin. autem C. de rapt. virg.* debiti fiscalis: *l. 4. l. fin. C. quorum appell. non recip.* officij male gesti condemnatur à suo Iudice:*l. nulli ibidem.* decimarum:*c. tua nobis x. de decim.* caussa possessoria iure ciuili, non ex praxi: *l. 1. C. de monen. possess.* nominatus ad munera authoritate publica, sed vtilitate priuata: *l. 1. §. si quis D. quando appell. sit* secus in publicis authoritate, & vtilitate: *l. 2. C. de decur.* non ad emendationem morum correctus: *c. ad nostram. h. t. Concil. Trident. locis supra citatis.* nisi excedatur modus.*cap. 31. h. t.* non qui actum, à quo appellat, semel probauit: *l. ab eo C. quo modo & quando Iudex* non qui appellationi renuntiauit: *l. fin. C. de temp. appellat.* aut vbi commissa est à Papa causa cum clausula *remota appellatione:c. 4. x. de appellat. c. 36. 47. & d. l. t.* sed & ea clausula an tantum de appellatione friuola intelligatur quæsitum est, & responsum *in c. 53. h. t.* quod non frustratoria sed quælibet,quæ à iure non indulgetur expresse.*sed si*,inquit,*appellans fuerit grauatus iniuste grauamen huiusmodi per superiorem poterit emendari.* ne c auditur denique qui ab executione decretorum Concilij appellat. *Bulla Pij IV. confirmatoria Concilij Trident.* vtique si modus terminique Concilij seruentur. vt liqueat casum esse Concilij; & eius pœna dumtaxat, & executio fugiatur,sicut Prætor olim cum interdicti formula ad pedaneum Iudicem litigantes mittebat,qui examinaret an causa formulæ congrueret *vt ex Theophilo docet VVesenbec. in Paratit. de Interdict. n. 7.* & super eo sponsiones fiebant depositis pecunijs,*vt ex Clarone ab executione*,inquit sanctio pragmatica Clementis VIII. anno 1600. art. 8. *decretorum S. Concilij Trident. appellationes non recipiantur.* quemadmodum *in c. 32. x. de appellat.* non appellat Abbas publica infamia publice respersus, aut conuictus, cedere commonitus in communi Capitulo, quod huiusmodi legis ferendæ habeat authoritatem. mandat enim d. bulla confirmatoria generatim omnibus prælatis decreta Concilij obseruare,& facere obseruari, contradictores & contumaces appellatione postposita compescendo: vtique aduersus decreta contumaces. quomodo illa idem Trident. *f. 25. de recipiendis & obseruandis decretis Concil.* ab omnibus deuote recipi, & fideliter obseruari iubet, & postea idem Pius IV. alteri bullæ qua dedit formulam professionis fidei hæc verba intexuit: *cætera item omnia à sacris canonibus, & Oecumenicis Concilijs, & præcipue à sacrosancta Tridentina Synodo tradita definita, & declarata indubitanter recipio atq; profiteor.* non vero quod omnia prælatis liceat exequi,quæ contendunt se facere in vim Concil. Trident. consonet illud, dissonetque: sed demum dum constat casum legis esse & condemnatus nititur aduersus legis voluntatem: in illis autem, in quibus

Conc.

Concil.Trid. decretis suis specialiter adiecit remotionem appellationis vt in caussis visitationis & correctionis morum quæ decreta sunt, planam habent executionem salũo effectu deuolutiuo. *iuxta articulum 9.d.sanctionis nisi,* inquit, *de grauamine per diffinitiuam irreparabili agatur, vel cum visitator citata parte & adhibita causa cognitione iudicialiter procedit. tunc enim appellationi locus erit, etiam quoad effectum suspensiuum.* quia cõtingere potest, vt quis grauetur iniuste, quamuis nomen sit fauorabile correctionis, & visitationis. & propterea superior id poterit debebitque emendare, etiam vbi Concilium Trid. appellatione remota procedi iubet. *d c.53.h.t.* extra causas priuilegiatas, vt lite & appellatione pendente nihil sit nouandum; vt iudex ad quem omnia reuocet attentata; sed hodie sub distinctione Concil. Trid. *f. 24.c.20.* vt sub attentata cadat resignatio per carcerem extorta, vt exemptio notoria attentatum faciat, citatos non arctet, nisi in casibus exceptis, in literis expressis, latius diximus *in Consult. canon. h.t. consult.3.*

Ab excessu taxæ † expensarum semel tantum appellati potest, & à fructuum liquidatione. *Pius IV. apud P.Mat.S.D.l.2.t.19 c.4.5.* 7. *A taxa expensarum & fructuũ liquidatione, semel tãtum, &c.*

Seruat quoque stylus † Curiæ Romanæ, *de quo testatur post Vestrium Pias. d. c.4. num.* 102. vt non deferatur appellationi in rebus parui momenti, v. g. summa non excedente 10. catos quod & statuta Prouinciæ Mech. habent ad taxam 50. florenorum. *contra c.* 11.x. de appell.

Grauamen indebitæ † incarcerationis eiusmodi est vt ab eo appellari possit, & ordinarius deferre & processum transferre ad iudicem appellationis teneatur; interim tamen manente in carceribus reo, donec Iudex appellationis caussa cognita aliud iusserit. *S. Cong. apud Riccium in prax. Appellat. dec.505.* & dummodo non impediatur executio correctionis. *S.Cong. apud Quar. verb. Archauct. n.20. Pias. pr.p.2.ca.4. num.*100. Quod si autem reus à decreto incarcerationis appellet, ante illius executionem æque vlterius procedi non potest, sed post appellationem, neq; pro eo, neque contra eum quidquam innouari debet. 8. *Summa infra 10. ducat. nullatenus appellãdum.* 9. *Ab incarceratione appellatio.*

An autem pronunciatio super competentia Iudicis definitiua sit, controuertitur: affirmat Mynſ. *cent 3.obser.35. alijq;* negat Gamma *decis.159.nu.2.* sed prior placet opinio. Illi enim controuersiæ terminum imponit. Ideinq; dicendum de decreto torturæ, sententia excommunicationis per interlocutoriam latæ, de compromisso faciendo, & similibus *citati à Barbosa in Remiss. ad d.c.20.*

Enimuero S.Cong. causis † Episcoporum præposita facta relatione Clem. VIII. ac de illius iussu ad tollendas controuersias iurisdictionales, diuersos articulos sanxit, 16. Octob. 1600. *quos refert Riccius in prax. App. dec.504. Quar. in sum. verb. Arch. auct. nu.20. & Pias. in prax. tit. de App. qui plura quæ ex Conc. Trid. controuerti possent decidunt.*

Summa sanctionis vt Archiepiscopi similesue superiores suffraganeos eorumue subditos non iudicent, nisi in casibus à iure expressis: vt causas non auocent, nisi per viã legitimæ appellationis ad eos deuolutas: nec appellãtes quoad alias eximãt: appellationes nõ recipiant, nisi per publica documenta realiter exhibita cõstiterit appellationẽ à sententia diffinitiua, vel habente vim definitiuæ, vel à grauamine quod per definitiuã reparari non possit, in casibus à iure non prohibitis, per legitimã personã, & intra debita tẽpora fuisse interpositam, ac prosecutam. ne causa pendente ante huiusmodi sententiam cognoscant de aliquo grauamine, quãuis sine præiudicio cursus causarum id facere velint. nec ad hunc effectum

effectum inhibeant, aut mandent sibi copiam actorum transmitti, quamuis expensis appellantis nec alias inhibitiones concedantur, nisi cum inscriptione totius sententiæ, aut decreti irreparabilis, sub pœna nullitatis; atque vt parete impune non oporteat appellante sibi copiā recusati causante, nō ideo recipiatur appellatio: sed exemplum actorum soluta condigna mercede tradi iniungatur. Iudex à quo in causa appellabili interim nihil attētet si autem publica probatione constiterit negari acta, adijci possit clausula *ne quid interim noui attentetur*: appellationes ab executione decretorum Concilij Tridentini, aut visitationis Apostolicæ à Metropolitanis non recipiantur. nec si Episcopi procedunt virtute Concilij Tridentini, tamquam delegati, in causis sub ordinaria iurisdictione non comprehensis, salua Nuntiorum authoritate, ab ordinaria autem visitatione, aut correctione morum ad effectum deuolutiuum tantum admittantur: nisi grauamen sit irreparabile, aut citata parte cum causæ cognitione iudicialiter procedatur, tunc enim etiam ad effectum suspensiuum appellationi locus est in grauamine irreparabili, vt indebitæ incarcerationis, torturæ, aut excommunicationis, etiam comminatæ, non nisi visis actis, ex quibus grauamen euidenter constet, recipiatur appellatio; inhibitio, aut prouisio detur in causa incarcerationis tam reus manet in carcere, vt diximus, quam Iudex à quo nihil innouat; acta originalia transmitti non petantur, nisi probabile sit falsitatis causa iudicialiter obiecta, qua finita remittantur, censura non relaxetur, aut nulla declaretur, nisi partibus auditis & cognita causa, quæ si iusta; ad Iudicem à quo remittatur absoluendus, post humiliationem, & emendationem, si clare iniusta à superiore absoluatur: si dubia, honestius est remitti, potest tamen à superiore absolui absolutio ad cautelam in dubio facti, vel probabili iuris, super nullitate excommunicationis, hominis, aut iuris, non nisi parte citata, & visis actis detur: tuncque ad breue tempus, cum reincidentia, & cautione de stando iuri, & parendo mandatis Ecclesiæ tantum: & excommunicatus ob manifestam offensam, satisfactionem præstare, &, si ob contumaciam manifestam, expensas etiam satisfacere, & cauere de iudicio sisti coram excommunicatore debeat, priusquam ad cautelam absoluatur, nec denique recipiatur appellatio à sententia cōntra verum contumacem lata, nec inhibitio, aut vlla prouisio detur, quamdiu in huiusmodi contumacia perstiterit, & recepta passim hic est ea sanctio, quamuis distinctio actorum in vim Concilij Tridentini ab ordinarijs tamquam delegatis, comprehensorum in iurisdictione ordinaria, vel non comprehensorum vix soleat proponi: sed Metropolitanus etiam adiri, Papa, vel Nuntius, pro arbitrio appellantis. cui fauet plurium scriptorum opinio. apud quos etiam casus grauaminis irreparabilis, aut non perfecte reparabilis recensentur, & interlocutoriæ definitiuæ vim habentes. *Citati à Barbos. in Collect. DD. ad Concil. Trid. f. 24. c. 20.* vtpote super minori ætate, articulorum admissione, vel reiectione, testium item & probationum, absolutione ab instantia, expensis, iuramento suppletorij vel in litem delatione, breuitate nimia termini probatorij, tormentis, carcere, censuris, officij exclusione, legitimatione personarum, denegatione actorum, &c.

11. Quando à definitiua appellatur † non opus est causæ expressione, nisi in materia visitationis, aut correctionis: *Trid. f. 13. c. 1. § in causis Nauar. Conf. 1. de Appell.*

12. Porro d. c. 20. §. *præterea* † decernitur vt si quis in casibus à iure permissis appellauerit, aut de aliquo grauamine conquestus fuerit, seu alias ob lapsum biennij, de quo supra, ad alium iudicem recurrerit, teneatur acta omnia coram Episcopo gesta, ad iudicem appella-

Appellans quid agat.

pellationis expensis suis transferre, eodem Episcopo prius admonito, vt si quid ei pro caussæ instructione videbitur, possit iudici appellationis significare. Quod si appellatus compareat, cogatur tunc is quoque actorum, quæ translata sunt expensas pro portione sua si illis vti voluerit subire, nisi aliter ex loci consuetudine seruetur, vt scil. ad appellantem integrum hoc onus pertineat. Qui locus etiam procedit vbi iure appellate licet, & quamuis appellans nouum iudicium instituere velit, & etiamsi à delegato appelletur: nó tamen si causæ sint diuersæ. ea enim transferentur acta, quæ in caussa de qua in secunda instantia agitur, habita sunt. *Riccius in prax app. dec* 510 Qui §. *praeterea* loquitur in caussa appellationis: vnde si altera partium non exhibet iudici aliqua acta de mandato ipsius coram subdelegato facta, iste casus tanquam omissus remanet in iuris communis dispositione. *Farin. in decis. Crim. dec.* 54. Atque insuper hæc iuris noui introductiua dispositio locum non habet in prophanis non Ecclesiasticis, etiamsi coram iudice Ecclesiastico pendeant *Farin Crim. decis.* 200. *num.* 4. *ex Cong. Conc & Rot.* tamen si in vim huius decreti ab aliquo Ordinario causa fuerit auocata, & is non delatis integre actis pronunciauerit, erit locus huic nullitati. *Idem decis.* 268. *num.* 3. 4. vtpote cum & iure ciuili nulla sit sententia, quæ non visis actis præsertim probatorijs fertur. *Idem ibidem num.* 3. Quanquam in aliquibus Curijs præsertim † Ecclesiasticis ac imprimis Romana, benignius ac æquius forte esset, 13. non attendi nullitatem sine iniquitate: vt sine hac illam allegari non posse in Camera *Nullitas* Spirensi tradit Gail. *Obs. l.* 1. *ob.* 42. vel ob hoc, quod forum Ecclesiæ, formularum amans *non attendenda.* esse non debeat, sed solius æquitatis *ca. finem litib. extra de Dol. & Cont.* ne iudicia Ecclesiastica carmina magica videantur, vt qui syllaba lapsus sit, voto excidat. quare pulchre Gallio *Actorum ca.* 18. inquit, *siquidem esset iniquum aliquid aut facinus, recte vos sustinerem; si vero quæstiones sunt de verbo & nominibus, Iudex ego horum esse nolo.* Ob hanc æquitatem testamentorum solemnitates à iure ciuili, etsi non sine caussa requisitæ, relaxantur *in c. cum esses, cap. relatum de Testam.* vt mirum sit quomodo Goncalez. *in annot. ad gloss.* 9. *post* §. *ad Reg.* 8. *Canc. num.* 3. scribat Rotam Romanam non multum curare de sententijs de partibus, nec velle eas exequi, quamuis constat de re iudicata, nec apud Rotam probationem facere non visis processib. in quibus fundatæ sunt. Sed vereor ne ex his causis iudicia Romana minoris fiant ab his, qui sua contemptui haberi vident. Sed Clem. VIII. nunc non attendi nullitates voluit nisi ex trib. causis, *vt diximus tit. de Iudic.*

Porro in causis † criminalibus Pius V sanxit vt intra 6. menses à die appellationis, ne 14. impunitas ex mora sequatur, Iudex primæ instantiæ possit summam pecuniariæ pœnæ exequi, non obstante appellatione, nisi expeditionem condemnatus in secunda instantia reproducat. *P. Matth.* 7. *dec. l.* 2. *t.* 9. *c.* 3.

Et ex constitutione Pij V. in confessis ne appellatio moretur executionem inseri solet in criminalibus clausula *parito iudicato.*

Generalius Bugn. *l. abr l.* 3. *synt.* 35. asserit cap. cum Romani *x. de appellationibus.* abolitum esse, quatenus appellantibus annum concedit ad prosequendam appellationem. 15.

Iudex † à quo appellatum est non tenetur nisi velit sententiam à se latam defendere, vt *Iudex à* tenetur in Flandria, in sæcularibus iudicijs, sed potest soletque committere partem parti. *quo non* sed recurrens ad superiorem, *vt inquit Conc. Trid. s.* 24. *c.* 20. §. *praeterea.* tenetur eum prius *tenetur defendere* admonere, vt si quid ei pro causæ instructione videbitur, possit iudici appellationis *sententiã.*

significare. non tamen Iudex impune potest per malitiam aliquem grauare per gratiam, aut sordes, *cap.1.de sent.in 6.* vel per latam culpam seu nimiam imprudentiam *l. vlt. de Var. & extraor.cog.* quin litem faciat suam, & quantum superioris religioni videbitur teneatur. *iuxta §. 1. Inst. de obl.quæ ex quasi del.d.c.1.* Hæc enim pœna etiam hodie viget quamuis Bugn. *leg.abr. li.2.sect.* 147. existimet suspensionem annalem *d.c.1.* non seruari. Sed existimo per ea verba cessare opinionem quæ aliquibus placuit, vt iudices teneantur de culpa leuissima, & magis iuxta Baldi opinionem tantum teneri de lata. *qua de re videri potest Delrio ad l.Contract.cap.18.vers.magistrat.D.de Reg.Iur.*

Iudices, qui tenentur iudicatum suum defendere, vel alias reipsa non inuiti defendunt, (cum in secunda instantia transeant in partes:) in alia caussa recusari, forum illorum imperiumque detrectari potest, in ijsque cessat dispositio cap.proposuit. *de appel.* vt qui in vna caussa condemnatus appellauit, in alia non minus respondere teneatur. quod nimis generatim antiquatum esse censuit Bugn. *leg.abr.l.6.collect.31.*

Quamquam omisso medio appelletur ad Papam: *c. 7.31.34.52.x.h.t.* & legatum: *c.1.x.de off.legat & ibi Panorm.* non tamen ad inferiores nisi gradatim nisi secus habeat consuetudo. *c.3. §.ab Archidiac. h. t. in 6.* illa enim iurisdictionem tribuit. *c.cum contingat. x.de for. compet.*

16. *Appellat. à Summo Pontific.* Prouocationes à Summo Pontifice † ad futurum Concilium tanquam erroneæ & schismaticæ à Pio II. & Iul. II. damnatæ sunt. Const. refert P. Matth. *Sep. Dec. l. 2. t. 9. cap. 1. 2.* Reges etiam reum læsæ Maiestatis cum habent qui ab eorum sententijs ad Papam appellat. *Papon. Ar. lib. 22.t.1. num.2.* Vtique cum appellatio sit ab inferiori ad superiorem prouocatio. Papa autem in temporalibus non sit superior via regia, sed demum per indirectum: cum deuiat gladius temporalis, in viam reducitur à spirituali *c. vnam sanctam.* De maior. & obed. in extrau.commun. *c. nouit.x. de iudic.* sed ille est transgressus ad aliud genus iudicij Euangelici; appellatio autem per gradus subalternatos ascendit ad supremitatem dumtaxat vnius scalæ. Conradus Imp. Traiectenses ob taliter interiectam appellationem pro maiestatis reis tractauit. Quamuis iuramentum, quod Imperator Papæ præstat *in clem 1.de Iureiur.* decisum sit esse fidelitatis. Vt & Alexand. III. *in c. si duobus 7. in fi. x. h. t.* fatetur talem appellationem secundum iuris rigorem non tenere. tamen addidit de consuetudine Ecclesiæ tenere. Solius ergo Dei iudicio reseruatur. quod Papa, reges, supremiue Principes decreuerint. Sic ex *Fulgosio l. 1. de mirac.* alijsque refert Choppin. *monast.l.2.t.vlt. num.* 10. prouocationes ad tribunal Christi interpositas, nec sine effectu. Clapmarius *de arcanis rerum publicarum l.1.c.19.* tradit quod *Iulius III.* Pontifex: cum per Legatos apud Henricum III. Regem Galliarum testatus esset, Deum fore vltorem, ad eumque se prouocare dixisset: Rex annuit; seque pro tribunali Dei affuturum spopondit: cæterum certo se scire, Pontificem vadimonium deserturum. & Henricus quidem à monacho ad superos missus est; an autem causam ad votum perorauerit, hactenus Mercurius nullus enarrauit: valde procliue est, vt credatur Christus de Pontifice dixisse, *qui vos spernit, me spernit:* & de proximo ei Cardinale Guisio, vti de Abel ad Cain, *sanguis eius clamat ad me de terra;* & ad hæc Henricum obmutuisse. fuerit vero misericors Iudex, an iustus; euulgabit summa dies.

17. *De Relationibus.* Pars huius tituli etiam est † *de Relationibus:* quæ olim fiebant Principibus, & fere nunc quidem obsoleuerunt, sed & intermedijs sæculis aliarum cepit esse frequens vsus, dum iudices

iudices minores, consulebant maiores, & litium acta transmittebant, petentes quid in ijs pronunciandum esset, quod vocabant, *Leeringhe haelen ofs hooft-Vonnisse.* & nihilominus si à sententia appellabatur, ipsi consulti cognoscebant de appellatione. Qui vsus prima facie damnatur; sed tamen dicitur Philippus Audax, Comes Flandriæ an. 1385. eum Flandris dedisse. & dicuntur Gandenses habere priuilegium Guidonis Comitis, quo ita vtantur, vt sententias in sua camera latas iterum iudicent, & sæpe reforment in tribunali. Dicuntur similiter Winobergenses & Furnenses priuilegium Guidonis habere, vt sequi non teneantur responsionem superiorum iudicum consultorum. Sed & hæ consultationes fere passim desueuerunt.

Superuenit ad formam primarum Relationum recursus ad S. Cong. Conc. Trid. interpretum. *de quo in nostra præfatione latius egimus.*

Per supplicationem etiam retractari petitur sententia eorum à quibus appellare non licet. *l. vn. Cod. de sen. Præfec. prætor.* Successit non absimile Reuisionis beneficium. de cuius interponendæ modo, tempore, effectu, Iudicibus. V. Gail. *Pract. obser. l. 1. obser.* 153. 154. 155. Quod in Ordin. Concil. Brab. *tit pen.* vocatur propositio erroris. & *ibid.* eius præscripta enarrantur.

Spectant ad h. t. ex Conc. Trid. *cap. 1. §. in causis. s. 13. cap. 7. sess. 22. cap. 10. §. nec in his. s. 24. cap. 14. sess. 25. cap. 20. s. 24.*

* * *





LIBER TERTIVS.

DE VITA ET HONESTATE Clericorum.



PTANDVM fuisset reperiri in Clero (quod forte in primitiua Ecclesia fuit:) quod Tacit. scribit de Mor. Germ. *apud Germ. plus boni mores, inquit, valent, quam alibi bonæ leges, & nemo illic vitia ridet, nec corrumpere, & corrumpi sæculum vocatur.* sed quia non eadem vota sunt & facta; ex malis morib. bonas leges nasci oportuit, quæ Cleri vitam moresque quasi indices ducerent.

1. *Clero libido interdicta.* Igitur vbique & in rebus omnibus Clerici abstinere debent ab omni † te libidinosa, & illius specie, vt reuera nec malum committant, nec illius similitudinem; & quam maxime à locis & rebus sacris illam reijcere debent.

2. *Alea.* Magna etiam est phrenesis in † aleæ lusu: Tacit. lib. de Mor. German. *aleam, inquit, (quod mirere) sobrij inter seria exercent; tanta lucrandi perdendiue temeritate, vt cum omnia defecerunt, extremo ac nouissimo iactu de libertate & de corpore contendant, victus voluntariam seruitutem adit, quamuis iunior, quamuis robustior, alligari se ac vinciri patitur; ea est in reprava peruicatia, fidem ipsi vocant.* (vtinam tanta constantia fidem Deo immutatam seruassent, non tot nunc hæreseon & bellorum procellis agitarentur.) Qua ex caussa, & ne Ecclesiæ substantiam lusibus prodigant, dum temperare vel abstinere, nec victi nec victores possunt, quodque cleri statum dedeceat, inhibentur Ecclesiastici aleam tractare.

Distat tamen calculorum vsus longe à vetita legibus alea, quia in hac exercenda sola fortuna, in illis autem maxime industria versatur: illa damnatur, non hæc: quæ lusum scaccorum, *quem Hieron. Vida celebrauit*, ideo laudabilem facit.

3. *Arma offensiua.* Clerici etiam arma † ferre vetantur, scil. offensiua, non autem defensiua, peregrinantes, de quibus in Concord. Brab. hæc sunt verba. *non poterunt enses longos dietim ad latus ferre, aut armatæ militiæ, tanquam pedites aut equites nomen dare, vel confraternitatib. aut collegijs balistariorum, sagittariorum, pullulariorum, aut hastiludiorum se inscribi, aut annumerari permittere.* Pius IV. & Pius V. sub grauibus pœnis prohibuerunt Archibusettos breuioris mensuræ duorum palmorum, pugiones, cultellos, & alia id genus breuioris mensuræ quam trium palmorum.

Integer vitæ, scelerisque purus,
Non eget Mauri iaculis, nec arcu.

Etsi.

Etsi *habitus non facit monachum, vt ait Trid. sess. 14. cap. 6.* oportet tamen Clericos vestes deferre suo ordini † congruentes, ac etiam sexui. vt non liceat fœminæ habitu virili vti etiam ob continentiam, *Sa. ex Cong. Conc. verb. fœmina.* vt inter primas caussas fuerit damnatæ ab Anglis Ioannæ Puellæ, quæ obsidionem Aurelianensem soluit, & Car. VII. ad sacra Regia Remos duxit, quod virilem habitum, quem vti bello commodum sumpserat, mutare nollet. *Pasquier Recherches l. 5. cap. 8.* porro Clerici abstinere debent à veste vt & supellectile luxum præ se ferente, quod vbique Canones cantant. Tacit. lib. 2. Ann. *decretum,* inquit, *ne vasa auro solida ministrandis cibis fierent, ne vestis serica viros fœdaret.* pluresque apud Roman. leges sumptuariæ fuerunt. S. Bern. de *consid. l. 3. c. 11. forma,* inquit, *vestium, deformitatis mentium, & morum inditium est; quid sibi vult quod Clerici aliud esse, aliud videri volunt? nempe habitu milites, quæstu Clericos, actu neutrum exhibent: nam neque pugnant vt milites, neque vt Clerici euangelizant.* 4. *Indecens habitus.*

Proprius habitus † Clericorum nullibi determinatur, *teste gloss. fin. in Clemen. 1. de elect. Menoch. de Arbit. l. 2. cen. 4. cap. 392.* nisi quod nimia breuitas & longitudo reprobatur, *c. in Clerici h. t.* & vestis debet esse talaris. *cap. pen. 23. dist.* Constit. Sixti V. *quam refert Quar. verb. habitus Clericalis, & eiusdem moderationem,* quæ tamen recepta non est quoad pœnam priuationis ipso facto incurrendam. Color item viridis & rubeus interdictus est Clero: ab Innocentio tamen IV. circa annum 1240. Cardinalibus purpuræ vsus concessus fuit. *Platina in illius vita.* Color alioquin prohibitus, & solis imperatoribus reseruatus, sub pœna 20. librarum auri, & læsæ maiestatis. *l. lotas C. de murelegulis lib. 11. l. vellera C. de vestib. holoberis, & auratis, & de intinctione sacri muricis. eod. lib.* communicat ergo ea concessio aliqua parte insignia maiestatis Cardinalibus. mira ergo non est ratio damnationis epulonis, qui ob diuitias arrogabat sibi regiam vestem. itaque concionatores qui occasione huius historiæ stomachantur contra hominum vestitus, non facile quemlibet excessum letifere damnare debent, vt Epulonis. In Concord. Brab. & plures formæ prohibentur, §. *Clerici.* verum non est operæ pretium ea hic transcribere. cum etiam vsus eas abrogarit. 5.

In Conc. † Mech. 1607. *t. 18. c. 4.* decretum est vt Clerus & togam & pileum quadratum deferat. sed eius rei obseruantiam remisit Ioann. Miræus Episcopus Clero ciuitatis Antuerp. in acceptatione istius Conc. ob singulares istius loci respectus. dum autem peregrinatur, vel est in villa Clericus, modo habitu vltra genua propendente vtatur, excusatur *d. Concil. Mech. & Cong. Conc. apud Pias. pr. p. 2. cap. 3. num. 14.* 6.

Excusat etiam paupertas †, metus, aut periculum itineris, infirmitas, cui noceat tonsura. Neque per vnicam habitus omissionem priuatur Clericus priuilegio Clericali, sed necessaria est tanta perseuerantia, vt publice pene existimetur Laicus, *Prosper. in addit. ad Quar. lit. c.* vbi & refert Sac. Cong. declarasse, adscriptum oratorio confraternitatis laicæ censeri adscriptum Ecclesiæ, *iuxta c. 6. sess. 14. Trid.* etiam si seruitium eius aliquantum fuerit interpolatum, quia ciuili modo verba intelligenda sunt, *l. si cui, D. de seruit.* belli tempus etsi possit excusare à delatione habitus, dum periculum ingruit, nullatenus tamen quin in templo sacra vestis assumatur. vnde Choppin. *de sac. polit. l. 3. tit. 2. n. 4. 5. 6.* refert infirmatum statutum Capituli Lingonensis, quo id permissum fuerat. 7.

Denique vt habitus clerici decens, à laico distinctus, publicus, non domesticus, non momentaneus, non iusta ex causa mutatus, nec ex iniusta statim priuilegio fori priuet, nec vnus actus pœnis grauibus subiectus, sed arbitrarijs, vestis talaris vna, aut plures requiratur,

tur, interdictus sit ille omnis habitus, quem vetuerit Episcopus, vt nulla appellatione, quæ de vita, moribus, habitu, decernuntur decreta sunt, suspendantur; latius diximus *in Consult. canon. h. t. consult. 1.*

8. *Potatio.* Clerici in conuiuijs † debent se ostendere honestos, & sobrios in cibo, potu, & verbis, &, vt vltra tertiam vicem non biberent, decretum fuit *in cap quando 44. distinct.* Id tamen intelligendum est, nisi sitis naturalis amplius exigat, vnde Innoc. III. commode vtur his verbis in c. à crapula h. t. *Clerici à crapula & ebrietate diligenter abstineant, vinum sibi temperent, & se vino.* Atque ebrius quidem, à bria dicitur, quod genus mensuræ esse dicunt, quasi sine mensura bibens, sine mensura agat.

Fœcundi calices quem non fecere disertum?
Tunc surgunt rixæ, tunc pauper cornua sumit, &c.

Clerici ebrij pœnam suspensionis esse voluit ab officio & beneficio, Innocentius III. *d. cap. à crapula*, sed ebrietas est difficilis probationis, & in ea plurimum laborat ratio intellectus *vt habet Gutier. Can. qq. l. 2 cap. 4 num. 113.* adeoque non creditur testi deponenti de ebrietate, nisi assignet concludentem rationem. ideo ex Constit. Prouinc. Mech. 1607. punitur hic pro arbitrio Iudicis & modo scandali: vt graue scandalum est totas noctes potando transigere, vt pernoctauit Acerra apud Martialem;

Hesterno fætere mero, qui credit Acerram,
Fallitur: in lucem semper Acerra bibit.

9. *Ad æquales haustus.* Eodem *c. à crapula* interdicitur † potatio ad æquales haustus, videlicet quæ fit ad se mutuo ingurgitandum, non quæ caussa honoris, ac votiuæ salutis Principum virorum, aut amicorum: modo tamen cautio adsit, ne quis inebrietur: & in Conc. Laodicen. Carthag. 3 interdicitur Clericis ingressus tabernarum, nisi peregrinentur, quod & Synodus Prou. Mech. h. t. 1607. mandauit.

Aristoteles in politicis demonstrat vitium ebrietatis vnicum esse, atque in criminibus non tam facinus quam voluntatem esse plectendam, eamque minus prauam esse in ebrio quam in sobrio: reijciendamque ideo Pictaci sententiam qui duplici pœna ebrium quasi delicto delictum cumulasset, mulctandum censuit. Atque Aristotelis quidem sententiam sequutus est D. Augustinus dum Loth vnicum crimen commisisse censet, dum ebrius nefarie concubuit. nihilominus tamen Carolus V. Imperator hic vetuit veniales codicillos commissi homicidij dari obtentu ebrietatis, vel Pictaci secutus sententiam: vel (quod magis est) vt delictum, quia hic tum frequens, acerbitate pœnæ coërceretur.

10. *Auaritia.* Procul esse etiam clericos ab auaritiæ † studio conuenit, neque versari in opinione Marcelli, de quo Tacit. *l. 14. Ann.* refert *quod Asinio Pollione proauo clarus, neque morum spernendus habebatur, nisi quod paupertatem præcipuum malorum credebat.* Quippe non satis didicerat, quod siue quis ampla possidet latifundia, siue rustica mappalia, atque humilem habitet casam, μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος.

11. *Venatio.* Venationes etiam præsertim clamorosæ clero interdicuntur, quamuis Bugnion. *leg. abr. l. 2. sect. 59.* dicat titulum de clerico venatore hodie non obtinere, vsuque abrogatũ esse, sed argumentatur ex facto abusiuo, quod iuri non derogat. apud pios clericos ius nihil immutatum est: qui meminerint illud Hieron. quod venatorem numquam legimus sanctum. *c. quorundam dist. 34.* Nemroht non sanctus sed robustus venator dicitur.

vide

Vide quæ dicimus 1. de cleric. venat. eodem abusu dicit Bugn. *l.3.sess.137.* titulo, de simonia locum in Gallia non esse, & *l. 2.sect.77.* nec aliæ prohibitioni. mali mores: peius scriptum, quo defendantur, vel excusentur. & recens est prohibitio Concilij *Trid. s 24. cap.12. §. restitu.* Vt ab illicitis venationibus & *aucupijs clerici* abstineant.

Præclara vlterius est monitio † Conc. Trid. *sess. 2. in decreto, de modo viuendi. §. Epis.* ad Episcopos omnesque Ecclesiasticos, *& in proœm. decret. de reform. sess. 14. sess. 25. de Refor. ca.1. s. 24. capit. 12. § restitut. s.22. cap.1. s. 14. cap.6. s. 25. c. 1. §. quicumque Leon.10. in Concil. Lat. Pij 4. Const. quas refert P Matth. sept. dec 2. l. 3. t.1. cap.1. 2. l.1. c. 4.* Monitionem dixi: sed & præceptum verius est. dum d. c. 1. s. 25. etiam vtitur verbo *iubet.* miror, inquit Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque. for. V. beneficiatus different. 5. quod stante præcepto Conciliari (de quo in præsenti) & in re tam graui, tanquam pauperibus præiudiciali, & statui ecclesiastico contraria, qui verbo & exemplo docere debent harum pomparum, & vanitatum mundi contemptum, sint viri aliqui docti, & religiosi, qui audeant dicere hanc Concilij doctrinam esse de honestate, & perfectione; non tamen de præcepto: cum Concilium aperte dicat; non solum iubet, vt episcopi modesta &c.* Neque vilibus præmijs ad probam vitam inuitantur, quibus æterna promittuntur, dum sæculi milites militiam grauem & infructuosam ferunt, *&, vt inquit Tacit. l.1. Ann. denis in diem assibus anima & corpus æstimatur.* 12. *Monita.*

DE COHABITATIONE CLERICORVM *& mulierum.*

ADultero Conc. Ancyr. *c.20.* † septem annos pœnitentiæ imponit. Neo-Cæsar. *cap.1.* presbyterum vxorem ducentem deponi, fornicantem vel adulterantem, extra Ecclesiam abijci, & inter laicos ad pœnitentiam redigi mandat. Concilium Elib. c 13. statuit virginibus votifragis etiam resipiscentibus in fine tantum dandam esse communionem, virginibus sine voto in corpus suum peccantibus (nota simplicem fornicationem iam olim in Ecclesia punitam fuisse) annus præscribitur antequam reconcilientur, si modo violatoribus suis nupserint: sin alijs, quinquennij pœnitentia. Idem Concilium *cap.72.* statuit, si vidua peccauerit, post quinquennem pœnitentiam communioni restituendam, si cotreo nupserit; sin alteri, nec in fine dandam communionem. Innocent. I. postquam de incontinentia sacerdotum & Leuitarum decreuisset, *ca. 2.* disputat de his qui in omni vita voluptatibus se dederunt, & in fine pœnitent: *De his, inquit, obseruatio prior durior; posterior, interueniente misericordia, inclinatior est: nam cum illis temporibus crebræ persecutiones essent, ne communionis concessa facilitas homines de reconciliatione securos non reuocaret à lapsu, negata merito communio est, concessa pœnitentia: ne totum penitus negaretur, & duriorem esse remissionem fecit temporis ratio. Sed postquam Dominus pacem Ecclesiæ suæ reddidit, iam depulso terrore communionem dare abeuntibus placuit, & propter Domini misericordiam quasi viaticum profecturis, & ne Nouatiani hæretici negantis veniam asperitatem & duritiam subsequi videamur.* 1. *Antiquorum Canonum prohibitiones.*

Ex his patet † & pœnas criminum carnis grauiores olim fuisse, vti & faciliores illorum præsumptiones. Vnde & Conc. Matisc. *Can 2.* statuit vt nulla mulier in cubiculo Episcopi absque duobus presbyteris, aut certe Diaconis ingredi permittatur, & posteriora etiam 2. *Applicanda cũ sale hodiernis*

moribus & pro locorum differētia. etiam secula vetuerunt cohabitationem clericorum, & mulierum. Vnde bene aduertere oportet ne antiqui rigoris Canones siue contra laicos siue contra clericos, sine examine torqueamus ad præsentia tempora: vel præsumptiones olim validas, hodie æque efficaces putemus, vel quorumcumque locorum & temporum scriptorum doctrinam ad quælibet loca extendamus. quod enim in Italia alijsque calidis locis indicium facit osculum, non vtique hic facit: Vnde quod statuit Constantin. *l. 16. C. de donat. ante nup.* vt si sponsus ante nuptias acceperit à sponsa osculum, lucretur dimidiam sponsalitiæ largitatis, quasi delibata eius pudicitia, & imminuta eius integritate, non vtique vnquam seruatum vidi: Et negat seruari Bugnion *leg. abrog l. 4. Clem. 33.* sed omnia locorum statuta sonant, vt thorum ascenderit coniugalem, nec ante bonorum communio inducitur. *Busius ad l. 5 & 6. D. de Ritu nup.* Cum historias veteres & hodiernas legimus, miramur aliarum gentium famosa adulteria, raptus, stupra, incestus. Audi quid censeat de nostra Antuerpia R. P. Scriban. in illius descript. *v. Cast.* (& indole ab vna nosce omnes Belgas.) *Annis quibus hic sum viginti in vrbe hac magna, non indiligens morum obseruator, nullam inaudisse me virginem honesto loco natam, oblitam eo sui, vt in cuiusquam voluntatem ante matrimonium concesserit.* Quare nec valde conferet in his locis ad probandam alicuius incontinentiam, vti alibi vehementer argueret, vbi osculum statim inter mortalia reputatur: quod in his locis non æque dici potest, tum ob patriæ morem, & frequentiam; cœli, & sublunarium frigus; vt hic non tantum speculatiue sed & practice (absit modo scandalum, & secior cuiusque particularis dispositio) vera credi possit opinio, quam speculatiue tantum, vt probabilem & veram tradit Lessius. *de Iust. & iur. l. 4. c 3. d. 8.* quanquam in calce operis eam mutare voluisse videatur, sed rationes quas ex facto adducit, alibi obtineant.

Ex ijsdem causis fluit, vt quamuis etiam de iure ludus vxoris impudicus cum alio plectatur: *gloss in c. 1. lib. feud. quib. mod. feuda amitt.* non tamen hodie osculum in his locis ius diuortij tribuat sed forte apud eas gentes vbi etiamnum obtinet illud: Oscula qui sumpsit, si non & cætera sumpsit, &c.

Et huiusmodi quidem prohibitio cohabitationis clericorum † & mulierum laudabilis est. sed ob flegma huius climatis hic nunquam recepta: tametsi cum in Conc. Prouinc.
3. *In Belgio clericorum & mulierum non suspectarū cohabitatio tolerata* Mechl. an. 1607 decretum esset vt quilibet Sacerdos ancillam è domo, ab Episcopo iussus, dimitteret; cum Romæ ea Synodus probanda sisteretur, id circumductum atque deletum est: non alia, reor, ex caussa, quam ne per hoc videretur derogari decreto, ne cum clericis mulieres habitent. Nihilominus ad mores nostros statuendo in Synodo Antuerpiensi id diserte mandatum est Quin & Conc. Trid. *s. 25. c. 14 de reformat.* id his verbis prohibet. *S. Synodus quibuscumque clericis ne concubinas aut alias mulieres, de quib possit esse suspicio, in domo vel extra tenere, vel cum illis vllam consuetudinem habere audeant.* vbi bene nota concubinas dici retentas in domo vel extra & quod etiam consuetudo cum quibuscumque
4. *Suspectarū non ita.* interdici possit, † de quibus suspicio haberi possit. Sic & Leo X. *in Consti quam refert P. Mat. l. 5. t. 16 cap. 1 § publici,* inter publicos concubinarios refert, qui mulierem de incontinentia suspectam, & diffamatam tenent, & per suum superiorem admoniti, ipsam cum affectu, & effectu non dimittunt. & *c. 2 h. t* clericum excommunicari, & mulierem canonice iudicari iubet sic & loquitur *l. 41. D. de milit. test.* vt mulier in quam turpis suspicio cadere potest, nec ex testamento militis aliquid capere possit. similiter *c. 8. s. 24. de Reform. Matrim.* dum statuit de laicis pro concubinis domi retentis, vtitur verbo, *eiecerint*; pro alijs, *se ab*

earum

earum conſuetudine ſeiunxerint: quod vtrumque facere tenentur, ne vt concubinarij puniantur excommunicatione ibi præſcripta; & ſi contumaces ſint per annum, vt concubinarijs publicis, grauis punitio indicitur, ad arbitrium Ordinarij, nullo etiam requirente. (quod & nota) & mulieribus (non viris Cong. Conc.) relegatio extra oppidum & diœceſim, ſi etiam Ordinarijs videbitur. *de quibus pœnis latius vide Azor. Inſtit. Mor. p. 3. lib. 3. c. 6.*

Olim autem † iure ciuili impunitus fuit inter liberos coitus, vnde Tacit. l. 2. Ann. 5.
Cautum, inquit, *ne quæſtum corpore faceret cui auus, aut pater, aut maritus eques Rom. fuiſſet : nam Viſtilia, prætoria familia genita licentiam ſtupri apud ædiles vulgauerat, more inter veteres recepto, qui ſatis pœnarum aduerſus impudicas in ipſa Profeſſione flagitij credebant, Viſtilia in inſula Seryphon abdita eſt.* Demum Imp. Conſtant. *l. vn. C. de concub.* coniugatis penes ſe concubinas habere vetuit.

Concubinatus iure ciuili olim permiſſus.

Quare licet Iure ciuili † vt quis dicatur concubinarius, requiritur, vti femina ſit domi à concubino retenta, quadantenus vt vxor, *gloſſ. in l. concubinam C. de concub. qua de re Azor. Inſt. mor p. 2. l. 2. c. 6. q. 4.* (Vnde Azor. infert hodie filios nullos eſſe proprie iuxta ius ciuile naturales, cum licitus olim, hodie inhibitus ſecundum Canones ſit concubinatus, & Cuiac *li. 5. obſer 6. circa fin.*) Iuxta quos ſufficit quod ſoleat quis cum ea carnaliter commiſceri, etſi foris habeatur, ſi de conſuetudine conſtat, & diffamatus eſt in ſua vel concubinæ vicinia. *Diaz in prax. crim. can c. 73. quam ſententiam ſequuti ſunt Domini de Rota. 27. Ian. 1597. vt habet M. Ant. Gen. in Prax ca. 31.* Neque illiquida ratio differentiæ eſt: quippe ius Canonicum ſpectat materiam peccati corrigendi, ea porro in vtroque caſu eſt: ius ciuile politicam conſiderationem habet, vt concubina quadantenus imitetur vxorem, atque quaſi vmbra ſit matrisf. Quod in ea non eſt, quæ eſt foris: adeoque ex concubina natos dignos cenſet, qui ſubſecuto matrimonio legitimentur: non ſecuto, naturales vocantur: quorum neutrum eſt in alijs. 6.

Multa illius requiſita.

Quin & tanta † fere fuit ſimilitudo matrisf. & concubinæ, vt Iure legitimæ vxores, 7.
non ſolemniter tamen ductæ, & quæ magis propter ſeruitia, quam familiam, habebantur, concubinæ vocarentur. eo ſenſu accipiendus locus Auguſtini, vbi concubinam habentes, ab altari non vult arceri, necnon c. is qui. *c. Chriſtiano. 34 diſt.* vbi à Conc. Tolet & à B. Iſidoro concubinam habere permittitur vxorem non habenti. nam verus concubinatus diſerte prohibitus eſt. *in c. denique verius. c. audite. 34. diſt. c. præcipue 11 q. 3. c. concubinæ 32. q. 2. c. dixit nemo. 32. q. 4.* & omne fornicationis crimen lege diuina prohibitum, & ſub pœna peccati mortalis neceſſario euitandum. verba ſunt Leonis X. *in dict. Conſtit §. & cum.* qua mandat vt Ordinarij contra omnem fornicationem in clericis & laicis, coniugatis & ſolutis, animaduertant.

Similitudo cum minus ſolemni matrimonio.

Porro Conc. Trid. *ſ. 24. c. 8. ſ. 25. c. 14. vt notat Serol. v. concubinarij,* formam † dat pro- 8.
cedendi contra concubinarios laicos ſcil. vt primo ter moneantur ab Ordinarijs, etiam ex officio. 2. ſi hoc peracto, non reſipiſcerent, eſſe excommunicandos. 3 ſi animo indurato per annum ſic ſteterint, pro qualitate criminis ſeuere ab Ordinario puniantur. prout *ſ. 25. c. 3. in fin. de reform.* 4. mulieres quæ publice cum ſuis concubinarijs viuunt, niſi vt ſupra admonenti Ordinario paruerint, extra oppidum, ſiue diœceſim eijciantur: inuocato ad hoc etiam ſi opus erit brachio ſeculari. Huiuſmodi monitiones ſecundum materiam ſeu loquendi formulam etiam inhibitiones dicuntur, v. g. *in c. 1. h. t. inhibendum eſt*, inquit, *vt*

Forma procedendi contra concubinarios.

nullus sacerdos feminas, de quibus suspicio esse posset retineat, & c 2.4. & 6. & monitio, & admonitio vocatur. & locum habet non tantum vbi de delicto constat, sed etiam vbi de suspicione & scandalo viciniæ. & monitus seu inhibitus extraiudiciali etiam decreto parere debet, aut offerre se ad purgandum, & diluendum id quod de re aut suspicione delatum est. quo casu reuocatur huiusmodi decretum. *l. quod iussit. D. de re Iud. c. cum cessante x. de appell.* vbi & idem Iudex reuocata interlocutoria in causa procedit, & per reuocationem huiusmodi dicitur cessare querela, sicut cessat effectus cessante caussa. eademque reuocatio eidem iudici permissa est, quamuis decretum definitiuum esse contendas, quia huiusmodi in casu idem, qui nulliter pronuntiauit Iudex ordinarius est adeundus. *l. si præses C. quomodo & quando Iudex*: tametsi vt diximus huiusmodi monitiones & inhibitiones intelligendæ sint extraiudiciales; & subsistere ad effectus Concilij, & canonum supra citatorum: dum præuia inquisitione sunt factæ, si porro monitus aut inhibitus conqueratur, delationesque iniquæ esse deprehendantur rite reuocantur decreta, *ex d. l. quod iussit*, & recte concipiuntur huiusmodi decreta cum clausula iustificatoria, donec inhibitus se purgauerit, seu inhibens aliter decreuerit. debent porro monitiones fieri distinctis temporibus, vt ad pœnas Concilij procedatur: non tamen vt ad alias ex priori iure competentes. Ita vt ad pecuniarias, similesue citra excommunicationem, & relegationem sine illis procedi possit. *citati à Barbos. in collect. DD. ad Concil. Trid. s. 24. de reform. mat. c.* 8. vbi tamen Concilij pœnas in laicis obtinere insordescentibus per annum, & si cum diuersis: quamuis in his rarior inuenietur moralis anni continuitas, propter quam videantur incorrigibiles esse, & locum facere excommunicationi.

Quoad clericos personasque Ecclesiasticas, relictis pœnis de iure antiquo irrogari solitis, de iure nouissimo sunt statutæ, (quibus in hoc standum est.) à Concil. Trident. *sess. 25. c. 14. de reform.*

9. *Pœna.* Primo, inquit, quod si † à superioribus moniti, vtique specialiter, non per edictum aut Synodum ab ipsis concubinis non abstinerent, tertia parte fructuum, quarumcunq; pensionum, & beneficiorum sint ipso facto priuati. 2. si in eodem delicto cum eadem vel alia fœmina, perseuerantes, secundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnes beneficiorum amittant, prout supra, sed quoad Ordinarius tanquam sedis Apostolicæ delegatus arbitrabitur, ab administratione beneficiorum suspendantur. 3. si ita suspensi, cum eisdem versentur, vel eas non expellant, priuentur perpetuo omnibus beneficijs & pensionibus. 4. si postquam eas semel dimiserint, earum consortium intermissum repetere, vel alias huiusmodi scandalosas mulieres sibi adiungere ausi fuerint, præter dictas pœnas excommunicationis gladio plectantur. 5. sint inhabiles ac indigni quibuscumque honoribus dignitatibus, beneficijs, & officijs, donec & c. 6. clerici non beneficiati iuxta delicti qualitatem pœna carceris, suspensionis ab Ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda ac alijs modis iuxta sac. Canon. ab ipso Episcopo puniantur: vnde cap. eos 32. *dist.* præter has pœnas Vrban. II. concubinas à Principibus in seruitutem agi permittit. Vt tam ipsæ quam per eas etiam clerici puniantur, qui honore, bonis, & anima eas cariores habent. Ex his oriuntur multa dubia, primum an habeant locum pœnæ statutæ iure antiquo. 2. an concubinarij sint ipso iure suspensi. 3. an possint ipsæ concubinæ etiam excommunicari. 4. an requiratur trina monitio contra ipsos clericos. quorum resolutio-

Priuatio fructuum suspensio. Priuatio beneficiorum. Excommunicatio. Inhabilitas. Seruitus.

lutionem habet Serol *d.loc.* Et quidem Guttier. *Can.q.l.2.c.7.* clericum cum soluta fornicantem, negat deponi nunc posse, vt olim poterat.

Si tamen clerici fornicatio † insignem habet deformitatem adiunctam, vt adulteriũ, 10. incestum, stuprum & similia: *Guttier. C.q.l.2.c.7.n.55.* deponi potest. Secundo limitatur in clerico rem habente cum monialibus deponendus est. 3. limitatur in clerico matrimonium de facto contrahente cum soluta: non tamen pro fornicatione continuata. 4. in crimine contra naturam. 5. in cognoscente filiam suam spiritualem. 6. vel eam quæ propter sacramentum pœnitentiæ effecta fuit sibi filia spiritualis. 7. vel paræcianam suam. 8. vel eã quam tenuit in sacramento confirmationis. Idem in Religiosis fornicantibus, idem in Episcopo fornicante, secundum aliquos: sed verior & communis sententia est in contrarium; & hodie Trid *s.25.c.14.§.fin.* specialiter de Episcopis disponit.

Quando hodie clericus fornicans deponi possit.

Probari tamen testibus † debet hoc crimen in præd. casibus, quibus pœna depositio- 11. nis pro eo imponitur, alias si in occulto reuelat superiori, mitiori pœna delinquens puniendus est. *Guttierrez d.c.nu.56.57.58 59.60.61.63.64.56.67.* Quare VVesenb. *in Parat.tit. de Adul.n.18.* negat in criminali sufficere reperiri solum & solam, nudum & nudam in lecto, vt habet ca.12. *de præsumpt.* quod de probando ciuiliter matrimonio loquitur, & in eo pro plena probatione est. testabantur seniores duo illi de Susanna & iuuene, quod viderant eos commisceri. & lex Mosaica. *Leu.11.* vtitur de punienda adultera verbis: *si deprehensa fuerit in adulterio.* Vnde Curia Neapol. absoluit fratrem cum sorore eodem lecto repertum, quæ prægnans etiam fuit. *Riccius in prax.decis.686.* de extraneis non idem statuerem. Certe difficultas probationis obscurorum criminum, non facit vt quælibet probatio sufficiat, in quo multi hallucinantur. alioquin vix erit vt accusasse non sufficiat. in correctionibus tamen facilius sufficit probatio.

Sub exacta tamen probatione.

Concubinatus non tantum nunc illicitus est, † & pœnis coercetur, sed etiam infamat. 12. Vnde refert Charon *l.7.Res.167.* iudicatam successione defuncti indignam, quæ suspecta de concubinatu prohibita erat ei cohabitare, & *l.10.Res.75.* presbyteri reuocatam donationem omnium bonorum factam cuidam iuueni, cui post annum filiam spuriam, etsi legitimatam vxorem dederat, ob fraudem legis, ob quam etiam *ibid.* est irritata donatio facta prolibus legitimis filiæ spuriæ.

Concubinatus infamat.

Refertur enim inter cæteras etiam pœnas concubinariorum clericorum, † quod con- 13. cubinæ testamento legare aut alias donare non possint, alioquin vel hæredes illius, vt in milite seculari decisum est, vendicare possunt, vt vult *Gamma. decis.28.* aut fisco adiudicabitur, tanquam turpiter datum & turpiter acceptum, ob coitum iure punibilem: vt vult L. Molin. *de Iust.tr.2.d.275.n.15.* qui argumentum à milite sæculari ad cœlestem, seu clericum procedere negat, nisi in ijs quæ iure decisa sunt. Sic Caro. V. hic edicto suo. *diuers. Ord.4.Octob.1540.lib.edict.fol.767.* concubinis donata inter viuos, vel testamento per minorennes immobilia, vel pro eis grauata voluit in irritum reuocari. Similiter Pius V. constitutionem edidit, qua vetuit, ne illegitimis prolibus clerici aliqua relinquant. quam Const. Rota. *vt refert Farin. Crim.decis.82.n.14.& seq.* locum habere declarauit, non tantum in bonis quæsitis ex fructibus beneficiorum, sed etiam in patrimonialibus. quin & comprehendere laicos, quoad bona ab Ecclesia profecta, qualia sunt feuda Ecclesiastica, emphiteutica, & bona ex pensionibus acquisita, quæ laici ex priuilegio aliquando obtinent. Denique omnes eos quibus applicari possit vna ex rationibus

Clericos intestabiles facit in fauorem concubinarum ac prolium.

in proœmio Bullæ contentis: videl. si Ordini Ecclesiastico noxia essent, vel scandalum parerent.

14. *Abusus cleri Vltraiectini.* Dicitur quondam † clerus Vltraiectinus priuilegium habuisse à Pontifice & Imperatore confirmatum, vt liceret ex concubina natis, quantum luberet relinquere, modo sine fraude esset legitimarum prolium ante forte susceptarum. *Holl. sup. semen. decis. secund.* sed ea consuetudo & abolita nunc censeri debet, fuisseque semper & esse corruptela, sicut similis quædam Namurcensis à Concilio Mechliniensi iudicata, & vsu imposterum interdicta fuit. *ibid.*

15. *Concubinarius non notorius non statim priuandus.* Quamuis clericus † concubinarius notorius, puniri possit absque aliqua monitione, *ex c. tua nos. de coh. cl. & mul. & ibi Abb.* tamen sine ea ad priuationē beneficiorum perueniri non potest. *c. sicut c. si autem, eod.* conformiter Concil. Trid. *s.* 25. *c.* 14. quod ad hoc inducit M. Ant. Gen. *in prax. c.* 31. atque ita censuisse Rotam. 27. Ian. 1597. Neque raptim & festinanter ad sententias priuationis procedendum, neq; tantum præsumptionibus, sed concludentibus probationibus opus esse. quod in omnibus delictis verum est ex quibus agitur ad priuationem.

16. *Turpia in sacris rebus proponens grauiter puniendus.* Clericus sollicitans † in actu confessionis ad turpia, est suspectus de fide, procedique contra eum debere tanquam hæreticum rescripsit Pius V. Archiepiscopo Hispalensi, 16. April. 1561. *Rescriptum refert Piasec. par. 2. c. 4. nu. 42.* & refert M. Ant. Gen. *in pr. c.* 59. declarasse Clem. VIII adeoque grauiter puniri: neque probationes plenas requiri. *dicimus latius de pœnit. n.* 20. Clerici Sodomitæ debent tradi brachio sæculari, vt moriantur: ex Bulla Pij V. quæ tamen à Nauar. *ca.* 27. *nu.* 249. *& M. Ant. Gen. in pr. c.* 68. restringitur ad exercentes actum continuo, non semel.

Spectant ad h. t. ex Conc. Trid. *In decreto de modo viuendi. § Episcopos s. 2. In decreto de reform. proœm. s.* 14 *In decreto de refor. c. 1. s. 25. c. 12. § rest. s. 24. c. 1. s. 22. c. 6. s. 14.*

DE CLERICIS CONIVGATIS.

1. *Quomodo hi ministrent?* MVltis omnino locis deficiunt clerici cælibes in minoribus ordinibus constituti, qui *iuxta c.* 17. *s.* 23. *Concil. Trid.* functiones ordinum & ministeria peragant. in illorum defectum permittit *ibidem Trid. in fin.* vt clerici coniugati locum suppleant, dummodo sint vitæ probatæ, non Bigami, ad ea munia idonei, & tonsuram & habitum clericalem gestent: quamuis non vbique: tamen *in Ecclesia*, inquit Tridentinum, quod huic rei sufficit & ita plerique Psalmistæ, & cantores sæculares in Ecclesia dumtaxat habitum Ecclesiasticum gestant. sed ad effectum priuilegij Bonifaciani *c. 1. h. t. in 6.* requiritur simpliciter, vt tonsuram & vestes deferant clericales quod innouat Trid. *s.* 23. *c.* 6. cum restrictione, quā paulo ante dederat in celibibus, vt ab Episcopis deputati alicui Ecclesiæ inseruiant: nemini quoad hoc priuilegio vel consuetudine etiam immemorabili suffragante.

Est tamen animaduertendum per decretum *d. c.* 17. clericos coniugatos non dispensari aduersus titulum *de clerico non ordinato ministrante*: quasi omnium minorum ordinum functiones solemniter subire possint. sed ea demum restrictione, qua celibes: scilicet, *non nisi*, inquit Tridentinum, *per constitutos in dictis ordinibus respectiue.* & dixi, *solemniter* id est tāquam

actum

actum, qui ab alio non possit exerceri: qualiter non ordinatus ministrans censuris illigatur. *c.1. & 2. de cler. non ord. minist. citati à Barbos. ad d.c.17.*

Loquitur etiam Tridentinum de ministerijs quatuor minorum ordinum, vt quamuis subdiaconus per dispensationem Apostolicam coniugatus fuerit, minorum ordinum functiones subire possit; subdiaconatus non item: quia id non admittit Tridentinum: & priores canones auersantur. aiunt tamen decisum esse huiusmodi subdiaconum, cum vidua coniugatum, retinere priuilegium fori. *citati à Barbos. ad d.c.6.s.23.* siquidem retinet semper sacri ordinis characterem, quamuis ab exercitio arceatur.

Porro priuilegium clericorum coniugatorum *in d.c.1. h.t. in 6.* requirit primo, vt coniugati sint cum virgine: 2. cum vnica: 3. tonsuram & vestes deferant clericales: 4. ex Tridentino alicui Ecclesiæ adscripti inseruiant. est autem canonis *si quis suadente diabolo*, & fori, ne pro commissis excessibus criminaliter, vel ciuiliter coram sæculari conueniantur: personaliter vel pecunialiter condemnentur. vt priuilegium illud se habeat per modum exceptionis; regula autem sit in contrarium. *in cæteris autem*, inquit Bonifac. *d. c.1. h.t. vel nisi tonsuram & vestes ferant clericales, etiam in præmissis*, (canonis scilicet & fori ex delicto) *eos gaudere nolumus priuilegio clericali. latè citati à Barbos. ad d.c.6.* 2. *Eorum priuilegia.*

Tonsura porro, & vestes clericales non aliæ præscriptæ sunt coniugatis, quam celibibus: tametsi in clericis coniugatis non beneficiatis remissior sit obseruantiæ habitus & tonsuræ. ob caussam quam cum ea distinctione admittit Innoc. III. *in c.7. x. h.t.*

DE PRÆBENDIS.

CVm in promouendis iure naturæ, † ea aptitudo corporis necessaria sit, quæ requiritur ad decenter præstandum officium, *c. nisi, de renun.* collatio ei facta (vt cæco) qui hanc non habet (quippe qui nequit horas recitare) est irrita. *s.22. cap.4.* vbi generatim disponitur vt collatio facta ei qui non habet integre ætatē, & cæteras habilitates requisitas, irrita sit. Et siquidē nō caret omni scientia, habet tamen aliquā, deberet irritari. *d.c. nisi.* sic in Episcopis *s.22.c.2.* & Cardin. vtpote supremis Ecclesiæ senatoribus in caussis fidei, & gubernationis Ecclesiæ S. Pontificis consiliarijs *s.24.c.1.* & Archidiaconis, vtpote Vicarijs natis, adeoq; oculis Episcoporum *c.12. s.24.* requiritur vt sint Doctores, aut Licentiati in Theologia, aut Iure Canonico, aut saltem publico Academiæ alicuius testimonio ad alios docendos idonei: quod testimonium in his adeoque alijs minoribus beneficijs loco examinis est. præterquam in concursu ad curatum, vbi etiam Theologiæ Doctor examinari debet. *Cong. Conc. iuxta Gonz. ad Reg.8. Can. gloss.4. num.90.* quod alioquin examen ab Episc faciendum in omnib. prouisionibus beneficialibus requiritur: & quidem sub pœna nullitatis, si institutio ad alium quam Episc. spectat, *s.7.c.13. s.25.c.9.* exceptis nominatis ab Vniuersitatibus. *d.c.13.* 1. *Collatio facta inidoneo nulla.*

Beneficium regulare sæculari † conferri non potest, nec contra, *Trid s.14.c.10* nec pensio. *Serol. v. benef. §.5.* nec regulare regulari, nisi expresse professo in eadem Religione. quæ intelligit tamen Serol. de beneficijs simplicibus, non de curatis, de quibus alibi. An præter Papam Ordinarij collatores possint Regularia beneficia, in titulum regularibus 2. *Regulare beneficium sæculari cōferri nequit, nec contra.*

ribus professis prouideri consueta, conferre etiam sæcularibus, qui illius habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur: S.Cong. *die 12. Decemb. 1585.* censuit, posse etiam Ordinarios collatores portiones Monachales & Canonicales, & similia simplicia beneficia Regularibus prouideri consueta, conferre ne dum eius Ordinis professis, sed etiam secularibus, qui habitum suscipere, & professionem emittere omnino teneantur: Abbatias tamen & beneficia administrationem habentia non nisi professis, iuxta Canones per Ordinarios inferiores conferri posse. Refert hanc resolutionem Pias, *pr.p.2.cap.5.n.23.Goncalez.ad Reg.8. Can.gloss. num. 77.78.* vbi id docet originem habere ex iure communi, præsertim *cap.cum in Magistrum.49.de elect.in magistrum,* inquit illud cap. *assumi non debet, qui formam discipuli non assumpsit; nec est præficiendus qui subesse non nouit:* quare si regulare beneficium clericus sæcularis impetrat, nulla est impetratio, & vicissim sæcularia beneficia regularibus, nulliter conferuntur, *c. cum de beneficio, de presb.in 6.Goncal.ad Reg 8.Canc.gl 7.n.4.5.6.* nisi sub ratione iam dicta: taliter tamen promotus intra 6. menses tenebitur profiteri. *Trid.s.25.c.21.* vel iuxta arbitrium superioris. *gl in c.officij, de elect. in v.competenter.* & quidem sæcularia omnia præsumunt nisi regularia doceantur, quia is fuit 1. cleri status, & Petri. *ibid.n.1.*

Beneficia ergo regularia non conferri nisi ijs qui actu regulares sint, aut mox fiant: decreuit Concil. *Trid.s.14.c.10.* & quidem eiusdem ordinis, quin & monasterij: *c. cum singula. §. prohibemus de preb. in 6.* si tamen necessitas exigat; & regularia secularibus, & contra conferri possint. *c. inter. quatuor de relig. domib.* ea tamen necessitas per gradus procedit: vt si in eodem monasterio non sint idonei; sumantur ex alio: vt decernit in electione Abbatissæ Concil. *Trid.de regul.c.7.* si nec inueniantur in ordine; tunc ex alio ordine: *arg.c.relatum, ne clerici vel Monachi.* si nec hoc fieri possit, tum demum transitur ad sæculares. *citati à Barbosa in collect.DD.ad d.c.10.*

3. Porro mox atque aliquis præbendam adeptus est, † tenetur præstare Episcopo, seu eo impedito, Vicario generali seu Officiali & Capitulo professionem fidei. *Trid.s.24.ca.12. § prouisi.* A qua professione non excusat exemptio, non regularium Canonicorum, si Cathedralis fuerit, ordo, nec in adeptione alterius beneficij olim facta professio, *citati à Barbosa in Remiss.ad d.c.12.* non regularis prælatura, modo curam habeat animarum. collegiatæ tamen, quæ curam non habent, eximuntur. & professio coram vicario, non impedito etiam Episc. facta, exonerat. Quia verba ea Conc. *vel eo impedito* tantum denotant conuenientius esse, eam facere coram Episcopo, cessante impedimento. *citati à Barb. in Remiss.ad d.c.12.*

Præbenda donatus fidei professionem edit alioquin fructus nõ facit suos.

Et quidem adeo efficax est hoc decretum, vt eo non obseruato, impediatur acquisitio fructuum beneficij, vt & in conscientia etiam ante iudicis sententiam retineri nequeant, vtpote alieni, & qui iure ad beneficiarium non spectant. *Azor. Inst. Mor.p.2.l.7. c.2.q.1.* nisi forte iusta ignorantia aut obliuione omissa sit hæc professio. *Quar.v.benef.poss. in not.* quæ in foro exteriori non facile recipietur, *idem ibid.q.2.post Nauarr.* nec quidem vi regulæ Cancel. de pacif poss. retineri possunt, quippe possessio ei non suffragatur, qui professionem non edidit, sed ad alios tantum iuris effectus. *idem ibid. quæst. 3. Cong. Conc. 2.Septemb.1591.* quia titulum non perdat: *Azor. ibid.* vnde & distributiones facit suas: *Quoniam,* inquit Cong. Concil. *dantur ratione ministerij personalis, & propter operas suas, illas percipiens facit illas suas.* Adeoque qui professionem non emiserunt, nulla Capituli gratia pro præsen-

præsentibus haberi possunt, scil. quoad fructus, non vero distributiones. *Cong. Concil. apud Garz. de benef. part. 3. cap. 3. num. 51.*

Sic etiam contributio pro seminario non est facienda ex distributionibus, neque charitatiuum subsidium, neque annata; quin & ob operas potius quam præbendam adeo lucratur clericus distributiones, vt de ijs testari possit: magis quam de fructibus. *Gonçalez. ad Reg 8. Can. §. 7. proœm. num. 164. & seq. Azor. vbi supra. quæst 7. & nos diximus. t. de testam.* Fructus ergo tales restituendi impendentur in vsum Fabricæ, vel pauperum, vt eorum qui non resident. *ca. 1. vers. si quis autem s. 23. Conc. Lateran.* & postea facta professio non retrotrahitur ad tempus acquisiti beneficij, seu quo fieri debuit, sed prodest in futurum. *Azor. ibid. quæst. 4.* quando etiam fieri debet, neque enim lapsus duorum mensium exonerat. *ibidem. quæst. 5.* sed & tamen per procuratorem eam facere, cum id non prohibeatur, quis potest. *l. 1. D. de procur. c. qui per alium, c potest quis. de præb. in 6.* sed si procurator non fecerit, si per mandantem non fiat quo minus per se vel alium faciat, lucrabitur fructus. *Azor. ibid. quæst. 6.*

Decreuerat autem Greg. XIII. *apud Garz. p. 3. c. 3. n. 55.* neminem ad possessionem esse admittendum, nisi præstita prius fidei professione. quod tamen non seruari dicit, neque Concilium requirit. præsertim cum visitationum aliorumque publicorum negotiorum caussa Episcopi ab Ecclesia sua sæpe absunt, & prouisi ad inchoandam præciso die residentiam fere passim arctantur. solet tamen hic in Capitulis præmitti professio introductioni, nisi cum ea à procuratore initur, sine mandato profitendi. Docere autem quilibet à superiore requisitus, tenetur professionem à se factam esse, nisi pro eo præsumptio ex consuetudine, & temporis diuturnitate steterit à superiore, inquam, non aduersario. sed si is agat ad restitutionem, ob neglectam professionem, eius assertionis probandæ onus incurrit. *Garz. n. 47.*

4. *Parochus etiam residentiam spondet.*

Præter professionem fidei Pius IV. *Bulla sua 87.* † voluit prouisos de parochiali etiam teneri ad iuratoriam cautionem de residendo. quæ loquitur diserte de prouisis per Papam: de prouisis autem per Ordinarium aliqui dubitant an teneantur; certe expedit ad illam cogi: & ita seruatur in Prouincia Mechliniensi *ex capit. 1. & 2. t. 17. Synodi anni 1607.*

Collatio præbendarum, seu quod hic idem est beneficiorum omnium fieri potest toto orbe per Pontificem: *clem. 1. vt lite pend.* per legatum in sua prouincia: *c. 1. & 2. de off. leg. in 6.* ordinarium in diœcesi? *c. omnes Basil. 16. q. 7.* inferiores ex consuetudine, seu alias: *clem vnic. de suppl. negl. prælat.* Capitulum sede vacante in eis quæ sunt necessariæ collationis, reseruatis successori liberis: *c vn. ne sed. vac.* Vicarius in non liberis sine mandato speciali: *c. fin. de off. vic. in 6.* sequestrum: *Garz. p. 5. c. 6.* bonæ fidei possessorem: *c. querelam. de elect.* cum porro communis est collatio Episcopi cum Capitulo, sede vacante illud confert. *d. c. vn.* quemadmodum & in Synodo diœcesana Mechliniensi 1609. *tit. 15. c. 7.* declaratum est affectas graduatis præbendas, quarum collatio Episcopo & alijs graduatis competit, sede aperta vacantes ab alijs graduatis posse conferri. Communis de iure videtur præbendarum cathedralium collatio, sicut in alijs Ecclesijs prælato cum suo Capitulo. *cap. 6. de ijs quæ fiunt à Prælat.* quoniam Episcopus & Canonici vnum corpus sint *c. 4. ibidem.* ideoque vt proprij collegij præbendæ de assensu maioris partis Capituli conferri debent: *d. c. 6.* ita dispositio maiorum saltem beneficiorum extra collegium de consilio collegij. *d. c. 3. & 4. eodem.* consuetudine tamen aliud induci.

potest

potest *d.c.6.* ita vt canonicorum electio etiam ad solum Capitulum spectare possit. *c.31. x. de elect.* quod multis in locis obtinet. vt & moribus obtentum est in alijs multis locis, vt prælati seculares & regulares sine assensu aut consilio Capituli seu conuentus beneficia conferant. sed vt diximus hæc ad mores pertinent. regulariter autem de iure *ad Episcopum tam institutio, quam destitutio sacerdotum noscitur pertinere*, inquit *c. duodecimum in fin. x de hær.* adeo vt nulla consuetudine induci queat, vt sine Episcopi, aut suorum officialium ad id potestatem habentium (in horum locum etiam veniunt Collegia & Prælati, alijque Ecclesiastici, quibus immemorabilis vsus fauet) consensu recipere aliqui beneficia ecclesiastica possint. *c.3. x. de instit. c.1. de Reg. Iur. in 6.*

Vetus iam est regula, quamuis, sæpius interpolata, Octaua Cancellariæ, de reseruatione mensium Apostolicorum. ad quam amplissimum scripsit tractatum Gonzales. cui nunc inseritur clausula gratiæ alternatiuæ pro Prælatis apud suas Ecclesias residentibus, vt, illa secundum formam regulæ acceptata, conferre possint beneficia vacantia alternatis cum Papa mensibus. alioquin ei sunt reseruata quæ vacant mense Ianuario, Februario, Aprili, Maio, Iulio, Augusto, Octobri, Nouembri: quæ cæteris; permissa Ordinarijs pœnas conferentium beneficia reseruata statuit Pius IV. & pro malæ fidei possessoribus taliter prouisis pridem declarauit Clemens VII. fructusque nullo vmquam tempore suos facere, beneficio regulæ de Annali, & triennali, non iuuari.

Iure communi beneficiorum in titulum erectio spectat ad Episcopum adeoque etiam parochialium institutio non tantum ei permittitur, sed &, si necessitas exigit, ei iniungitur. *c. ad audientiam x. de Eccles. ædificand. Concil. Trident. s.21. c.4.* adeoque veteribus canonicorum Collegijs aliquos addere, numerum augere, noua collegia instituere posse dicendum est: quamuis ea in re dissentientes sint opiniones. *apud Dianam p.3 t.6. r.38.* quia nullo id canone diserte prohibitum est & contra fauet *c. cum accessissent, de constitut. c. cum olim de consuet. & ibi. DD.* eamque Episcoporum opinionem fuisse atq; vsum post bonorum Ecclesiæ partitionem per omnia secula, millenis diplomatibus doceri potest. sed Romani pragmatici hodie aliam praxim astruunt. vt in supernumerarijs ex illis diximus. *1. de conces. præb.*

Spectant ad h.t. de præb. ex Conc. Trid. *c.2 3.4 s.s.7. c.5. s.25. c 16. s.25. c. 9. 10. s.14. c.21. s.25. c.15. s.24. c.17. s.24. c.6. s.7. c.6. s.14. c.5. s.21. c.13. s.24. c.9. §. insuper s.25.*

DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS.

1\. *Pluralitas beneficiorum prohibita.* RESidentiam Prælatorum, parochorum, canonicorum, aliorumque Ecclesiasticorum valde iniungit Concil. Trid. *s.6. c.1. 2.1 7. c 2. s.21. c.3 s 22. c.3 s.23. c 1. s.24. c 14. §. præterea constitutio Pij IV. inc. in suprema Kal. dec 1564. Pij VII. 11. Maij 1561.* ex quo moderatur Cōcil. Trid *sess 24. c.17.* † eorum cupiditatem qui occasione consuetudinis, quæ residentiæ onus in simplicibus beneficijs remisit, plura, vltra quam satis sit, aucupabantur: sic vt modo non liceat cuiquam habenti beneficium conferri secundum, si primum sufficiat.

Ad cu-

Ad cuius saluberrimi decreti imitationem, cum Tridentina Synodus pro authoritate debita nondum sit recepta ex asse in Gallia, congruens est edictum Regium ann. 1579. art. 11. Blesis latum, ne quis plures Ecclesias occupet. *Choppin. monastic. l. 2. tit. 2. numer.* 15. quod Budæus *l. 5. de asse.* tam dissidere in sacerdotibus censet, quam coniugem ac pellicem in hominibus prophanis. imprimis in Episcopatibus & beneficijs curatis *Trid. s. 7. c. 2. 3. 4. 5. Trid. s. 7. d. c. 2.*

Præsertim cum, vt inquit Bonif. VIII. *in cap. 1. de cons. in 6.* vnum officium vix digne valeat aliquis adimplere. atque hæc quidem vera ratio est prohibitionis, ne quis in pluribus Ecclesijs conscribatur. Ideo censuit Sac. Cong. plures pensiones cumulari posse, & sufficienter à pensionibus tantum prouiso etiam beneficium dari. *Garz. de benef. p. 11 cap. 5. numer.* 310.

Non tamen videtur † Concilium prohibere quin liceat primum non sufficiens retinere cum secundo sufficienti, non quod hoc sine caussa iusta continuo liceat, sed quod facilius retinendi sit caussa quam initio dandi. sed circa hoc cuiusque conscientiæ aliquid reliquit Concil. prout non facit habenti sufficiens ad acquirendum insufficiens.

2. *Non tamen primi non sufficientis cũ sufficienti.*

Sufficiens porro est ex quo clericus, † vt suæ conditionis alij timorati, se suosque honeste sustentare potest, se, famulos, parentes, fratres, & consanguineos egentes; sustentare, inquam, non augere. *Trid. s. 25. c. 1.* quod & clerico homicidæ permittit c. studeat. *d.* 50. qua in re omnes circumstantiæ sunt expendendæ; Beneficiatus Illustris sit persona admodum docta, vbi agat, quis situs Ecclesiæ: celebris enim locus requirit amplius quam infrequentior, sic vt certa vniuersim summa determinari nequeat. Etsi Serol. referat Cong. Conc. declarasse quod habens Canonicatũ & duo simplicia, quorum omnium simul reditus non ascendant ad 125. ducatos, non prohibeatur ea retinere per Concil. Trident. *sic de his omnibus Malderus de Iust. & Rel. tract. 9. cap. 2. d. 17. L. Mol. de Iust. tr. 2. d.* 144. 145. *& d* 146. vt per Trid. prohibeamur non augere consanguineos, scilicet per vitium cupiditatis, de ijs quæ vsibus pijs debentur; non de ijs quæ industria quis quærit, aut parce viuendo sibi subtrahit: *num.* 1. 2. 3. sed an de ijs testari quis possit? d. 147. *vbi num.* 31. *per cap.* 1. *s.* 25. astruit de ijs quæ in vsus pauperum erogare quis tenetur, testari non posse: nec vllam consuetudinem aduersus hoc ius naturæ vim habere qua de re *inf. de testam.* latius diximus.

3. *Quale dicatur sufficiens.*

Qua ex caussa celebrioris situs, † & quod bis nundinæ quotannis habebantur, *de quibus in lato introitu Brab. art.* 43. 44. & emporium celebre sit Antuerpiæ, quodq; ea Ecclesia inter cæteras illarum partium notabilis sit, aut vt aliæ literæ Pontificiæ, ad instantiam Caroli Audacis ducis Brab. datæ, quæ in Archiuo Capituli nostri seruantur. habent, post Cameracensem dignior; tum ob aëris intemperiem, quodque Ecclesiæ bona multis inundationum periculis subiacent, pro decenti sustentatione Canonicorum & beneficiatorum Ecclesiæ Antuerp. permiserunt. Nicolaus ann. 1453. Sixtus 1475. Pontifices Maximi per binas literas, vt plura beneficia possint obtinere. adeo vt ne quidem placitum absentiæ petere teneantur: vt declarat diploma Philippi Archiducis an. 1499.

4. *Iusta caussa cur Canonicis Antuerp. indulta pluralitas beneficiorũ.*

Quæ rationes cum nec hodie cessent, † sed magis auctæ sint cum ciuitatis & mercimoniorum incremento, quodque ipsa Ecclesia ex Collegiata facta sit cathedralis; dispositio etiam nunc vigorem habet. quin nec ea dispensatione opus est; cum loci celebritas,

5. *Nec hodie cessant.*

& Ecclesiæ externorum & internorum sumptus tales sint, vt ex prouentibus Canonicatus vix dum se possit quis pro ea qualitate honeste exhibere, nisi aliunde subsidium habeat. vt hic c.5.ſ.7. vel cap.2.ſ.6. ei non obsit: si curata beneficia aut personalem residentiam de iure aut consuetudine requirentia exceperis. ea enim sunt incompatibilia, vt omnia curata, dignitates, & personatus de iure (etsi plerique de consuetudine personatus simplicia hic censeantur beneficia,) *Malderus de Iust. & Rel. tr.9.c.2.d.* 17. in his enim

6. *Nec dispensandi facultas Episcopis adempta.* ne quidem Episcopi olim dispensare potuerunt. † & Concil. Trident. Episcopis etiam ademit potestatem dispensandi in simplicibus, quando primum sufficit. *Malderus ibi. d.*18. sed ea facultas dispensandi nō videtur ablata, vt qui habet insufficiens, aliud habeat dissimile simplex minus Canonicatu in eadem Ecclesia. *Idem ibid.* Qui priuilegia allegant plura retinendi, siue collegijs suis, siue sibi priuatim concessa, infra tempus eis præscribendum ordinario exhibere tenetur. quod si dispensatio ea sufficiens euidenter apparet, ei est deferendum: si dubitetur; sedes Apostolica consulenda est: ea æstimatura est quem modum sui beneficij esse velit *c. ordinarij. de off. ord. in 6. c.5. ſ.7. Trid.* exhibere autem Ordinario dispensationem tenetur etiam pacificus, etiam triennalis possessor. Ordinario, inquam, non parti: nam huic, non illi obstat regula de triennali. Quod si contumax fuerit exhibere iussus, alteri libere conferri beneficium potest. *d.c. ordinarij vers. quod si.* ideoque vacare illud per eam contumaciam censet Barbosa *de pot. Episc. p.3. all.57. nu.* 222. Cum est autem legitima, & sufficiens dispensatio, in curatis deputant ordinarij vicarium, cum congrua portione; prouidentque ne animarum cura vllatenus negligatur: in alijs autem beneficijs, ne debitis defraudentur obsequijs, *d.c.*4. etiam citra appellationem *cap.*28. *x. de appell.* id est, quæ ex fundatione, institutione, statutis, aut antiquissima consuetudine debentur. nam ad alia possessor non est cogendus. *Aldan. in compend. can. resol. l.2.t.4.n.3.*

Incompatibiles sunt omnino plures parochiales Ecclesiæ, seu curata beneficia: siue in titulum, siue per viam vnionis ad vitam, siue commendæ perpetuæ habeantur, *Concil. Trid. ſ.7. c.4.* non si per viam vnionis perpetuæ. *ſ.24 c.13. §. in paroch.* qualis vbique in bonum Ecclesiæ fit: non vt fere illa, in gratiam personæ. quod si vero in gratiam Ecclesiæ etiam vnio ad tempus, aut etiam commenda fiat. v.g ob Ecclesiæ tenuitatem, volunt aliqui hodie *ob d.c.4. & c.17. ſ.24.* sine dispensatione Pontificis non licere: sed verius est huiusmodi Concilij decreta secundum Concilij causas, & priores canones distinctionem recipere. qui cum etiam vetent curatorum pluralitatem; admittūt tamen exceptionem tenuitatis: *c. eam te in fin. x. de ætat. & qualitat. præficien. Habentes, inquit, plures Ecclesias, quæ ex vno non pendeant, liceat appellatione postposita cogere ad vnam ip[s]arum, quam maluerint, dimittendam: nisi ita fuerint tenues in substantia, quod proprios sacerdotes non possint conuenienter alere.* Quam rationem secutum est Concilium prouinciale Mechliniense, *tit.17. c.3. licebit, inquit, Episcopis per vnionem vicinarum, & minorum Ecclesiarum, aut simplicium beneficiorum, vel per concessionem deseruiturarum* (seu commendarum) *vel alias per modum prouisionis, prouidere.* eaque synodus à Sede Apostolica est probata. pluralitas ergo omnis, quæ radicatur in cupiditate, prohibita est: non quam vtilitas Ecclesiæ postulat.

Beneficia sub eodem tecto difformia inuicem ratione residentiæ, aut officij non pugnantia de iure communi non videntur incompatibilia. *Less. l.2. de iur. & iust. c.34. nu.*44. hodie declarationes quædam Cardinalium non videntur admittere. quod ratione non

caret,

caret, cum alterum sufficit. *propter d.c.* 17. alioquin vtriusque tenuitas, & quod indecens sit diuino ministerio adscriptos cum ordinis dedecore mendicare: *f.21.c.2.* ibidemque iubeatur ordinandus beneficium ad victum honestum sufficiens possidere: minor dissonantia videtur cum beneficij vtriusque onera rite explentur; quam cum pluribus locis quis afscriptus vni tantum satis facit.

7. *Iure natura Episcopi & pastores tenentur residere.*

Residentiam autem iure naturali, † & diuino debent omnes, quibus cura animarum est commissa. *Lessius lib.2.cap.34.d.29* & videtur sentire Trid. *f.23.c.1.* quod ideo statuit vt Episcopi, si sex menses absint, continuo amittant ipso iure quartam partem fructuum. *d. c.1.* nec minori abesse possint, quin peccent in dictam legem naturæ, Dei, & Ecclesiæ: non tamen incurrunt eam pœnam alij curam habentes; etsi vltra duos menses abesse non possunt. *Trid ibid.* Ex ratione, quam diximus, parochus residens, officio non fungens ad mentem Concilij Trid. *f.7.c.3.f.23.c.1.* non dicitur residere. & satis controuertitur, an fructus & distributiones suas faciat. *vide Dianam.p.3.t 2 & r.* 110.

8. *Canonici Cathed. non vltra tres menses abesse possunt.*

Canonici † cathedraliũ & collegiat. saltem celebrium & in quibus residentiam vsus immemorabilis non mutauit, *Cong. Conc. Sa verb. Res.* §.12. vltra tres menses abesse non possunt; alias medios fructus primo anno, integros 2. amittunt. 3. proceditur: vti contra non residentes, iure statutum est. *Trid f.24.cap* 12. Quod obtinet, & si in loco morentur ab Ecclesiæ tamen seruitio absint. Pias. *ex Cong Conc.p.2.c.3. Garz. de benef.p.3.c.2 n.*323. sic & cui datus est Coadiutor, non potest tamen abesse. *ex Cong Conc. Gonçal. ad Reg* 8. *Cancel. gl* 5. §. 9 *n.*30. ne ignarus docto sit melioris conditionis.

9. *Quid intersit inter pastores & Canonicos.*

Interest tamen † inter Curiones & Canonicos, vt illi non obstante consuetudine immemorabili quidem, vltra bimestre tẽpus, nisi ex graui causa cognita per Episcopũ, & probata, & licentia discedendi in scriptis obtenta, abesse non possint: at hi ad tres menses abesse, etiam non vrgentium negotiorũ caussa, sed ambulationis, non vetentur (etsi Cõcilium nec affirmatiue talem licentiam faciat) nisi Ecclesiarũ constitutiones longius seruitij tempus requirant. *d c.1.f.23.d.c.12.* § *prsterea*, nõ petita alia licentia aut causa cognita.

10. *Abbates sub decreto Concil non comprehẽduntur. & quidã alij.*

Abbates tamen † & Priores curam animarum habentes suorum tantum Religiosorum, & non aliquorum sæcularium, per ipsosmet administrandam non comprehenduntur sub hoc decreto, *vt refert Cong. Conc. respondisse Lessius l.2.c.34.d.29.n.*161. quare nec huc spectant dignitates, quæ accessorie annexam habent parochialem per Vicarium administrari solitam, nam tunc Parochialis eius naturam sortitur, cui vnita est, etiam post Concil. *post Nauar. Lessius. ibid.n.*148. *Gonçalez ad Reg.8. Cancel. gl.5.* §.8. *num.*65. *ex Cong. Conc.* Tametsi vnum in titulum, aliud beneficium incompatibile in commendam habere non possint *Azor. Inst. Mor. p.2.l 6.c.13.q.3.*

11. *Donec pacifica possessio cum plenis fructibus habetur non fit beneficiũ incompatibile.*

Non tamen est incompatibile beneficium secundum † pro annis carentiæ quos vocant, seu, quibus secundi pacifica possessio, cum fructuum perceptione non est. *cap. si tibi concesso. h.t. Lessius. l.2.c.34.d.27.nu.*141. Nec his obstat *c.4.sess.*7. Conc. Trid. &c. de multa, & c. de multa ibi relatum: quia loquitur Concilium expresse de illis de quibus d.c. de multa, quod non agit nisi de curatis, personatibus, dignitatibus. *Less l.2.cap.34.d.27.numer.*144. vnde nihil de nouo addit, sed tantum nouum vinculum inducit. *Rota d.dec.* 488. *nu.*4. *p.*1. & duo Canonicatus sunt incompatibiles ratione residentiæ. d.c. 4. & d. c. de multa loquuntur in curatis aut alias incõpatibilibus quæ dictio, *alias*, excludit qualitatẽ curæ, & alia includit beneficia non curata, in quibus per adeptionem secundi vacet primũ, puta personatus, digni-

dignitates. officia *d. cap. de multa*, §. *hoc idem in personatibus c. quia nonnulli de Cler. non resid. extrauag. execrabilis.* §. *qui vero deinceps, de prab. in communibus.* Ideo Capra *regula* 90. *numero septimo* dicit beneficia curata, dignitates, personatus, & officia in materia pluralitatis beneficiorum æquiparari: numer. 11. quod dignitates, personatus, officia possunt esse curata, & non curata: sed in beneficijs requirentibus residentiam de iure Canonico non inducitur vacatio primi per adeptionem secundi. *cap. fin. & ibi Abbas sub numer. 6. de Clericis non resid. c. eam te, & ibi Abbas. numer. 8. Butr. numer. 7. de at. & qualit. ord. cap. referente, & ibi Abbas num. 3. Butr. num. 11. Im. in gl. pen. de prabendis. Bened. Capra d. regula* 90. *num.* 112. *&* 113. attestatur *post Ioannem Calderinum à se relatum,* Curiam hanc seruare opinionem, & eam esse veriorem. Et licet Doctores aliqui, *vt Azor. Inst. mor. p. 2. l. 6. c. 13 q. 2.* suprascriptum c. 4. s. 7. Conc. Trid. & cap. de multa extendant ad beneficia requirentia residentiam, tamen hæc extensio non fit ratione pœnæ vacationis ipso iure, sed tantum statuit, *iuxta doctrinam Abb. in c. fin. num. 10. de rescript. communiter approbatam ibi per Can. & relatam per D. Nicol. Euerardi in loco à rat. leg. larg. sub num. 59.* videlicet, quod beneficia requirentia residentiam debeant conferri his, qui possunt residere, sicut conferri possunt, & debent curata. *Rota nouiss. decis.* 488 *num. 2. p. 1.* Secundo, *c. de multa* loquitur in eo qui contenderit retinere: & glossa *in d. c. de multa, in verbo contenderit*, & post eam Canonistæ. qui autem pacificam possessionem cum perceptione fructuum non habet; iustam habet causam retinendi primum. *d. c. licet Episcop. & ibi gl. fin. & Can* Atqui dicuntur Card. respondisse contra hanc sententiam: Respondet Nauarr. si constaret Congregationem declarasse d. c. 4. s. 7. ita esse intelligendum, eaque sententia à sua Sanct. esset confirmata, ita fore tenendum: *l. 5. Cons. 14. de prab.* sed quia id non constat, neque verb. Concil. efficaciter id probant, non astringimur ad ita sentiendum, *quod sic etiam sentit Less. l. 2. c. 34. d. 27. n. 145.* Tamen refert hanc declarationem Gonçal. *ad Reg. 8. Can. gl. 15. n. 16.* & similem ad eandem *Reg. gl. 6. n. 267.*

11. Quin & de simplici beneficio ad vitam sufficienti, † etsi residentiam non requirente, id quæsitũ fuit: sed sanius eo Conc. non extendi quoad priuationem, sed quo ad prohibitionẽ tantum *d. c. 17.* Garc. de benef. *p. 11. c. 5. n. 84 m. 2. de c. Riccius dec. 226.* & videtur cõmunior intellectus Trid. & d. canonum, & fauere d. c. 17. §. *illis s. 24 Trid. Azor. Inst. mor. p. 2. l. 6. cap. 13. quæst. 4.* Excipio in Prouincia Mechl. Capellanias quas vocant animarum, nam has Concil. Mechl. à Paulo V. confirmatum declarauit ad residentiam obligare. *tit. 19. c. 2.* vbi *cap. 5.* mandantur seruari quæcumque in d. c. de multa & c. sancita sunt. Porro Concil. Trid. *s. 7. c. 4.* loquitur de ijs, qui coniunctim incompatibilia beneficia recipere, & retinere simul præsumpserint. potest ergo habenti alterum conferri licite, valideque: sed non potest is vtrumq; simul retinere. sed per secundi pacificam adeptionem excidit primo. *d. c. 4. D. c. de multa. Garcia d. n 84. in 3. declar.*

Quæ tamen non extenduntur ad dignitates, quæ à canonicis vna cum præbenda cõsuetæ sint obtineri. *Garcias d. c. n 246. Barbos. de off. Episc. p 3. all. 62. n. 18.* sed quod idem *in Collect. DD. ad d. c. 4. n. 7.* refert à Rota decisum 10. *Iun.* 1616. quod tum duplices distributiones debeantur, aliæ ratione dignitatis, aliæ canonicatus; non vtique apud nos seruatur: vbi viget passim prior consuetudo. nisi forte dignitati duplex præbenda sit vnita. Neque extenditur decretum ad beneficia vnita perpetuo. vtique ex causa Ecclesiæ vtili. *iuxta cap. 6. s. 7. Trident.* sed ad vnita ad vitam. *d. cap. 4. in verb. vnionis: ad vi-*

ad vitam, qualis vnio non ecclesiæ, sed personæ intuitu fieri solet, ideoque in Gallia non recipitur, nec facile constabit cum d. c. 6. *vers. & quæ demceps*, & ad commendata perpetuo. *d. c. 4.. in verb seu commendæ perpetuæ.*

Quæritur porro an cõsuetudine introduci possit, † vt in Cathedralibus & Collegiatis beneficiarij à residentiæ onere eximantur? Conc. Trid. *s. 24. cap 12.* derogat statutis omnibus & consuetudinibus: vnde sequitur, vt consuetudines Concilium præcedentes amplius non suffragentur sed an noua contra ipsius Concilij decretum introduci possit, controuertitur: & est verisimile vt possit, quia huiusmodi obligatio ad residendum non est iuris naturalis ac diuini, vti est eorum qui habent curam animarum, quibus adesse debent vt Pastor ouibus, nauclerus naui, Dux exercitui, Præses Prouinciæ. Cæterum antequam legitime præscribatur, incumbit curæ Ordinariorum, qui singulis annis suas dioceses, omnesque Ecclesias visitare tenentur, vt huiusmodi præscriptionem interrumpant. *Azor. Inst. mor. p. 2. lib. 7 cap. 3. quæst 4.* Porro an iure diuino ad residendum teneantur, qui non quidem curam animarum cum administratione sacramentorum, sed iurisdictionem exteriorem, vt visitandi, corrigendi tantum habent, quæritur? & certe etsi ius, quo ad residendum tenentur, non sit diuinum, tamen proxime inde abest. *Azor. Inst. mor. p. 2. l. 7. c. 4. qu. 2.* vnde non facile contra hoc præscriptionem admisero Non cõprehenduntur quidem sub decreto *c. 1. s. 6.* vbi sermo est de functionibus, quæ circa sacramenta consistunt, & diuersa est pœna, *s. 23. c. 1.* pro habentibus curam animarum absentibus, quam *s. 24. ca. 12.* pro iurisdictionem exteriorem tantum habentibus: tamen Constit. Pij IV. edita de residentia Pastorum comprehenduntur. *Azor. ibid. qu. 2.*

13. *Consuetudine decreto Conc. derogari potest, quatenus ius naturæ nõ aduersatur.*

Ad hæc Canonici adeo stricte ad residendum à Concilio obligantur, vt vltra tres menses abesse quotannis non possint; non obstantibus † quibuscumq; statutis aut consuetudinibus: Vt neque Canonicos immemorabilis consuetudo vt vltra tres menses seu nonaginta dies continuos vel interpolatos (qui tamen non incurrant in natale, aut paschale, vel taliter solemne festum) abesse possint, excusat. *citati à Barbosa ad d c 12. Cong. Conc. 1. Iulij 1597.* quamuis alias immemorabilis consuetudo non censeatur sublata, nisi expressa de ea mentio fiat. *Eman. qu. reg. tom. 1. quæst. 9. art. 5. ad fin. Gonz. ad reg. 8. Cancellariæ Gloss. 33. num. 2.* vti nec priuilegium, præsertim certa scientia confirmatum.

14. *Anterioribus Conc. derogauit.*

Si ergo canonici aliquod priuilegium † habent vt abesse possint ad longius tempus, non videtur ijs verbis derogatum. nec item fundationi; præsertim à Laicis factæ. *Azor. vbi sup. c. 6. qu. 3. Garz. de benef p. 3. cap 2. num. 256.* quia Concil. diserte hic non reijcit priuilegium, vt facit quamlibet consuetudinem. Non tamen absentes ex huius indulgentia lucrantur distributiones, sed fructus tantum. *Garz. ibidem num. 247.*

Nõ tamen priuilegio aut fundationi.

Enimuero † contra habentes curata beneficia non residentes statim possunt Ordinarij procedere, per censuras simul & sequestrationem, & substractionem fructuum, aliaque iuris remedia, etiam vsque ad priuationem: quippe cura animarum mox ex mora periculum habet. *Trid. s. 23. ca. 1.* contra vero alios ad residentiam obligatos, primo anno proceditur per priuationem dimidiæ partis fructuum, quos ratione præbendæ vel residentiæ fecerunt suos: 2. anno ad priuationem omnium fructuum illius anni: crescente demum contumacia per pœnas iuris: *Conc. Trid. s. 24. c. 12* scil. etiam priuationem, post congruum tempus; *vt habet c. inter*, seu sex menses; *vt determinat c. ex tua, extra cod.* Neque tamen Parochus ipso iure ob neglectam residentiam priuatur. quod ex iure antiquo ob-

15. *Quomodo procedendum contra non residentes.*

tinuisse & iam ante Concil. Trid. obsoleuisse scribit post alios Gar. *de benef. p. 3. c. 2. n.* 38. sed per media suprascripta, prout Ordinario videtur, proceditur. Canonici vero atque alij ad residentiam obligati, *Garz. num.* 141. non alio modo quam mox diximus constringuntur. Redarguitur inquit Sac. Cong. *ibid num.* 140. Episcopus, qui primo anno in Cathed. vel Colleg. Ecclesia non residentem priuat. Vbi dignitates etiam ipsæ & capita Ecclesiarum Colleg comprehenduntur: etiam alias exemptæ à iurisdictione Ordinarij *Garz. num.* 181. *& seq.* vbi latius decretum Concil. per plures Cardinalium declarationes explanat. Interest etiam inter Curiones & alios residentiæ astrictos, dum non deserunt quidem domicilium, sed ad bimestre aut trimestre discedunt. *vt paulo ante iam diximus.*

16. *Quæ causa dispensandi. Pestis.* Porro quæ caussæ † sint iustæ pro dispensatione absentiæ, habet Azor. *inst. mor. part. 2. lib. 7. cap. 4. quæst. 3.* vbi inter ceteras refert grassationem pestis: † prout ann. 1616. Princeps noster censuit in causa Canonicarum Hannomontensium, vbi is patronus est. quod non obtinet in parochis. *Franc. Leon. thes. p. 3 cap. 33 num. 32.*

Inimicitiæ tamen & vitæ discriminis causa possunt abesse, substituto vicario. censuit tamen Sac. Cong. priuandos esse, nisi intra annum extinguantur, si ipsi caussam dederint inimicitiæ, per eosque stet, quo minus reconcilientur. ne suus dolus eis patrocinetur. *Serol. V. priuatio.* §. 4. *dub.* 1. morbo tamen correptus, vt alibi curetur, licentiam obtinere debet, senectus autem parochi, vel morbus perpetuus Episcopi non excusat. *Serol V. residentia.* §. 7. *&* 9.

Cuius etiam sit facultatem absentiæ obligatis beneficiarijs facere, habet idem Azor. *ibid cap.* 5. & quæ pœna irrogetur absentibus. *c.* 7. quo facit Trid. *s.* 6. *cap.* 1. *s.* 23. *c.* 1. *s.* 24. *c.* 12. quibus in locis permissam excedere non debent, Episcopi, Parochi, Canonici Cathed. alijque, quibus vel animarum cura incumbit, vel alioqui ex officio ad residentiam tenentur, ne Ecclesiæ suæ, cui promouendæ præpositi sunt detrimentum adferant; quippe

Longius abductis sordescunt arua colonis.

17. *Liminum Apost. visit.* Absentiam iustam facit in Vrbem † profectio. *ca. ex parte, de Cler non res.* etiam quoad distributiones. Sixti V. decreto. I. *Franc. Leon. thes. p. 3. cap. 33 num.* 23. Aliæ peregrinationes extra menses à Concil concessos eum fauorem non habent. *Garz. de benef. p. 3. cap. 2. num.* 392. 393. 394. neque quoad fructus, neque distributiones. prout Episcopi Itali singulis biennijs Apostolorum limina visitare tenentur: Transalpini singulis triennijs, transmarini quadriennijs: Indi decennijs. *vide Const. Sixti V.* 1585. *inc. Roman.* Idem refert Choppin. arresto Curiæ Paris. Iudicatum pro Abbate Romæ negotia Ordinis procurante: & Ca-

18. *Comitatus Episcopi.* nonico doctore, qui in Episcopi sui Comitatu † erat: etsi Ecclesiæ statutum, præsentissimum Ecclesiæ officium, ad consequendos sacerdotij prouentus requireret. *l. monasticon.* 2. *tit.* 3. *n.* 15. Idem Cong. Concil. pro me respondit comitante quondam R. D. I. Miræum diocesis suæ visitationes peragentem. quamuis Eccl. Ant. statutis primo anno strictissima residentia præcipiatur. Quippe Episcopum comitantes censentur residere dum apud Episcopum sunt *iuxta cap. de cætero. c. ad audientiam. extra de Cler. non res.* Neque huic iuri derogauit Concil. *sess.* 24. *cap.* 12. *vt habet Nauar. Consil.* 2. *&* 2. *eod. tit.*

19. *Ministeria Regia.* Regij Sacellani similiter, † seu Principum nostrorum, seu Capellæ Burgundicæ & Oratorij, (vt nunc loquuntur de maiori dignitate præditis, qui à sacrificio sunt, non à cantu tantum, & Principi magis intimi, mensæ sacras preces offundunt) etiam absentes

fructibus

fructibus gaudent suorum beneficiorum, dum apud Principem morantur. Quod in Gallia temperatum est, ne duorum numerum excedat in quaque Ecclesia: aut quatuor; si est fundationis Regiæ; vel si collegæ sint, quadraginta: & modo præbenda speciale hebdomadarij vel simile seruitium non habeat annexum. *Choppin. de sacr. polit. l. 3. t. 3. n. 20. Monasticon. l. 2. t. 3. n. 14.*

Priuilegiorum Capellæ † Burgundicæ mentio est *in ca. cum capella. de priuilegiis.* In quo loco quidam putant agi de capella Regis Bohemiæ, & nomen Burgundiæ mutandum; sed quia id rescriptum datum est ad Episcopum Lingonensem, apud Burgundos, non Bohemos; & quia Codices Vaticani, vt annotatur in Corpore iuris Greg. 13. constanter habent, Burgundiæ; ita omnino accipiendum. Amittunt tamen distributiones manuales; seu quæ dietim vel hebdomadatim dantur tantum, non alias. *vt S.C. decretum refert, Choppin. monast. l. 2. t. 3. n. 14.* 20.

Sic etiam loquitur Indultum † à Leone X. Carolo Archiduci Austriæ & Principi Hispaniæ concessum 13. nonas Iulij anno 1515. de centum personis per eum pro tempore eligendis & nominandis. qualiacumque beneficia non pontificalia possidentibus, *quoad,* inquit, *seruitiis & obsequiis tuis institerint, vt omnes & singulos fructus, redditus, & prouentus omnium & singulorum beneficiorum &c. cum ea integritate quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis libere percipere valeant, cum qua illos perciperent, si in Ecclesiis siue in locis huiusmodi personaliter residerent, ac diuinis interessent; & ad residendum & diuinis interessendum interim in iisdem minime teneantur.* sed fuit id priuilegium personale, ex his verbis: *tui consideratione, tuis obsequiis insistentes, te fauore prosequi gratioso, per te eligendis, &c.* non facta vlla mentione successorum, nec facta concessione pro regno aut Archiducatu, nec ad illa restrictione: sic vt ipse posset eligere qualescumque & vbicumque seruituros. Priuilegium porro Capellæ est non loci tantum, sed & ministrorum etiam extra locum existentium, qua parte officio illi operam dederint. *Couar. pract. quæst. cap. 11. num. 5.* ex verbis: *Cum Capella Ducis Burgundiæ gaudere dicatur huiusmodi priuilegio, & quidam capellæ supradictæ Canonici, d. c. cum capella,* ita quod beneficiatos d. capellæ non egrediatur. à cuius tamen nomine neminem Belgij Principibus seruientium audiui hactenus indigetari. scilicet quia totum Ducatum Rex Galliæ de facto possidet; etsi non de iure: vt irrefragibiliter deducit Ioannes Faius Consiliarius Caroli Audacis, in opusculo, quod scripsit de iure omnium ditionum, quas dictus Carolus filiæ suæ moriens reliquit, & speciatim ducatus Burgundiæ, iuxta ea quæ in conuentibus deputatorum Regis & dictæ Ducissæ quibus interfuit, & ex chartis & monumentis hinc atque inde productis, didicerat, cum assertione quod nihil facti posuerit, quod non ex authentico documento desumpserit. & quod ex facto ius deducit, apertissimum est, quibuscumque non est persuasum omnes campos, quos Gallici oculi semel viderint, Salicam terram fieri, (perinde ac Hebræo populo terram promissionis ingressuro, dictum fuit, *quicquid calcauerit pes tuus, tuum erit.*) sciant nesciant, velint nolint domini, Vasalli, Ordines, statusque ditionum. sine quorum tamen apud Gallos applausu, ne vel vnciam ex corona, vel domanio suo Rex alienare queat. etsi captiuus iuret; vt Franc. I. in Hispaniis promissa, eo colore etiam datis filiis obsidibus infregit. Thulden. *in præfatione, ad Dumhouderij praxim ciuilem,* ex P. Æmilio † refert filium Pipini III. Carolum Magnum cum infulis Imperialibus è Roma & Italia redeuntem, voluisse Gallias vnire Imperio, & Imperiali nomine leges eis dare; sed Francis detrectantibus ab incepto desti- 21. 22.

ribus professis prouideri consueta, conferre etiam sæcularibus, qui illius habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur: S.Cong.*die 12. Decemb. 1585.* censuit, posse etiam Ordinarios collatores portiones Monachales & Canonicales, & similia simplicia beneficia Regularibus prouideri consueta, conferre ne dum eius Ordinis professis, sed etiam secularibus, qui habitum suscipere, & professionem emittere omnino teneantur: Abbatias tamen & beneficia administrationem habentia non nisi professis, iuxta Canones per Ordinarios inferiores conferri posse. Refert hanc resolutionem Pias, *pr.p.2.cap.5.n.23.Goncalez.ad Reg.8. Can.gloss. num.* 77.78. vbi id docet originem habere ex iure communi, præsertim *cap.cum in Magistrum.49.de elect.in magistrum*, inquit illud cap.*assumi non debet, qui formam discipuli non assumpsit; nec est præficiendus qui subesse non nouit:* quare si regulare beneficium clericus sæcularis impetrat, nulla est impetratio, & vicissim sæcularia beneficia regularibus, nulliter conferuntur, *c. cum de beneficio, de presb.in 6.Goncal.ad Reg 8.Canc.gl 7.n.4.5.6.* nisi sub ratione iam dicta: taliter tamen promotus intra 6. menses tenebitur profiteri.*Trid.s 25.c.21.* vel iuxta arbitrium superioris.*gl in c.officij, de elect. in v.competenter.* & quidem sæcularia omnia præsumunt nisi regularia doceantur, quia is fuit 1.cleri status, & Petri.*ibid.n.1.*

Beneficia ergo regularia non conferri nisi ijs qui actu regulares sint, aut mox fiant: decreuit Concil.*Trid.s.14.c.10.* & quidem eiusdem ordinis, quin & monasterij: *c. cum singula.§. prohibemus de præb. in 6.* si tamen necessitas exigat; & regularia secularibus, & contra conferri possint. *c.inter. quatuor de relig. domib.* ea tamen necessitas per gradus procedit: vt si in eodem monasterio non sint idonei; sumantur ex alio: vt decernitur in electione Abbatissæ Concil.*Trid.de regul.c.7.* si nec inueniantur in ordine; tunc ex alio ordine: *arg.c.relatum, ne clerici vel Monachi.* si nec hoc fieri possit, tum demum transitur ad sæculares.*citati à Barbosa in collect.DD.ad d.c.10.*

5. Porro mox atque aliquis præbendam adeptus est,† tenetur præstare Episcopo, seu eo impedito, Vicario generali seu Officiali & Capitulo professionem fidei. *Trid.s.24.ca.12. § prouisi.* A qua professione non excusat exemptio, non regularium Canonicorum, si Cathedralis fuerit, ordo, nec in adeptione alterius beneficij olim facta professio, *citati à Barbosa in Remiss.ad d.c.12.* non regularis prælatura, modo curam habeat animarum. collegiatæ tamen, quæ curam non habent, eximuntur. & professio coram vicario, non impedito etiam Episc.facta, exonerat. Quia verba ea Conc.*vel eo impedito* tantum denotant conuenientius esse, eam facere coram Episcopo, cessante impedimento. *citati à Barb. in Remis.ad d.c.12.*

Præbenda donatus fidei professionem edit alioquin fructus nõ facit su s.

Et quidem adeo efficax est hoc decretum, vt eo non obseruato, impediatur acquisitio fructuum beneficij, vt & in conscientia etiam ante iudicis sententiam retineri nequeant, vtpote alieni, & qui iure ad beneficiarium non spectant. *Azor. Inst. Mor.p 2.l.7. c.2.q.1.* nisi forte iusta ignorantia aut obliuione omissa sit hæc professio. *Quar.v.benef.poss. in not.* quæ in foro exteriori non facile recipietur, *idem ibid.q.2.post Nauarr.* nec quidem vi regulæ Cancel.de pacif poss.retineri possunt, quippe possessio ei non suffragatur, qui professionem non edidit, sed ad alios tantum iuris effectus. *idem ibid. quæst. 3. Cong. Conc. 2.Septemb.1591.* quia titulum non perdat: *Azor.ibid.* vnde & distributiones facit suas: *Quoniam*, inquit Cong.Concil. *dantur ratione ministerij personalis, & propter operas suas, illas percipiens facit illas suas.* Adeoque qui professionem non emiserunt, nulla Capituli gratia pro

præsen-

præſentibus haberi poſſunt, ſcil. quoad fructus, non vero diſtributiones. *Cong. Concil. apud Garz. de benef. part. 3. cap. 3. num. 51.*

Sic etiam contributio pro ſeminario non eſt facienda ex diſtributionibus, neque charitatiuum ſubſidium, neque annata; quin & ob operas potius quam præbendam adeo lucratur clericus diſtributiones, vt de ijs teſtari poſſit: magis quam de fructibus. *Gonçalez. ad Reg 8. Can. §. 7. proœm. num. 164. & ſeq. Azor. vbi ſupra quæſt 7. & nos diximus t. de teſtam.* Fructus ergo tales reſtituendi impendentur in vſum Fabricæ, vel pauperum, vt eorum qui non reſident. *ca. 1. verſ. ſi quis autem ſ. 23. Conc. Lateran.* & poſtea facta profeſſio non retrotrahitur ad tempus acquiſiti beneficij, ſeu quo fieri debuit, ſed prodeſt in futurum. *Azor. ibid. quæſt. 4.* quando etiam fieri debet, neque enim lapſus duorum menſium exonerat. *ibidem. quæſt. 5.* ſed & tamen per procuratorem eam facere, cum id non prohibeatur, quis poteſt. *l. 1. D. de procur. c. qui per alium, c poteſt quis. de præb. in 6.* ſed ſi procurator non fecerit, ſi per mandantem non ſtat quo minus per ſe vel alium faciat, lucrabitur fructus. *Azor. ibid. quæſt. 6.*

Decreuerat autem Greg. XIII. *apud Garz. p. 3. c. 3. n. 55.* neminem ad poſſeſſionem eſſe admittendum, niſi præſtita prius fidei profeſſione. quod tamen non ſeruari dicit, neque Concilium requirit. præſertim cum viſitationum aliorumque publicorum negotiorum cauſſa Epiſcopi ab Eccleſia ſua ſæpe abſunt, & prouiſi ad inchoandam præciſo die reſidentiam fere paſſim arctantur. ſolet tamen hic in Capitulis præmitti profeſſio introductioni niſi cum ea à procuratore initur, ſine mandato profitendi. Docere autem quilibet à ſuperiore requiſitus, tenetur profeſſionem à ſe factam eſſe, niſi pro eo præſumptio ex conſuetudine, & temporis diuturnitate ſteterit à ſuperiore, inquam, non aduerſario. ſed ſi is agat ad reſtitutionem, ob neglectam profeſſionem, eius aſſertionis probandæ onus incurrit. *Garz. n. 47.* 4.

Præter profeſſionem fidei Pius IV. *Bulla ſua* 87. † voluit prouiſos de parochiali etiam teneri ad iuratoriam cautionem de reſidendo. quæ loquitur diſerte de prouiſis per Papam: de prouiſis autem per Ordinarium aliqui dubitant an teneantur; certe expedit ad illam cogi: & ita ſeruatur in Prouincia Mechlinienſi *ex capit. 1. & 2. t. 17. Synodi anni 1607.* *Parochus etiam reſidentiam ſpondet.*

Collatio præbendarum, ſeu quod hic idem eſt beneficiorum omnium fieri poteſt toto orbe per Pontificem: *clem. 1. vt lite pend.* per legatum in ſua prouincia: *c. 1. & 2. de off. leg. in 6.* ordinarium in diœceſi: *c. omnes Baſil. 16. q. 7.* inferiores ex conſuetudine, ſeu alias: *clem vnic. de ſuppl. negl. prælat.* Capitulum ſede vacante in eis quæ ſunt neceſſariæ collationis, reſeruatis ſucceſſori liberis: *c. vn. ne ſed. vac.* Vicarius in non liberis ſine mandato ſpeciali: *c. fin. de off. vic. in 6.* ſequeſtrum: *Garz. p. 5. c. 6.* bonæ fidei poſſeſſorem: *c. querelam. de elect.* cum porro communis eſt collatio Epiſcopi cum Capitulo, ſede vacante illud confert. *d. c. vn.* quemadmodum & in Synodo diœceſana Mechlinienſi 1609. *tit. 15. c. 7.* declaratum eſt affectas graduatis præbendas, quarum collatio Epiſcopo & alijs graduatis competit, ſede aperta vacantes ab alijs graduatis poſſe conferri. Communis de iure videtur præbendarum cathedralium collatio, ſicut in alijs Eccleſijs prælato cum ſuo Capitulo. *cap. 6. de ijs quæ fiunt à Prælat.* quoniam Epiſcopus & Canonici vnum corpus ſunt *c. 4. ibidem.* ideoque vt proprij collegij præbendæ de aſſenſu maioris partis Capituli conferri debent: *d. c. 6.* ita diſpoſitio maiorum ſaltem beneficiorum extra collegium de conſilio collegij. *d. c. 3. & 4. eodem.* conſuetudine tamen aliud induci poteſt

potest *d. c. 6.* ita vt canonicorum electio etiam ad solum Capitulum spectare possit. *c. 31. x. de elect.* quod multis in locis obtinet. vt & moribus obtentum est in alijs multis locis, vt prælati seculares & regulares sine assensu aut consilio Capituli seu conuentus beneficia conferant. sed vt diximus hæc ad mores pertinent. regulariter autem de iure *ad Episcopum tam institutio, quam destitutio sacerdotum noscitur pertinere,* inquit *c. duodecimum in fin. x. de her.* adeo vt nulla consuetudine induci queat, vt sine Episcopi, aut suorum officialium ad id potestatem habentium (in horum locum etiam veniunt Collegia & Prælati, alijque Ecclesiastici, quibus immemorabilis vsus fauet) consensu recipere aliqui beneficia ecclesiastica possint. *c. 3. x. de instit. c. 1. de Reg. Iur. in 6.*

Vetus iam est regula, quamuis, sæpius interpolata, Octaua Cancellariæ, de reseruatione mensium Apostolicorum. ad quam amplissimum scripsit tractatum Gonzales. cui nunc inseritur clausula gratiæ alternatiuæ pro Prælatis apud suas Ecclesias residentibus, vt, illa secundum formam regulæ acceptata, conferre possint beneficia vacantia alternatis cum Papa mensibus. alioquin ei sunt reseruata quæ vacant mense Ianuario, Februario, Aprili, Maio, Iulio, Augusto, Octobri, Nouembri: quæ cæteris; permissa Ordinarijs pœnas conferentium beneficia reseruata statuit Pius IV. & pro malæ fidei possessoribus taliter prouisis pridem declarauit Clemens VII. fructusque nullo vmquam tempore suos facere, beneficio regulæ de Annali, & triennali, non iuuari.

Iure communi beneficiorum in titulum erectio spectat ad Episcopum adeoque etiam parochialium institutio non tantum ei permittitur, sed &, si necessitas exigit, ei iniungitur. *c. ad audientiam x. de Eccles. edificand. Concil. Trident. s. 21. c. 4.* adeoque veteribus canonicorum Collegijs aliquos addere, numerum augere, noua collegia instituere posse dicendum est: quamuis ea in re dissentientes sint opiniones. *apud Dianam p. 3 t. 6. r. 38.* quia nullo id canone diserte prohibitum est & contra fauet *c. cum accessissent, de constitut. c. cum olim de consuet. & ibi. DD.* eamque Episcoporum opinionem fuisse atq; vsum post bonorum Ecclesiæ partitionem per omnia secula, millenis diplomatibus doceri potest. sed Romani pragmatici hodie aliam praxim astruunt. vt in supernumerarijs ex illis diximus. *1. de conces. preb.*

Spectant ad h. t. de preb. ex Conc. Trid. *c. 2 3. 4 5. s. 7. c. 5. s. 25. c 16. s. 25. c. 9. 10. s. 14. c. 21. s. 25. c. 15. s. 24. c. 17. s. 24. c. 6. s. 7. c. 6. s. 14. c. 5. s. 21. c. 13. s. 24. c. 9. §. insuper s. 25.*

DE CLERICIS NON RESIdentibus.

1. *Pluralitas beneficiorum prohibita.* RESidentiam Prælatorum, parochorum, canonicorum, aliorumque Ecclesiasticorum valde iniungit Concil. Trid. *s. 6. c. 12. 1 7. c 2. s. 21 c. 3 s 22. c. 3 s. 23. c 1. s. 24. c 14. §. præterea constitutio Pij IV. inc. in suprema Kal. dec 1564 Pij VII. 11. Maij 1561.* ex quo moderatur Côcil. Trid *sess 24. c. 17.* †. eorum cupiditatem qui occasione consuetudinis, quæ residentiæ onus in simplicibus beneficijs remisit, plura, vltra quam satis sit, aucupabantur: sic vt modo non liceat cuiquam habenti beneficium conferri secundum, si primum sufficiat.

Ad cu-

Ad cuius saluberrimi decreti imitationem, cum Tridentina Synodus pro authoritate debita nondum sit recepta ex asse in Gallia, congruens est edictum Regium ann. 1579. art. 11. Blesis latum, ne quis plures Ecclesias occupet. *Choppin. monastic. l. 2. tit. 2. numer.* 15. quod Budæus *l. 5. de asse.* tam diffidere in sacerdotibus censet, quam coniugem ac pellicem in hominibus prophanis. imprimis in Episcopatibus & beneficijs curatis *Trid. s. 7. c. 2. 3. 4. 5. Trid. s. 7. d. c. 2.*

Præsertim cum, vt inquit Bonif. VIII. *in cap. 1. de cons. in 6.* vnum officium vix digne valeat aliquis adimplere. atque hæc quidem vera ratio est prohibitionis, ne quis in pluribus Ecclesijs conscribatur. Ideo censuit Sac. Cong. plures pensiones cumulari posse, & sufficienter à pensionibus tantum prouiso etiam beneficium dari. *Garz. de benef. p. 11 cap. 5. numer.* 310.

Non tamen videtur † Concilium prohibere quin liceat primum non sufficiens retinere cum secundo sufficienti, non quod hoc sine caussa iusta continuo liceat, sed quod facilius retinendi sit caussa quam initio dandi. sed circa hoc cuiusque conscientiæ aliquid reliquit Concil. prout non facit habenti sufficiens ad acquirendum insufficiens. 2. *Non tamen primi non sufficientis cũ sufficienti.*

Sufficiens porro est ex quo clericus, † vt suæ conditionis alij timorati, se suosque honeste sustentare potest, se, famulos, parentes, fratres, & consanguineos egentes; sustentare, inquam, non augere. *Trid. s. 25. c. 1.* quod & clerico homicidæ permittit c. studeat. *d.* 50. qua in re omnes circumstantiæ sunt expendendæ; Beneficiatus illustris sit persona admodum docta, vbi agat, quis situs Ecclesiæ: celebris enim locus requirit amplius quam infrequentior, sic vt certa vniuersim summa determinari nequeat. Etsi Serol. referat Cong. Conc. declarasse quod habens Canonicatũ & duo simplicia, quorum omnium simul reditus non ascendant ad 125. ducatos, non prohibeatur ea retinere per Concil. Trident. *sic de his omnibus Malderus de Iust. & Rel. tract. 9. cap. 2. d. 17. L. Mol. de Iust. tr. 2. d.* 144. 145. *& d* 146. vt per Trid. prohibeamur non augere consanguineos, scilicet per vitium cupiditatis, de ijs quæ vsibus pijs debentur; non de ijs quæ industria quis quærit, aut parce viuendo sibi subtrahit: *num.* 1. 2. 3. sed an de ijs testari quis possit? d. 147. *vbi num.* 31. *per cap.* 1. *s.* 25. astruit de ijs quæ in vsus pauperum erogare quis tenetur, testari non posse. nec vllam consuetudinem aduersus hoc ius naturæ vim habere qua de re *inf. de testam.* latius dicimus. 3. *Quale dicatur sufficiens.*

Qua ex caussa celebrioris situs, † & quod bis nundinæ quotannis habebantur, *de quibus in læto introitu Brab. art.* 43. 44. & emporium celebre sit Antuerpiæ, quodq; ea Ecclesia inter cæteras illarum partium notabilis sit, aut vt aliæ literæ Pontificiæ, ad instantiam Caroli Andacis ducis Brab. datæ, quæ in Archiuo Capituli nostri seruantur, habent, post Cameracensem dignior; tum ob aëris intemperiem, quodque Ecclesiæ bona multis inundationum periculis subiacent, pro decenti sustentatione Canonicorum & beneficiatorum Ecclesiæ Antuerp. permiserunt. Nicolaus ann. 1453. Sixtus 1475. Pontifices Maximi per binas literas, vt plura beneficia possint obtinere, adeo vt ne quidem placitum absentiæ petere teneantur: vt declarat diploma Philippi Archiducis an. 1499. 4. *Iusta causa tur Canonicis Antuerp. indulta pluralitas beneficiorũ.*

Quæ rationes cum nec hodie cessent, † sed magis auctæ sint cum ciuitatis & mercimoniorum incremento, quodque ipsa Ecclesia ex Collegiata facta sit cathedralis; dispositio etiam nunc vigorem habet. quin nec ea dispensatione opus est; cum loci celebritas, 5. *Nec hodiè cessans.*

& Ecclesiæ externorum & internorum sumptus tales sint, vt ex prouentibus Canonicatus vix dum se possit quis pro ea qualitate honeste exhibere, nisi aliunde subsidium habeat. vt hic c.5.s.7. vel cap.2.s.6. ei non obsit: si curata beneficia aut personalem residentiam de iure aut consuetudine requirentia exceperis. ea enim sunt incompatibilia, vt omnia curata, dignitates, & personatus de iure (etsi plerique de consuetudine personatus simplicia hic censeantur beneficia,) *Malderus de Iust. & Rel. tr.9.c.2.d.* 17. in his enim

6. ne quidem Episcopi olim dispensare potuerunt. † & Concil. Trident. Episcopis etiam ademit potestatem dispensandi in simplicibus, quando primum sufficit. *Malderus ibi. d.*18. sed ea facultas dispensandi nō videtur ablata, vt qui habet insufficiens, aliud habeat dissimile simplex minus Canonicatu in eadem Ecclesia. *Idem ibid.* Qui priuilegia allegant plura retinendi, siue collegijs suis, siue sibi priuatim concessa, infra tempus eis præscribendum ordinario exhibere tenetur. quod si dispensatio ea sufficiens euidenter apparet, ei est deferendum: si dubitetur; sedes Apostolica consulenda est: ea æstimatura est quem modum sui beneficij esse velit *c. ordinarij. de off. ord. in 6. c.5.s.7. Trid.* exhibere autem Ordinario dispensationem tenetur etiam pacificus, etiam triennalis possessor. Ordinario, inquam, non parti: nam huic, non illi obstat regula de triennali. Quod si contumax fuerit exhibere iussus, alteri libere conferri beneficium potest. *d.c. ordinarij vers. quod si.* ideoque vacare illud per eam contumaciam censet Barbosa *de pot. Episc. p.3. all.57. nu.* 222. Cum est autem legitima, & sufficiens dispensatio, in curatis deputant ordinarij vicarium, cum congrua portione; prouidentque ne animarum cura vllatenus negligatur: in alijs autem beneficijs, ne debitis defraudentur obsequijs, *d.c.*4. etiam citra appellationem. *cap.28. x. de appell.* id est, quæ ex fundatione, institutione, statutis, aut antiquissima consuetudine debentur. nam ad alia possessor non est cogendus. *Aldan. in compend. can. resol. l.2.t.4.n.3.*

Nec dispensandi facultas Episcopis adempta.

Incompatibiles sunt omnino plures parochiales Ecclesiæ, seu curata beneficia: siue in titulum, siue per viam vnionis ad vitam, siue commendæ perpetuæ habeantur, *Concil. Trid. s.7. c.*4. non si per viam vnionis perpetuæ. *s.24 c.13. §. in paroch.* qualis vbique in bonum Ecclesiæ fit: non vt fere illa, in gratiam personæ. quod si vero in gratiam Ecclesiæ etiam vnio ad tempus, aut etiam commenda fiat. v.g ob Ecclesiæ tenuitatem, volunt aliqui hodie *ob d.c.4. & c 17.s.24.* sine dispensatione Pontificis non licere: sed verius est huiusmodi Concilij decreta secundum Concilij causas, & priores canones distinctionem recipere. qui cum etiam vetent curatorum pluralitatem; admittūt tamen exceptionem tenuitatis: *c. eam te in fin. x. de ætat. & qualitat. præficien. Habentes, inquit, plures Ecclesias, quæ ex vno non pendeant, liceat appellatione postposita cogere ad vnam ipsarum, quam maluerint, dimittendam: nisi ita fuerint tenues in substantia, quod proprios sacerdotes non possint conuenienter alere.* Quam rationem secutum est Concilium prouinciale Mechliniense, *tit.17.c.3. licebit, inquit, Episcopis per vnionem vicinarum, & minorum Ecclesiarum, aut simplicium beneficiorum, vel per concessionem deseruiturarum* (seu commendarum) *vel alias per modum prouisionis, prouidere.* eaque synodus à Sede Apostolica est probata. pluralitas ergo omnis, quæ radicatur in cupiditate, prohibita est: non quam vtilitas Ecclesiæ postulat.

Beneficia sub eodem tecto difformia inuicem ratione residentiæ, aut officij non pugnantia de iure communi non videntur incompatibilia. *Less. l.2. de iur. & iust. c.34. nu.* 44. hodie declarationes quædam Cardinalium non videntur admittere. quod ratione non

caret,

caret, cum alterum sufficit. *propter d.c.* 17. alioquin vtriusque tenuitas, & quod indecens sit diuino ministerio adscriptos cum ordinis dedecore mendicare: *s.21.c.2.* ibidemque iubeatur ordinandus beneficium ad victum honestum sufficiens possidere: minor dissonantia videtur cum beneficij vtriusque onera rite explentur; quam cum pluribus locis quis adscriptus vni tantum satis facit.

Residentiam autem iure naturali, † & diuino debent omnes, quibus cura animarum est commissa. *Lessius lib.2.cap.34.d.29* & videtur sentire Trid. *s.23.c.1.* quod ideo statuit vt Episcopi, si sex menses absint, continuo amittant ipso iure quartam partem fructuum. *d.c.1.* nec minori abesse possint, quin peccent in dictam legem naturæ, Dei, & Ecclesiæ: non tamen incurrunt eam pœnam alij curam habentes; etsi vltra duos menses abesse non possunt. *Trid ibid.* Ex ratione, quam diximus, parochus residens, officio non fungens ad mentem Concilij Trid. *s.7.c.3.s.23.c.1.* non dicitur residere. & satis controuertitur, an fructus & distributiones suas faciat. *vide Dianam p.3.t 2 & r.110.* Canonici † cathedraliū & collegiat. saltem celebrium & in quibus residentiam vsus immemorabilis non mutauit, *Cong. Conc. Sa verb. Res.* §.12. vltra tres menses abesse non possunt; alias medios fructus primo anno, integros 2. amittunt. 3. proceditur: vti contra non residentes, iure statutum est. *Trid s.24.cap 12.* Quod obtinet, & si in loco morentur ab Ecclesiæ tamen seruitio absint. *Pias. ex Cong Conc p.2.c.3. Garz. de benef. p.3.c.2 n.323.* sic & cui datus est Coadiutor, non potest tamen abesse. *ex Cong Conc. Gonçal. ad Reg 8. Cancel. gl 5.§.9.n.30.* ne ignarus docto sit melioris conditionis.

7. *Iure naturæ Episcopi & pastores tenentur residere.*

8. *Canonici Cathed. non vltra tres menses abesse possunt.*

Interest tamen † inter Curiones & Canonicos, vt illi non obstante consuetudine immemorabili quidem, vltra bimestre tēpus, nisi ex graui causa cognita per Episcopū, & probata, & licentia discedendi in scriptis obtenta, abesse non possint: at hi ad tres menses abesse, etiam non vrgentium negotiorū caussa, sed ambulationis, non vetentur (etsi Cōcilium nec affirmatiue talem licentiam faciat) nisi Ecclesiarū constitutiones longius seruitij tempus requirant. *d c.1.s.23.d.c.12.§. præterea*, nō petita alia licentia aut causa cognita.

9. *Quid interfit inter pastores & Canonicos.*

Abbates tamen † & Priores curam animarum habentes suorum tantum Religiosorum, & non aliquorum sæcularium, per ipsosmet administrandam non comprehenduntur sub hoc decreto, *vt refert Cong Conc. respondisse Lessius l.2.c.34.d.29.n.161.* quare nec huc spectant dignitates, quæ accessorie annexam habent parochialem per Vicarium administrari solitam, nam tunc Parochialis eius naturam sortitur, cui vnita est, etiam post Concil. *post Nauar. Lessius ibid. n.148. Gonçalez ad Reg. 8. Cancel. gl.5.§.8.num.65. ex Cong. Conc.* Tametsi vnum in titulum, aliud beneficium incompatibile in commendam habere non possint *Azor. Inst. Mor. p.2.l 6.c.13.q.3.*

10. *Abbates sub decreto Concil non comprehēduntur, & quidā alij.*

Non tamen est incompatibile beneficium secundum † pro annis carentiæ quos vocant, seu, quibus secundi pacifica possessio, cum fructuum perceptione non est. *cap. si tibi concesso. h.t. Lessius l.2.c.34.d.27.nu.141.* Nec his obstat *c.4 sess.7.* Conc. Trid. &c. de multa, ibi relatum: quia loquitur Concilium expresse de illis de quibus d.c. de multa, quod non agit nisi de curatis, personatibus, dignitatibus. *Less l.2.cap.34.d.27.numer.144.* vnde nihil de nouo addit, sed tantum nouum vinculum inducit. *Rota d.dec. 488.nu.4.p.1.* & duo Canonicatus sunt incompatibiles ratione residentiæ. d.c. 4. & d. c. de multa loquuntur in curatis aut alias incōpatibilibus quæ dictio, *alias*, excludit qualitatē curæ, & alia includit beneficia non curata, in quibus per adeptionem secundi vacet primū, puta personatus,

11. *Donec pacifica possessio cum plenu fructibus habetur non fit beneficiū incompatibile.*

S 2 digni-

dignitates, officia *d.cap.de multa*, §. *hoc idem in personatibus c. quia nonnulli de Cler. non resid. extrauag. execrabilis.* §. *qui vero deinceps, de preb. in communibus.* Ideo Capra *regula* 90. *numero septimo* dicit beneficia curata, dignitates, personatus, & officia in materia pluralitatis beneficiorum æquiparari: numer. 11. quod dignitates, personatus, officia possunt esse curata, & non curata: sed in beneficijs requirentibus residentiam de iure Canonico non inducitur vacatio primi per adeptionem secundi. *cap. fin. & ibi Abbas sub numer. 6. de Clericis non resid. c. eam te, & ibi Abbas. numer. 8. Butr. numer. 7. de at. & qualit. ord. cap. referente, & ibi Abbas num. 3. Butr. num. 11. Im. in gl. pen. de prabendis. Bened. Capra d. regula* 90. *num.* 112. *&* 113. attestatur *post Ioannem Calderinum à se relatum*, Curiam hanc seruare opinionem, & eam esse veriorem. Et licet Doctores aliqui, *vt Azor. Inst. mor. p. 2. l. 6. c.* 13 *q. 2.* suprascriptum c. 4. 5. 7. Conc. Trid. & cap. de multa extendant ad beneficia requirentia residentiam, tamen hæc extensio non fit ratione pœnæ vacationis ipso iure, sed tantum statuit, *iuxta doctrinam Abb. in c. fin. num.* 10. *de rescript. communiter approbatam ibi per Can. & relatam per D. Nicol. Euerardi in loco à rat. leg. larg. sub num.* 59. videlicet, quod beneficia requirentia residentiam debeant conferri his, qui possunt residere, sicut conferri possunt, & debent curata. *Rota nouiss. decis.* 488 *num. 2. p.* 1. Secundo, *c. de multa* loquitur in eo qui contenderit retinere: & glossa *in d. c. de multa, in verbo contenderit*, & post eam Canonistæ, qui autem pacificam possessionem cum perceptione fructuum non habet; iustam habet causam retinendi primum. *d. c. licet Episcop. & ibi gl. fin. & Can.* Atqui dicuntur Card. respondisse contra hanc sententiam: Respondet Nauarr. si constaret Congregationem declarasse d. c. 4. s. 7. ita esse intelligendum, eaque sententia à sua Sanct. esset confirmata, ita fore tenendum: *l.* 3. *Conf.* 14. *de prab.* sed quia id non constat, neque verb. Concil. efficaciter id probant, non astringimur ad ita sentiendum, *quod sic etiam sentit Less. l. 2. c* 34. *d.* 27. *n.* 145. Tamen refert hanc declarationem Gonçal. *ad Reg.* 8. *Can. gl.* 15. *n.* 16. & similem ad eandem *Reg. gl.* 6. *n.* 267.

21. Quin & de simplici beneficio ad vitam sufficienti, † etsi residentiam non requirente, id quæsitū fuit: sed sanius eo Conc. non extendi quoad priuationem, sed quo ad prohibitionē tantum *d. c.* 17. Garc. de benef. *p.* 11. *c.* 5. *n.* 84 *m.* 2. *de c. Riccius dec.* 226. & videtur cōmunior intellectus Trid. & d. canonum, & fauere d. c. 17. §. *illi s.* 24 *Trid. Azor. Inst. mor. p. 2. l. 6. cap.* 13. *quæst.* 4. Excipio in Prouincia Mechl. Capellanias quas vocant animarum, nam has Concil. Mechl. à Paulo V. confirmatum declarauit ad residentiam obligare. *tit.* 19. *c* 2. vbi *cap.* 5. mandantur seruari quæcumque in d. c. de multa & c. sancita sunt. Porro Concil. Trid. *s.* 7. *c.* 4. loquitur de ijs, qui coniunctim incompatibilia beneficia recipere, & retinere simul præsumpserint. potest ergo habenti alterum conferri licite, valideque: sed non potest is vtrumq; simul retinere. sed per secundi pacificam adeptionem excidit primo. *d. c.* 4. *D. c. de multa. Garcia d. n* 84. *in* 3. *declar.*

Quæ tamen non extenduntur ad dignitates, quæ à canonicis vna cum præbenda cōsuetæ sint obtineri. *Garcia d. c. n.* 246. *Barbos. de off. Episc. p.* 3. *all.* 62. *n.* 18. sed quod idem *in Collect. DD. ad d. c.* 4. *n.* 7. refert à Rota decisum 10. *Iun.* 1616. quod tum duplices distributiones debeantur, aliæ ratione dignitatis, aliæ canonicatus; non vtique apud nos seruatur: vbi viget passim prior consuetudo. nisi forte dignitati duplex præbenda sit vnita. Neque extenditur decretum ad beneficia vnita perpetuo. vtique ex causa Ecclesiæ vtili. *iuxta cap.* 6. *s.* 7. *Trident.* sed ad vnita ad vitam. *d. cap.* 4. *in verb. vnionis: ad vi-*

ad vitam, qualis vnio non ecclesiæ, sed personæ intuitu fieri solet, ideoque in Gallia non recipitur, nec facile constabit cum d. c. 6. *vers. & quæ deinceps*, & ad commendata perpetuo. *d. c. 4.. in verb. seu commenda perpetua.*

Quæritur porro an cõsuetudine introduci possit, † vt in Cathedralibus & Collegiatis beneficiarij à residentiæ onere eximantur? Conc. Trid. *s. 24. cap* 12. derogat statutis omnibus & consuetudinibus: vnde sequitur, vt consuetudines Concilium præcedentes amplius non suffragentur sed an noua contra ipsius Concilij decretum introduci possit, controuertitur: & est verisimile vt possit, quia huiusmodi obligatio ad residendum non est iuris naturalis ac diuini, vti est eorum qui habent curam animarum, quibus adesse debent vt Pastor ouibus, nauclerus naui, Dux exercitui, Præses Prouinciæ. Cæterum antequam legitime præscribatur, incumbit curæ Ordinariorum, qui singulis annis suas diœceses, omnesque Ecclesias visitare tenentur, vt huiusmodi præscriptionem interrumpant. *Azor. Inst. mor. p. 2. lib. 7. cap. 3. quæst* 4. Porro an iure diuino ad residendum teneantur, qui non quidem curam animarum cum administratione sacramentorum, sed iurisdictionem exteriorem, vt visitandi, corrigendi tantum habent, quæritur? & certe etsi ius, quo ad residendum tenentur, non sit diuinum; tamen proxime inde abest. *Azor. Inst. mor. p. 2. l. 7. c. 4. qu. 2.* vnde non facile contra hoc præscriptionem admisero Non cõprehenduntur quidem sub decreto *c. 1. s. 6.* vbi sermo est de functionibus, quæ circa sacramenta consistunt, & diuersa est pœna, *s. 23. c. 1.* pro habentibus curam animarum absentibus, quam *s. 24. ca.* 12. pro iurisdictionem exteriorem tantum habentibus: tamen Constit. Pij IV. edita de residentia Pastorum comprehenduntur. *Azor. ibid. qu. 2.* 13. *Consuetudine decreto Conc. derogari posse, quatenus ius naturæ nõ aduersatur.*

Ad hæc Canonici adeo stricte ad residendum à Concilio obligantur, vt vltra tres menses abesse quotannis non possint; non obstantibus † quibuscumq; statutis aut consuetudinibus: Vt neque Canonicos immemorabilis consuetudo vt vltra tres menses seu nonaginta dies continuos vel interpolatos (qui tamen non incurrant in natale, aut paschale, vel taliter solemne festum) abesse possint, excusat. *citati à Barbosa ad d. c.* 12. *Cong. Conc. 1. Iulij* 1597. quamuis alias immemorabilis consuetudo non censeatur sublata, nisi expressa de ea mentio fiat. *Eman. qu. reg. tom. 1. quæst. 9. art. 5. ad fin. Gonz. ad reg. 8. Cancellariæ Gloss. 33. num. 2.* vti nec priuilegium, præsertim certa scientia confirmatum. 14. *Anterioribus Conc. derogauit.*

Si ergo canonici aliquod priuilegium † habent vt abesse possint ad longius tempus, non videtur ijs verbis derogatum. nec item fundationi; præsertim à Laicis factæ. *Azor. vbi sup. c. 6. qu. 3. Garz. de benef. p. 3. cap 2. num. 256.* quia Concil. diserte hic non reijcit priuilegium, vt facit quamlibet consuetudinem. Non tamen absentes ex huius indulgentia lucrantur distributiones, sed fructus tantum. *Garz. ibidem num.* 247. *Nõ tamen priuilegio aut fundationi.*

Enimuero † contra habentes curata beneficia non residentes statim possunt Ordinarij procedere, per censuras simul & sequestrationem, & substractionem fructuum, aliaque iuris remedia, etiam vsque ad priuationem: quippe cura animarum mox ex mora periculum habet. *Trid. s. 23. ca. 1.* contra vero alios ad residentiam obligatos, primo anno proceditur per priuationem dimidiæ partis fructuum, quos ratione præbendæ vel residentiæ fecerunt suos: 2. anno ad priuationem omnium fructuum illius anni: crescente demum contumacia per pœnas iuris: *Conc. Trid. s.* 24. *c.* 12 scil. etiam priuationem, post congruum tempus; *vt habet c. inter*, seu sex menses; *vt determinat c. ex tua, extra eod.* Neque tamen Parochus ipso iure ob neglectam residentiam priuatur. quod ex iure antiquo ob- 15. *Quomodo procedendum contra non residentes.*

S 3 tinuisse

fructibus gaudent suorum beneficiorum, dum apud Principem morantur. Quod in Gallia temperatum est, ne duorum numerum excedat in quaque Ecclesia: aut quatuor; si est fundationis Regiæ; vel si collegæ sint, quadraginta: & modo præbenda speciale hebdomadarij vel simile seruitium non habeat annexum. *Choppin. de sacr. polit. l. 3. t. 3. n. 20. Monasticon. l. 2. t. 3. n. 14.*

Priuilegiorum Capellæ † Burgundicæ mentio est *in ca. cum capella. de priuilegiis.* In quo loco quidam putant agi de capella Regis Bohemiæ, & nomen Burgundiæ mutandum; sed quia id rescriptum datum est ad Episcopum Lingonensem, apud Burgundos, non Bohemos; & quia Codices Vaticani, vt annotatur in Corpore iuris Greg. 13. constanter habent, Burgundiæ; ita omnino accipiendum. Amittunt tamen distributiones manuales; seu quæ dietim vel hebdomadatim dantur tantum, non alias. *vt S. C. decretum refert Choppin. monast. l. 2. t. 3. n. 14.* 20.

Sic etiam loquitur Indultum † à Leone X. Carolo Archiduci Austriæ & Principi Hispaniæ concessum 13. nonas Iulij anno 1515. de centum personis per eum pro tempore eligendis & nominandis, qualiacumque beneficia non pontificalia possidentibus, *quoad,* inquit, *seruitiis & obsequiis tuis insisterint, vt omnes & singulos fructus, redditus, & prouentus omnium & singulorum beneficiorum &c. cum ea integritate quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis libere percipere valeant, cum qua illos perciperent, si in Ecclesiis siue in locis huiusmodi personaliter residerent, ac diuinis interessent; & ad residendum & diuinis interessendum interim in iisdem minime teneantur.* sed fuit id priuilegium personale, ex his verbis: *tui consideratione, tuis obsequiis insistentes, te fauore prosequi gratioso, per te eligendis, &c.* non facta vlla mentione successorum, nec facta concessione pro regno aut Archiducatu, nec ad illa restrictione: sic vt ipse posset eligere qualescumque & vbicumque seruituros. Priuilegium porro Capellæ est non loci tantum, sed & ministrorum etiam extra locum existentium, qua parte officio illi operam dederint. *Couar. pract. quæst. cap. 11. num. 5.* ex verbis: *Cum Capella Ducis Burgundiæ gaudere dicatur huiusmodi priuilegio, & quidam capellæ supradictæ Canonici, d. c. cum capella,* ita quod beneficiatos d. capellæ non egrediatur. à cuius tamen nomine neminem Belgij Principibus seruientium audiui hactenus indigetari. scilicet quia totum Ducatum Rex Galliæ de facto possidet; etsi non de iure: vt irrefragabiliter deducit Ioannes Faius Consiliarius Caroli Audacis, in opusculo, quod scripsit de iure omnium ditionum, quas dictus Carolus filiæ suæ moriens reliquit, & speciatim ducatus Burgundiæ, iuxta ea quæ in conuentibus deputatorum Regis & dictæ Ducissæ quibus interfuit, & ex chartis & monumentis hinc atque inde productis, didicerat, cum assertione quod nihil facti posuerit, quod non ex authentico documento desumpserit. & quod ex facto ius deducit, apertissimum est, quibuscumque non est persuasum omnes campos, quos Gallici oculi semel viderint, Salicam terram fieri, (perinde ac Hebræo populo terram promissionis ingressuro, dictum fuit, *quicquid calcauerit pes tuus, tuum erit*) sciant nesciant, velint nolint domini, Vasalli, Ordines, statusque ditionum. sine quorum tamen apud Gallos applausu, ne vel vnciam ex corona, vel domanio suo Rex alienare queat. etsi captiuus iuret; vt Franc. I. in Hispanijs promissa, eo colore etiam datis filijs obsidibus infregit. Thulden. *in præfatione, ad Damhouderij praxim ciuilem,* ex P. Æmilio † refert filium Pipini III. Carolum Magnum cum infulis Imperialibus è Roma & Italia redeuntem, voluisse Gallias vnire Imperio, & Imperiali nomine leges eis dare; sed Francis detrectantibus ab incepto desti- 22.

21.

destitisse. vt non censeantur, etiam regna & Imperia vniri, nisi solemniter hoc agatur: vt, nunquam Burgundiones in vnionem, consensere; aut Galliæ Reges legem eam rogare aut sancire potuerunt; scilicet non assentiente toto populo. *qua de re late egimus in Hiatu. lib.1.*

23. Porro d. Indultum Leonis, Carolo V. concessum † non domesticos tantum sacellanos, quibus stipendia soluuntur; quales nemo vnquam Princeps numero centum habuit; sed & quoscumque alios Ecclesiasticos comprehendit, qui & quoad seruitijs & obsequijs ipsius insisterent, siue actu continuo, siue ex caussa per interualla: dummodo pro seruitoribus reputentur. & ad Principis requisitionem ac mandatum parati semper sint. *l. cum heres. §. Stichus, D. de statu lib. Bart. in l. Celsus. col pen. D. de vsu cap.*

Cæterum Garz. *de benef. p.3. ca 2. num. 265.* dicit *per c 2 f. 6. de refor. Conc. Trid. & bullam Pij IV. Calend. Mart. 1565.* reuocatum esse priuilegium à Paulo III. concessum Regi Hispaniarum & *num. 360.* si quod concessum fuerit (quod asserit Boerius & Rebuf.) Regi Galliæ, nisi quatenus huiusmodi indulgentiæ post Conc concessæ forent, quod negat, vti & negat Cardinalium familiaribus tale priuilegium de praxi hodierna, & neutris de iure competere. Concilium enim priuilegia & indulta perpetua de non residendo aut de fructibus in absentia percipiendis cuiquam noluit suffragari. Sed quoniam in omni dispositione reges censeantur esse non comprehensi, nisi diserta eorum mentione facta, *vt notauit t de maior. num. 2.* atque Concilium indulta Regibus concessa expresse non excludat, & Bulla Pij IV. secundum ipsa Concilij decreta, & terminos illorum sit intelligenda, hoc est cum ijs respectiue derogationibus duntaxat, quas Concilium expressit, idem *Garz. n. 263.* fauor & prærogatiua Regum hoc decretum soluet præterquam quod ea indulta nonnulla ex parte ad temporales indulgentias dispensationesque spectare videantur. (quoad inquit Leonis priuilegium seruitijs & obsequijs suis institerint) quas, si ex veris & rationabilibus causis concessæ fuerint, Concilium in suo robore vult permanere. *Vide de his Dianam. p.3. t 1. r. 5.*

Ex speciali Pauli III. & Pij V. inquisitores hereticæ prauitatis, & auditores Rotæ ex Clementis VII. priuilegio, *bulla incipit conuenit de qua Zecchus de rep. ecclesiastica. p. 11. num. 2.* collectores, subcollectores, aduocati, procuratores fiscales, & notarij in causis spoliorum & iurium Cameræ *ex bulla Sixti V. 8. Maij 1590.* durante eorum officio non fructus tantum, sed & distributiones quotidianas lucrantur.

24. *Parochus ex iis caussis non excusatur.* Parochus † tamen ob caussam comitatus vel negociorum sui Episcopi non potest abesse, vel exercendo Officium Inquisitoris, Vicarij, Visitatoris, Secretarij, aut aliud, nisi pro tempore duorum mensium. *Cong. apud Goncalez ibid. num. 268. 265.* (qua in re tamen Nauar secus sensit, sed credo ante huiusmodi declarationem,) neque vt sub collector Apostolicus abesse potest. *Goncalez num. 266.* vel similium officiorum administrator. *Azor. vbi supra. q 5.* multo etiam strictior est nunc parochorum residentia, quam ante Concil. quippe studiorum caussa per septennium poterant abesse ex facultate Ordinarij. *c cum ex eo. 34. de elect. in 6.* hodie Ordinarij talem licentiam dare non possunt; nec parochi absentes fructus percipere *ex Cong Concil. Goncalez ad Reg. 8. Cancell. gloss 6 num 250. 251. Riccius in prax. dist dec. 502.* quippe cum conferantur hodie pastoratus per concursum, præsupponitur quod qui, vt magis idoneus erit electus, satis sit literatus. Et Pij V. Const. anno 1564. decreuit, vt à sede Apostolica solum concedantur, & etiam irritæ sint facultates à

sede

sede Apostolica obtentæ, nisi Ordinarij consensus accedat. *Azor. inst. mor. p. 2. l. 7. c. 4. qu. 3. P. Matth. Sep. Dec. l. 3. t. 2. c. 3.* sed nec docendi gratia parochus abesse potest. *eadem Cong. ibid. apud Gonçal. n. 254.*

Denique Pius V. edidit Const. *incip. cupientes.* vt qui ex legitima dispensatione obtinet, cum curato beneficio aliud residentiam requirens, in curato residens † lucretur alterius 25.
fructus, sed distributiones non itidem. super qua Constit. scio aliquos à Curia pro causis suis placitum obtinuisse, cum clausula; vt perinde in earum decisione obseruari posset, ac si generatim promulgata hic esset. Et propterea decisum refertur eos, qui vi priuilegij Piani fructus tantum percipiunt, alia residentium iura non acquirere: vt optionem præbendarum aut domorum, vbi solis illa residentibus deferri solet. Pius IV. sanxit ne qui admittantur ad regimina Ecclesiarum, nisi residentiam iurent. *Constitut. refert P. Matth. Sep. Dec. lege 3. 4. 2 cap. 4.* & non præstantes priuari mandat Pius V. *P. Matth. ibidem. cap. 6. 7.*

Residens in curato in alio priuilegium habet.

Ex Concil. Trid. *sess. 22. cap. 3.* distributiones amittit, † qui non se sistit in officijs qui- 26.
bus eæ assignantur, & debent eæ impendi fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco arbitrio Ordinarij si ex speciali dignitatis vel Canonicatus prouentu desumuntur: *sess. 22. cap. 3.* sed si ex communibus bonis, deficientium partes, adeuntibus officium accrescunt †, *vid. Azor. inst. mor. p. 2. l. 7. cap. 7. quæst. 8.* aut iuxta consuetum & præscriptum modum in quaque Ecclesia disponuntur. At *cap. 3. sess. 22. c. 3 sess. 21 cap. 12. sess. 24.* habent differentiam: nam negligentes residere præter priuationem distributionum compelli possunt † ex *d. cap. 12.* sed *cap. 3. s. 21.* loquitur solum quando distributiones sunt ita tenues, vt negligantur, *Riccius in prax. dist. dec. 497.* & tunc auctæ per Episcopum distributiones. per negligentes amissæ proportionaliter inseruientibus accrescunt. c. 3. s. 22. loquitur de dignitatib. quarum distributiones non contemnendas augere ad tertiam possit Episcopus, & neglectæ applicentur fabricæ vel loco pio. Enimuero, vt Canonici diuinis frequenter interessent, integrum semissam prouentuum arresto Curiæ assignatum refert Chopp. *monast. l. 2. t. 3 num. 13.* & Pius V. in erectione sedis Episcopalis Antuerp. vt in Ecclesia illa fieret disposuit: sed executioni hactenus mandatum non est; forte quod distributiones non sunt ibi ita tenues, vt contemnantur, sed Collegæ supra modum quarundam aliarum Ecclesiarum diligentes, si non publicis aut Ecclesiæ huius negotijs auocentur.

Qui à diui. si abest priuatur distribut. Quæ alijs, vel fabricæ cedunt. Et pernicax nihilo minus aliter cogi potest.

Episcopus remedio *cap 3. sess. 21.* non debet cumulare remedium *cap. 3. sess 22.* sed vnum aliud absumit *Garz. de benef. p. 3. cap. 2. num. 472.* neque deductionem facere secundum antiquam praxim, sed currentem valorem *num. 467.* subductis tamen pensionibus & legitimis oneribus *num. 468.* Cui deductioni etiam est obnoxius obtinens dignitatem, licet vocem non habeat in Capitulo, nec distributiones communes participet. non tamen is, qui etsi sedem in choro habeat, tamen ibi residentiam non habet, sed proprium districtum. *num. 477.* neque ea beneficia quæ sunt extra Ecclesiam, in qua quis residet, nisi illius præbendis aut dignitatibus perpetuo sint vnita. nec dignitates, quæ & si locum habent in choro, non tamen habent distributiones; nec ita sufficientes fructus quin absque dispensatione retineri possint, cum canonicatibus, non subiectæ ideo dispositioni *c. 1. de cons. in 6.*

Loquitur Concilium in cathedralibus, & collegiatis, siue gratia frequentioris vsus, siue vocabulo collegiatarum latè accepto: vt quamuis ecclesiæ collegiatæ non habeant

omnia illa insignia, quæ collegiatis ecclesijs adscribi solent, obtineat tamen in illis dispositio conciliaris. v.g. sunt ecclesiæ vbi non præpositus, decanus, canonici, aut capitulum sit; sed persona, pastor, & aliquot capellani, qui ex fundatione, seu alias ad horas canonicas conuentualiter decantandas tenentur: vtique & hic poterit ordinarius distributiones ad tertiam prouentuum partem augere, quippe in quibus obtinet ratio Concilij, quod beneficia ad cultum diuinum, atque ecclesiastica munia obeunda sint constituta, ne qua in parte minuatur diuinus cultus, sed ei debitum omnibus in rebus obsequium præstetur: quamquam aliqui verba secuti secus senserint.

27. Non tantum corpore † in loco beneficij residere Clerici debent, sed & officium, ob quod beneficium eis datur, præstare. *Garz. de benef. part. 3. capit 2. numer. 323. ex Cong. Conc.*

præsentia corporalis non sufficit Requiritur horarũ recitatio.

Imprimis horas Canonicas recitare. † *c Dolentes, extra de celebrat. miss.* vnde Pius V. *Const. incip. Ex proximo* renouauit quod in Lateranensi Concilio vltimo statutum erat, de restitutione fructuum facienda à non recitante officium. cum Sotus alijque asseruissent, *vt habet Azor. Inst. mor. l. 10. cap. 14* Conc. illud Later. quoad hoc decretum vsu non esse receptum, quem multi pij & docti secuti sunt. Quod si verum est, cum d. Constit Pij V. etiam hic publicata non sit, facile manebimus in terminis iuris antiqui, & quod fuit ante illud Conc. Leon. X Lateran.

28. *Et officij præstatio.*

Quamuis † cap. 12. sess. 24. non aliud videatur requirere quam decentem præsentiam, dum dicit: distributiones qui statutis officijs interfuerint, recipiant, reliqui quauis collusione aut remissione exclusa his careant: atque ita etiam loqui videatur *cap. 1. de Cleric. non res.* Tamen Trident. ibi *in verbis sequentibus vers. omnes*, vult omnes per se † suas functiones & munia obire, & in choro ad psallendum instituto hymnis Dei nomen reuerenter, distincte, deuoteque laudare. Quod & Canonicorum officium esse ante declarauit Conc. Basiliense *s.* 21. §. 3.

Per se.

Adeo vt statutum in contrarium non valeat, vt possint Canonici seruire per substitutos. *Garz. de benef. p. 3. cap. 2. num.* 498. vbi tamen valde delicata videtur resolutio, quæ refertur, quod Canonicis non liceat alterius vicibus missam celebrare. leuis enim, neque considerabilis est ea contrauentio, & vix puto quod se intentio Conc. eousque porrexerit. magis illa ad decorum cultus diuini pertinet, quam *num.* 496. refert, non licere legitimo impedimento detentis quo minus per se ministrent, substituere eos, qui sunt inferioris ordinis; vt Canonico portionarium, aut Capellanum. Vbi & assignatur ea ratio ne graduum & ordinum prærogatiuæ confundantur. quod ad splendorem, & Ecclesiasticam politiam spectat.

Sed tamen consuetudo non est irrationabilis, quæ multis in locis obtinet, vt decantatio peritius, suauius, & magnificentius fiat, per vicarios fieri eam, non per ipsos Canonicos; † adeoque donec Canonici à suis superioribus (nam ad hos non ad illos præcepta illius cap. 12. dirigunrur) vrgeantur, vti possunt sua consuetudine. *Less. de iust. lib. 2. cap. 34. d. 33. num.* 185. 186. præsertim extra psalmodiam, quam facile omnes possunt assequi. Quin etiam vbi Episcopi vrgent, vt Canonici per se cantent, si id non faciant, peccant quidem; sed non tenentur restituere; forte nec amittunt distributiones: quia illam pœnam illud decretum isti præcepto non subiungit. nec ante Concil. Lateran. sub Leone X. celebratum vllus Canon pœnam restitutionis imponebat non recitantibus officium. vnde

Nisi consuetudo aliud permittat.

vnde manifestum signum est, beneficiarios non fuisse ad restitutionem obligatos, nisi postquam Ecclesia id expressit. *Lessius l. 2. c. 34. d 32. n. 180.* Atqui, vt dictum est, de non canentibus id non statuit Tridentinum sed nec dictum Lateranense, sed tantum de non recitantibus. Vide quæ dicimus inf. de celeb miss n. 9.

Loquitur autem *c. 3. s. 21. de dignitatibus & prebendis* neq; locum habet in simplicibus beneficijs, † & Episcopus illud exequens debet in omnibus statuere, non in vna aut altera tantum; sic tamen vt quisque vbi differunt prouentus per distributiones quas lucrabitur, tantum recuperare possit, quantum ob eam rem desumptum est. *Cong Conc.* 29. *Quod de simplici beneficio non intelligitur.*

Eius quod de beneficio simplici diximus ratio est, † quod huiusmodi beneficium ex generali totius orbis consuetudine non requirit residentiam, quemadmodum ideo caute loquitur Concilium *Trid. s. 6. c. 2* Vt residere cogantur, qui beneficia inferiora possident, *residentiam personalem de iure vel consuetudine exigentia.* vnde Cong. Concil. *apud Goncalez ad Reg. 8. Cancell gloss. 5. num. 80. & seq.* censuit quod Episcopus non potest cogere obtinentem beneficia simplicia, personale aliquod seruitium impendere, nisi disertis verbis fundator id expresserit; alioquin censetur iuxta ius ex generali consuetudine nunc productum, se conformare. *lege secund. ibi, ad ius retulit. Cod. de hered. instit.* vnde etsi in fundatione dictum sit; capellanus celebret tot missas: non potest cogi per se id facere; cum salua fundatione istis oneribus per substitutum recte satisfiat, adeoque ea verba ita accipienda sunt; quod & in ea specie Cong. censuit vbi testator voluit, vt capellanus debeat celebrare diuina officia diu noctuque, non tamen hinc sequitur vt capellanus sacerdos esse debeat. *Goncal. ib. n. 84. 88. Quar. V. seruitium capellaniæ.* Quæ tamen intelliguntur nisi fundator disertis verbis velit, vt capellanus actu sacerdos sit; capellania sit sacerdotalis; præsentandus sit sacerdos; vel simile quid. *Quar. ibid. Riccius in prax. capell. dec. 402.* 30.

Qui, nisi iussus à superiore, sub diuino officio celebrat, non lucratur distributiones. † nec qui associant venientem ad Ecclesiam Episcopum, vel redeuntem. *Riccius ibidem. dec. 494. Pias. ex Cong. Concil. Pr. p. 2. c. 3. num* 8. In celebrante tamen vsus horum locorum, & decreta Synodorum Prouincialium secus habent. 31. *Celebrans amittit dist.*

Senio porro confecti v. g. qui per annos 50. Ecclesiæ deseruierunt, † tanquam rude donati à consuetudine pro semper præsentibus haberi, & lucrari possunt. vt testatur Greg. XIII. respondisse Pias. *vbi sup.* 32. *Iubilarii gaudent.*

Distributiones autem quæ dantur in fine anni, vel certis temporibus, non ad ratam præstiti quotidie seruitij, non sunt propriæ distributiones. † *in commun. extrauag. cum nonnulla, de præb.* sed potius spectant ad præbendam seu fructus: adeoque iuste absentibus debentur. *Pias. post Quar. ex Cong Conc. vbi supr. Scrol. pr. p. 1. V. distributiones* § 3. vbi refert S. Cōg. declarasse iuste † absentibus omnia deberi, exceptis incertis & quotidianis prouentibus, qui inter eos tantummodo diuidi solent, qui sacris inseruiunt: nam istæ, inquit, dicuntur distributiones impropriè, cum potius veniant in massam communem, & in fructus beneficij. *vt longius ibid. prosequitur, & Quar. V. Residentia. Riccius dec. 499.* & ita pro Capellanis Regijs iudicatum modo diximus. 33. *Distributiones quotidianæ & annuæ hic differunt.*

Episcopus cuius mensæ Episcopali vnitus est † Canonicatus & præbenda, tenetur in ingressu suo soluere iura possessionis; quæ in vsus pios *iuxta Trid. cap. 14. sess. 24.* conuertuntur: specialem tamen possessionem, & separatam à possessione Episcopatus, non tenetur accipere: insuper non tenetur obire functiones Canonicales; distributiones 34. *In vnitis efficium vbi cessat.*

nes, tamen nisi diuinis intersit, percipere non potest: secus de fructibus præbendæ, massæque communis, quam aliqui Canonistæ grossam appellant, quæ omnino Episcopo debetur. ita à S. Cong responsum Episcopo & cap. Antuerp. 20. Martij 1590. & prid. Id.
35. *Non iura aliena.* Nouemb. 1591. si autem occurrit vacatio pastoratus, beneficij aut officij, ad electionem Capituli pertinens, antequam ad eam procedatur, significatur Episcopo, qui vnitam mensæ suæ habet præbendam, vt eidem intersit, præsit, & cum alijs Capitularibus faciat. ex testimonio Illust. & Reuer. Archiepisc. & Comprouincialium Episcoporum, qui in Synodo Mechl. Prouin. fuerunt 19. Iunij 1607.

Si episcopatus duo sunt vniti, in alterutro residere episcopus potest, in vtroque functiones episcopales explere debet, negotia alterius potest in altero expedire. huius tamen clerus ad synodum alterius cogi nequit, in titulis præmittit loci nomen in quo agit, extra vtrumque existens præmittit nomen loci cuius negotium agitur. *Aldan. in compend. can. res l. 2. t. 2. n. 3.*

36. R. Ioannes Miræus Episcopus Antuerp. petijt, † vt compellerentur Cap. Bredanum & Berghense, quæ in loco quod ab hæreticis occupetur, residere non possunt, residere cogerentur in diocesi Antuerp. quod exequendum Sac. Cong. Cardin. Nuntio Belgij commisit per literas 29. Februarij 1608. prout ei cum Episcopo Antuerp. congruentius videretur. & si moueretur difficultas non leuis, referret ad Cong. aut Sanctitatem suam: sed id hactenus executionem non habuit. Idem mandauit Cong. de monialibus & Beghinis in istis oppidis morantibus, vt cum bonis suis ad talia diocesis loca, vbi exercitium est Catholicæ Religionis, transirent, per literas eiusdem diei. Iuxta quam rationem Conuentus de Vredonborch, Breda Liram translatus est. quod merito obtinet in Collegijs: *arg. c. 5. in fin. s. 25. de Reg. Trid. s. 14. c. 9.* alioquin Clericus simplex beneficium habens non potest cogi residere intra diocesim. *Riccius in praxi Cleric. dec. 598. & c. dec. 399.*

Sed beneficij quidem simplicis possessorem excusat generalis consuetudo non residendi, & vbi lubet, morandi: ast in collegio secus statuendi ratio est, quia & si simplex beneficiarius personaliter officium aut sacra non peragit, vicaria tamen alicuius opera satisfacere debet: at hic si collegium dissolutum est, nihil ex præscripto fundationis præstatur. Et vt præstaretur, tamen si per vim maiorem vel alias vltima testatorum voluntas, vt concepta est, executionem habere non potest, debet Episcopus cum hæredibus operam dare vt effectum sortiatur ea via, quæ minimum ab illa seducit. Ita monasterium loco inidoneo construi iussum in proxime commodo erigitur. *c. nos quidam. vers. quod si X. de testam.*

Distributiones quæ non nisi præsentibus & interessentibus dantur, siquidem tertiam partem prouentuum æquent, † non tamen æqualiter singulis diebus fiunt, sed hodie puta
37. *Quotidiana distributiones augenda, etsi infrequentes tertiam partem faciant.* decem stuueri, cras decem flor. relicti sunt interessentib. an Episcopus augere possit ordinarias ex alijs prouentibus: quandoquidem iam tertia in distributiones versa sit? videri non nemini possit non esse hypotesim Concilij, adeoque illius delegationem cessare, ac sic contingere posse, vt præbendæ aliquibus fiant inutiles, cum tamen beneficia debeant possessoribus benefacere: Secus tamen censendum est, tum ob verba Concilij quæ sonant, *distributionibus quotidianis*, quales non sunt istiusmodi extraordinariæ: tum ob rationem Concilij, quæ est vt nullatenus negligatur horarum officium, cui non prouidetur per istiusmodi præmia, quæ accipiuntur pro vnica velitatione: non pro con-

continua militia, quæ pariformia poscit stipendia. Discrete tamen versari debent Ordinarij, ne ius præbendæ inutile reddant ijs, qui vel ex iusta causa, vel dispensatione absunt, vel vbi Concilium, immemorabilem non residendi consuetudinem non sustulit, vel receptum hactenus non est, vel post receptionem rursus præscriptum.

Distributiones ergo etiam debent † esse in singulis horis, non vt qui semel de die interfuerit, omnes illius diei distributiones lucretur: quale statutum fuit declaratum abusiuum per arrestum. *quod refert Charond. l. 9. r. 74. Riccius in prax. dist. dec.* 493. 494 Quamuis Duen. *reg. 206. ver. lim. 2 Hojeda p. 1. c. 17 numer. 11. Monet. p. 2. q. 12. numer.* 42. secus senserint hoc sensu à Conc omnes horas intelligi, dum statas horas dicat declarasse Sac. Cong. refert Garz. *de benef. part. 3. cap. 2. num.* 488. quare nec æquum est vt qui ab vna hora abfuerit plurium distributiones amittat. vt fere Concil. Mechl. 1607. t. 12. cap. 3. aliquid sonat. 38. *Partienda in singula officia.*

Appellationes omnes reijciuntur † interiectæ ad impediendam ordinationem Episcopi de vertenda tertia prouentuum parte in distributiones, scilicet quo ad effectum suspensiuum, non autem deuolutiuum. *Cong. Conc.* 39. *Reiecta in his appell.*

Is qui est in seruitio † Episcopi vel Ecclesiæ, percipit quidem omnes fructus beneficij sui, tanquam residens; sed distributiones quotidianas non recipit. *c. de cætero, extra de Cler. non resid.* quia illæ non dentur nisi interessentibus diuinis. *c. licet de prabend. c. vnico de Cler. non resid. in 6.* Et quanquam is qui est absens in seruitio Episcopi vel Ecclesiæ, censetur seruire Ecclesiæ, hoc tamen ita accipiendum & intelligendum est *(inquit Ioannes de Imola in d. c. de cætero, vers. in gloss. 1.)* quoad hoc vt percipiat fructus beneficij, non tamen intelligitur seruire in diuinis, vt percipiat dictas distributiones. Id quod & Concil. Trid. conforme est, quod distributiones istas non nisi ijs qui diuinis intersunt concedit. *sess. 24. cap. 12. vers. cum distributiones, & s. 22 c. 3* & statuta Ecclesiarum super perceptione & distributione earum seruanda esse indicat. Neque in contrarium facit, quod non solū sunt in seruitio Episcopi, sed totius Ecclesiæ & Religionis; quia neq; illi qui in Ecclesia præsentes, Grammaticā docent, neque illi qui in academijs publicis, ad vtilitatem vniuersæ Reip. Catholicæ sacram Theologiam profitentur, distributiones istiusmodi consequuntur. *cap. pen. & vlt. extra de mag.* id quod in S Theologiæ professoribus, actu Louanij profitentibus, & in Ecclesia S. Petri Canonicatum & præbendam obtinentibus manifestum est obseruari, & practicari. Ideoque & dicta Synodus Trid. non alios fructus illis absentibus & docentibus conseruat, quam illos, qui ex iure communi illis debentur *sess. 5. cap. 1.* sed quoniam consuetudo probata *in c. vn. de Cler. non resid. in 6.* in his saltem ditionibus transijt quasi in ius commune, aut saltem generalis facta est; Conc. Prouinc. Mechl. *sub tit. de off. diuino; tam primum c. 4. 5. 6. quam vltimum, eodem tit. cap. 4. à sua Sanct. approbatum seruarique mandatum.* statuit præbendas graduatis affectas in Cathedralibus possidentes commissis ab Episcopis functionibus impeditos, omnia illa emolumenta percipere debere, quibus gaudent diuinis interessentes: peculiarem enim habēt facultatem & obligationem huiusmodi præbendas graduatis affectas possidentes, scilicet visitandi per vniuersam diocesim; examinandi promouendos ad sacros Ordines, & admittendos ad curam animarum, sub modo in Bulla præscripto, ac omnes & singuli ratione suarum præbendarum, huiusmodi consilium & operam in negotio Ecclesiæ & Religionis, cæterisque difficultatibus, pro tēpore emergentibus, quoties ab Episcopo requisiti fuerint, tam coniunctim quam diuisim præstare tenentur. 40. *Qui in Episcopi seruitio est, de iure fructus tātum, ex Constit. Synod. etiā distribut. percipit.*

 Quo-

41. Quo attento † & d. generali consuetudine cum latissima interpretatione vsu inueterato passim hic firmata, vt qui sint in Ecclesiæ negotijs, pro interessentibus diuinis habeantur, fit, vt hic cesset decisio *c. de cætero. extra de Cler. non res.* cui aliquæ conformes sunt Card. resolutiones: in eodemque casu accipiendæ. Illud enim c. resolutionesque loquuntur de eo casu, quo Episcopus habet quidem facultatem in suo seruitio, & ad visitandum &c. deducendi aliquos ex suis Canonicis, non tamen habent Canonici obligationem operam præstandi, vt habent graduati, deinde d. c. non præsupponit, statutum & consuetudinem vt absentes in causis Ecclesiæ pro interessentibus habeantur, nam id non esse iuris communis recte statuerunt plurimi Doctores *tam in d. c. cum non deceat, quam dict. cap. vnic.* & ex priori verb. *c. consuetudinē* clarum euadit. Atque hoc c. vn. tantum accipiendum, vt cum reijciat omnes cōsuetudines de dandis distributionibus ijs, qui diuinis personaliter non intersunt, non improbet tantum has, quæ nitantur vna ex tribus causis, in d. c. specificatis: alioquin omnes conciliationes *d. c. cum non deceat, & dict. c. vn.* non possunt defendi, quod non sint solum diuinatoriæ. Dicitur porro diserte in d. c. cum non deceat, eum qui occupatur in negotio Ecclesiæ suæ, distributiones amittere. Idem constat ex c. cum dilectis. *ext. de Cler. non residen.* vbi corpus iuris Canonici emendatum, editumque iussu Gregor. XIII. habet supplementum istius decretalis Epistolæ, in quo sunt hæc verba, *& non minus si sit absens quam præsens eidem Ecclesiæ vtilis habeatur*: vbi vtilitatem Ecclesiæ suæ procurans, non tamen habet distributiones, sed tantum fructus. eodem facit c. licet. *extra de præb.* vbi generaliter eis tantum distributiones deberi dicit, qui diuinis intersunt, neque Ecclesiæ negotijs detentos excipit, neque alios quorum mentio in d. c. vn. quod proinde tantum habet locum vt consuetudines vna ex tribus causis fundatas non reijciat, cæteroquin ius commune non statuat: præsertim cum sit eiusdem Bonifacij VIII. qui exceptiones suas facilius suppleuisset. Hæc si ita sunt, sequitur, mirum non esse si detento in negotijs Episcopatus distributiones in ijs locis, vbi in priuatis Ecclesiæ negotijs illæ amittuntur, non assignentur, sed vterque pari passu ambulet: ita vt vterque fructus recipiat, respectu quorum vterque à iure præsens residensque æqualiter iuris fictione habetur, vt patet in c. ex parte: *verb. præpositura tua iura fideliter prosequeris, cum ex hoc censeri debeas residens*, & cap. ad audientiam verb. *cum absentes dici non debeant, sed præsentes. qui tecum &c extra de Cler. non resid.* Quod si pari passu ambulent quoad fructus, vbi quacumque ex caussa absentibus distributiones non competunt; ijs in locis vbi erit contraria consuetudo, vt occupato in Ecclesiæ negotijs debeantur; vtrique competent. præsertim cum ex obligatione officij sui, Episcopatus negotia tractare teneantur: cū & statutum locū habet in casu in quo eadē est ratio. *Menoch. l. quart. præsumpt. 189. n. 108.*

42. Et d. Conc. Mechl. 1. cap. 5. vbi supra dicit se † intelligere eos in negotijs Ecclesiæ occupari, non tantum qui Capituli aut fabricæ negotia curant, sed & qui Episcopatus. quæ proculdubio interpretatio Concilio competijt, si vel solius Episcopi iudicium, vt sedis Apostolicæ delegati in materia distributionum sequendum decernat Concil. Trid. *ſ. 22. c. 3. ſ. 21. c. 3.* Neque facit quicquam si dicatur, quod ideo in Ecclesiæ priuatis negotijs, id permittendum sit, quod hæc ad hanc spectent, eaque compensare teneatur, illa non æque: nam ad hanc v. g. Ecclesiam, ea ratione spectant, quod sit Cathedralis, quodque hoc onus ipsis præbendis innexum sit, ideoque nihil alienum sit. Præterea nō est hæc vera ratio Constit. d. c. vn. quod alioquin Ecclesia absenti laborem debeat compensare:

nam

nam lucratur huiusmodi ex causa absens anniuersaria, aliaq; separatim à fidelibus relicta, quæ cum rationibus bonorum communium Ecclesiæ nihil commune habent, atque vnde proinde compensatio operæ in alijs præstitæ sumi non deberet. Idem de ipsis distributionibus si sint separatim à bonis communibus relictæ, id est, quæ non sumuntur ex massa bonorum communium, ex quibus similiter compensatio operæ in alijs præstitæ, non deberetur. sed vera ratio d.c.vn. est authoritas consuetudinis, quodque ei, dum irrationalis non est (vt contingit in illis tribus casibus) non sit derogandum.

Nam præterquam vt dicatur quis in vtilitate Ecclesiæ occupari, sufficiat, vt sint negotia Ecclesiæ in genere, non huius tantum, vt constat etiam ex supradictis, & *c. cum dilectus 14. de Cler. non resident. in verb. cum familiares nostri, qui obsequiales se exhibent vniuersis, minori non debeant prerogatiua gaudere, quam vestrum singuli, quorum negotia &c. cap. ad audientiam, verb. pro tuo & Ecclesiæ seruitio, extra de Cler. non resid.* insuper consideranda est qualitas Ecclesiæ Cathedralis: atque adeo huiusmodi negotia dioceseos ad eam spectare censenda sunt, tum quod eorum multa non sine huius consensu, plura non sine consilio expediri ab Episcopo possint. *vt habet tit. de his quæ à Prælat. sine consens. Capituli* tum quod propter suprascriptam facultatem & obligationem præbendis graduatorum, ex erectione innexas, huiusmodi negotia aliena ante erectionem, cum Collegiatæ priuatæque quadantenus Ecclesiæ tantum essent; nunc illarum ex hac caussa erectionis, facultatis, obligationisque facta sint propria. sic *in cap. cum non deceat, de elect. in 6.* dicit eos Pontifex suarum Ecclesiarum prosequi vtilitatem, qui ad obtinendam electi Episcopi confirmationem Romam proficiscuntur; cum hoc negotium tamen non aliter ad eam spectar, quam in quantum est Cathedralis, non vt priuatum Collegium. Et si in viuo Episcopo id apparet, in mortuo multo magis manifestum est; tũ enim tota Episcopi authoritas, & functio iurisdictionis transit in Capitulum suo iure, vt aliena dici nequeat. Eadem ratione Ignatius Lopez *in sua pract. Can. c. 52. vers. 4. casus*, in Conc. Constant. *sess. 19.* decisum dicit, eos qui Ecclesiæ communis vtilitatis causa, Concilio ratione suarum dignitatum interfuerant, etiam vbi statuta in contrarium forent, pro interessentibus diuinis officijs haberi, omniaque lucra sua facere quæ his contingerent. Idem de prouinciali diocesanaque statuens, quia *in his versatur, inquit, publica Ecclesiæ vtilitas, & parendi necessitas, quodque eis munus non debeat esse damnosum. iuxta l. videlicet. D. ex quibus causis maior. &c.* Hisce causis motum fuit Conc. Trid. *sess. 14. c. 8. de reform.* statuens vt pœnitentiarius in omni Cathedrali erigatur, & dum confessiones excipit, præsens in choro habeatur, quod & de orationibus & processionibus extra chorum & Ecclesiam cẽsenr Cong. Conc. 4. *Septemb. 1591.* scilicet quia id spectat ad vtilitatẽ Ecclesiæ totius dioceseos, etsi non huius Collegij: atq; id facit ex obligatione sui officij. similiter sess. 22. c. 3. statuit vt possessores dignitatum existentiũ in Ecclesia Cathedrali dum occupantur in administratione curæ animarum eis annexæ, & extra ciuitatem in diocesi, (hæc administratio graduatorum facultati obligationique visitandi diocesim, in omnibus negotijs consilium operamq; exhibendi similis est, saltem quo ad rationem quæ Concilium ad statuendum mouet) tamen vult pro præsentibus ac diuinis interessentibus haberi. In hanc sententiam B. Carolo Borromæo Gregor. XIII. rescripsit, vt ei in functionibus Episcopalibus versanti assistentes distributionibus gauderent. *l. Fran. Leon. thesaur. for. Eccl p. 3. c. 33. numer 26. 23.* Et Sac. Cong respondit afferente Zecho *de rep. Ecclesiastica tit. de benef n. 13.* ad finem de examinatoribus à Synodo deputatis, dum

dum causa examinis absunt *fauet ratio illorum de quibus num.34.egimus*.Sic Ioan. Azor. *in Instit.moral.part.2.l.7.cap.7.quæst.*10. *Quæritur*,inquit,*an licita sit consuetudo* (nota quod loquitur conformiter;cum ante recte interpretatus esset, d.c.vn.de Cler. non resid.in 6. non de iure sed de consuetudine laudabili & ibi probata procedere,)*qua Archidiaconus quando ratione sui muneris & officij Ecclesias inuisit* (idē de graduatis quibus idē illud munus incūbit) *distributiones lucratur,ac si in Ecclesia interesset? Respondet licitam esse,quia est vna ex causis exceptis, nimirum euidens Ecclesiæ vtilitas*.Ex cuius verbis huiusmodi consuetudo approbatur , & ex ratione,quam assignat,constat;quod si dictum *c.vn.§.statuimus.* vt alij interpretantur , sit iuris communis, & non tantum consuetudinis ; quæ ibi probetur:quod etiam tunc eo iure communi Canonici munia sibi incumbentia obeuntes distributionibus gaudere debeant.

Sic & docet post alios quos citat Garz *de benef.p.3.cap.2.nu.* 348. Canonicos existentes in seruitio Episcopi non tantum fructus , sed & distributiones lucrari posse si ita ferat consuetudo,quam seruandam asserit.

43. Ex his apparet quomodo † accipiendum sit d.c.de cætero,eique innixæ Card. resolutiones,& Imola,qui conformiter loquitur,& *ca.vltim.extra de Magist.* nam loquitur de iure,& magistri non tenentur ratione ipsarum præbendarum,de quibus ibi mentio, ad onus docendi;In cap.pen.ibid & sess.5.c.1.Conc. Trid.non habet Lector Canonicatum, neque est præbendatus,sed stipendij vice assignantur ei fructus,vnde non habet titulum quo vendicet sibi distributiones.Quod spectat ad cap.12 *vers.distribut vero,s.24.Conc.Trid. & s.22.cap.*3.hoc quidem pro nobis facit ex ea caussa quod assignat distributiones ei , qui occupatur in onere dignitati suæ annexo extra Ecclesiam suæ dignitatis;alterum cum tātum innouet d c.vn.spectat ad reprobandas tantum consuetudines , in eod. c. reprobatas,& eas confirmandas quæ ibi confirmantur,qualis est qua hi graduati nituntur.similiter.c.3.s.21.Trid.cum generaliter loquitur,sicut *d.cap.licet*.aliaque, facit ad probationem eorum,ad quæ supradictum c.licet adduximus.

44. Porro d.c.ad audientiam,† taxatiue non loquitur de duobus tantum,vt classici aliqui authores volunt,sed quod de duobus respondet Pontifex,ideo fit,quod non de pluribus rogabatur,vt in epistolis decretalibus consuetum est:& cum id quod in d.cap.ad audientiam declaratur,iuris communis sit,non est quod magis in duobus quam pluribus locum habeat,dum ius taxatiue alios non excludit;nam quod non prohibetur , concessum intelligitur. ita tamen vt sub tali occasione , Ecclesia ministrorum defectu non laboret; quod in arbitrio iudicis est,cessareque facit etiam specialia indulta Papæ.*ita vult cap. pen. de Cler.non resid.*certe c.vt iuxta,*extra de offic.Ord.*tres permittit esse in visitatione cum suo Ordinario,& Concil.Trident *sess.24.cap.*18.In examine promouendorum ad Ecclesias parochiales vt minimum tres esse iubet,& Bulla erectionum EpiscopatuumBelgicorum nouorum omnes affectarum præbendarum possessores tam coniunctim, quam diuisim operam præstare mandat.

45. *Finis residentiæ.* Finis residentiæ & effectus moralis is potissimus est,*vt omnes*,inquit Concil.*Trid.s.*24.*c.*12.*diuina per se,& non per substitutos compellantur obire officia & Episcopo celebranti aut alia Pontificalia exercenti adsistere & inseruire,atque in choro ad psallendum instituto,Hymnis & canticis Dei nomen reuerenter,distincte deuoteque laudare*.quod decretum nondum satis ex voto Concilij vbique seruatur:nec quæ forsan in synodis exinde iuxta Trident. §.*cetera ibid.*decreta sunt.

quam-

quamuis aliqui sentiant id negligentes non lucrari distributiones. *citati à Barbos. in Coll. DD. ad Concil. Trid. d. c. 12.* licet contraria sententia verior sit vt diximus. nisi vbi decretis Synodalibus secus diserte fuerit statutum iuxta facultatem *d. §. ceterum* concessam. alioquin illam pœnam nec priores canones, nec Trident. *ibidem. §. distributiones.* imponit. sed eas recipi permittit ab ijs, qui statis horis interfuerint, & Leo X. *in Concilio Later.* & Pius V. *const. 12 Oct. 1572.* fructibus eos priuant, qui officium non dixerint. fatendum est tamen instituto suo, sepositis alijs circumstantijs non respondere, qui cæteris non concinunt, quamuis priuatim legant.

Ad modum etiam desiderat Tridentinum *ibidem. §. in omnibus & s. 23. c. 11. & 13. & 17.* omnes ordinis sui functionibus satisfaciant, quod interstitiorum, exercitij, & residétiæ neglectus valde interrupit. vtque sanctorum omnium ordinum à diaconatu ad ostiariatum vsque functiones non nisi per constitutos in dictis ordinibus exerceantur. omnesque & singulos Prælatos hortatur, & illis præcipit, vt huiusmodi functiones curent restituendas, & ex aliqua parte redituum aliquorum simplicium beneficiorum, vel fabricæ Ecclesiæ, si prouentus suppetant, aut vtrisque illorum, eas functiones exercentibus stipendia assignent: quibus si negligentes fuerint, ordinarij iudicio aut ex parte multari, aut in totum priuari possint.

DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ VEL Ecclesiæ non vacantis.

ANte annum 1150. Expectatiuarum & mandatorum Apostolicorum de prouidendo vsum incognitum fuisse coniectura est, quod toto Decretorum volumine, quod circa eum annum editum est, *gloss. cap. post appell §. forma 2. qu. 6.* nulla mentio reperitur. *Ioan. And. in cap. duobus. de resc. in 6.* ideoque scriptores multi præsertim Galli, *Azor. Inst. mor. p. 2. l. 6. cap. 32. quæst. 3.* vsum hunc esse contra veteres canones existimarunt, quamuis ex causis specialibus *ibid.* Azor. contendit non licitum tantũ aliquando, sed & Ecclesiæ vtilem esse posse. Initia quidam referunt ad Alexand. III. ob c. eam te de resc. quem secutus est Innoc. III. *in cap. dilectus 2. de præb.* Hon. III. *c. caput de resc.* Greg. IX. *c. mandatum c. literis. c. Abbatem de resc.* Innoc. IV. *c. 1. de conc. præb. in 6* Bonif. VIII. *ca. vlt. eod.* Clem. V. *in Clem. 1. eod.* cæterique passim PP. vsque ad Concil. Trid. quod ob abusuum frequentiam secutum rationem Bonif. VIII. *in cap. 2. de conc. præb. in 6.* generatim expectatiuas, & quæcumque eas redolent, *cap. 19. sess. 24.* abrogauit. *quis mihi det*, inquit S. Bernardus, in epist. ad Eugen. *antequam moriar videre Ecclesiam Dei sicut in diebus erat antiquis. &c.* sed per c. 19. *s. 24. s. 25. cap. 7.* sunt sublatæ expectatiuæ, etiam si accedat Ordinarij consensus. *Gonc. ad reg. 8. Canc. § proœm. num. 64.* vbi & hoc Cong declarasse refert, quod ex eo decreto colligatur non posse erigi Canonicatum supernumerarium † ad futuram præbendam; (Quamuis decretum non tollat consuetudinem titulorum Canonicorum præbendam exspectantium. *Garz. de benef. p 6. n. 5. ex Cong. Conc.*) quodque nec id Capitula possunt, quodque per id caput, tolluntur omnes mentales reseruationes: quales erant quãdo Papa reseruabat vel in genere, vel in

1. Abrogata expectatiua.

2. Creatio Canonicatus super numerarij exclusa vt volunt.

vel in specie, ad prouidendum personæ quam non exprimebat, sed in mente retinebat.

Decreta Concilij *s.25.c.7.& s.24.c.19.* etiam, Pius V. *constitut. incip. Romani* vberrime roborauit. omnes regressus, accessus, & ingressus sub quibuscumque formis tollendo. quam tamen & decretum *d.c.7.* non extendi ad regressum ob defectum solutæ pensionis, ex beneficio resignato sæpius declarauit Rota. *vt recitat. Barbos. in collect. DD. ad Concil. Trid. s.25. c.7* sed dumtaxat in vacantibus per cessum, vel decessum. quod non inducant votum captandæ mortis, & vitare soluēdo potest resignatarius. Quin etiam *d.c.19.* abrogatis indultis, collegijs etiam & vniuersitatibus concessis, periclitatæ sint nominationes vniuersitatū studiorum, quod diserte non videantur exceptæ: vt alias solent: *vt s.7.c.13. s.14.c.5 in fin. s.25 c.6. sub fin.* quamquam aliàs Barbos. *& ab eo citati ad d c.19.* nolint comprehendi collegia, & vniuersitates; vbi non exprimūtur: tamen Vniuersitas Louaniensis suas nominationes ab ea dispositione exemptas obtinuit. quæ adeoque cursum suum cōtinuarunt. atq; hæc ita. nisi forte Ecclesiæ necessitas Prælato, coadiutorem dari postulauerit. atq; is tū detur, cui omnes qualitates competant, quæ in prælato ipso à sacris canonibus, aut Concilio requiruntur. de qualibus coadiutoribus, eorum iuribus, & causis late *citati à Barbosa in Collect. DD. ad Conc. Trid. s.25.c.7 n.5. & seqq.* Exspectatiuæ etiam *in d c.19.* vulgati significatione accipiuntur, vt non excludant consuetudinem immemorialem, qua eligi soleant aliqui canonici, quibus demum cedat præbenda primo deinde vacatura: præsertim si inter exspectantes non senior assumi ex ordine, sed noua electione magis idoneus debeat. vt in Ecclesia Salamantina confirmatam consuetudinem à Pio IV. refert Garcias. *p.1 c.1.n.5.*

Expectatiuæ hic iā olim prohibitæ per Maximil. *litteris edictis datis Mechliniæ 12. Sept. 1485. quæ habentur in lib edict. fol.* 205. & regressus ad beneficia resignata, reseruationes pensionum, translationes inscijs & inuitis eis, qui grauata beneficia possident.

DE INSTITVT.

1. *Instituendi prius sunt probandi ab Episcopo.* Beneficium Ecclesiasticum sine Canonica institutione obtineri nō potest. *Reg. 1. in 6.* A quibuscunq; etiam Nuncijs præsentati & electi, antequā instituantur, admittātur aut confirmentur, non obstante quocunq; priuilegio aut cōsuetudine immemoriali debent esse ab † Ordinario locorum examinati, & idonei reperti. *Trid s.7.c.13.* Quæritur, an præsentatus ab Ordinario, alterius diœcesis examinari debeat ab hoc Ordinario? Azor.
2. *Loci beneficij.* *Inst. Moral. p.2 l.6.c.22.q.vlt.* putat nō debere; quia eo ipso quo ab Ordinario præsentatur, approbatus censetur: sed existimo, verius esse vt examinari debeat ab Ordinario † loci siti beneficij, de quo agit Conc. nō autem ad dignitatem respicit. alioqui præsentatum à Nūcio Apostolico, qui & Ordinarius est intra limites suæ legationis, nō mandaret examinari. sed reijcit ad conscientiam Ordinarij loci, cui melius, quæ idoneitas in loco necessaria sit, exploratum est. non enim qui hic idoneus est, vbiq; locorum pro eo habebitur hic via recta, & plana est, apud alios tenebræ, & lubricum & angelus malus; & eius membra per-
3. sequentia. In Anglia lupi non esse dicuntur (vtinam animarum lupi non essent!) alia loca eorum feracissima sunt. ergo vbi lupi erunt, pastor ad arcendos eos robustior esse debet; vbi non erunt, sufficit imbecillior, qui oues intra limites coërceat tantum, ne aberrent. *Vid. Gutier. can. q. l.1.c.27.* Hodie

Hodie in his locis, † institutio fere ad Archidiaconos spectat. etsi post examen antequam litteras institutionis concedant, Episcopo referant, qui approbet; cum alioqui examinatos Episcopo de iure tantum præsentent. *cap.7. in verb. qui beneficijs Ecclesiasticis præficiendi fuerunt, à suo prius examinentur Archidiacono, & per ipsum postmodum Episcopo præsententur de offic. Archi.* Vt institutio nunc Archidiaconi, non probatio tantum personæ fit; sed ad titulum Ecclesiasticum ius faciat, (seruato tamen d c.13.) De iure vero missio seu introductio in possessionem Archidiacono tribuitur, *dict. cap.7. in verb. institutio corporalis tam super beneficijs quam etiam dignitatibus ad ipsum (*Archidiaconum*) debet pertinere:* Nunc plerisque in locis ea Archipresbyteris ruralibus conceditur seu committitur, præter magnas dignitates non exemptas, verbi gratia, Ordinis Benedictini, quas adhuc Archidiaconi in possessionem ducunt. lautius enim soluunt. vt refert Choppin. approbationem Greg. XI Iurium Archidiaconatus Senonensis *de sac. polit. l.1. t.8. numer. 16.* vt ipsi Archidiacono vna auri, & duobus Canonicis, quos secum ducit, duæ argenti marchæ soluantur. sed an id hodie à Concil. Trid. *s.24. c.14.* & const. Pij V. *incip. dudum.* probetur; præsertim cum Archidiaconi nunc etiam in institutionibus suas taxas in vsus suos vertendas, exigât; an vero spectet ad consuetudines quas Alexand. III. *in c.2. extra de excess. prælat.* à Presbyteris in Ecclesijs suorum Archidiaconatuum debitas conseruari plenarie mandat; ipsi examinent. Collegia porro & Capitula passim collegas in possessionem mittunt, ac titulum admittunt à patronis forte datum, quod est vice Canonicæ institutionis: nisi sicubi forte, in erectionibus Collegiorum Archidiaconi curarunt sua iura institutionis præseruari, vt Hooc-stratæ. 4. *Institutio Archidiaconorum de iure differt ab ea quæ est de consuetudine.*

Cæterum orta inter Episcopum Atrebatensem & Abbatem S. Vedasti controuersia super electione approbatorum ab examinatoribus ad pastoratum † in concursu, sustinente Episcopo. Archidiacono competere in ijs institutionem, adeoq; sibi electionem, iuxta *c.18. §. si vero iuris patronat. Eccl. §. cum vero institutio ab alio quam Episcopo. s.24.* Trid. saltem ob nominis æquiuoci diuersas significationes, interpretationem eius petendam, & Abbate è contrario, casum esse planum & terminos Concilij sine obscuritate: à Concilio secreto decretum fuit 22. *Martij* 1589. vt Concilium Trid obseruaretur, prout sonat, adeoque Abbati ex approbatis electionem competere magis idonei, vbicumque institutio collatiua tituli Episcopo competeret: taciteque decidebat, institutionem vel administrationem vacantis parochialis quam Episcopus Archidiacono competere asserebat, non esse tituli collatiuam, prout *ca. cum satis & ibi Pauorm.* ne quidem per consuetudinem velit induci posse, vt Archidiaconus institutionem authorisabilem cōcedat, nisi ex delegatione, vt accipit *gloss. in d. c. cum satis. c. si in plebibus. 63. distinct. & similia*, & institutionē Archidiaconi Panorm. executoriam vocat illius, quam facit Episcopus. *fauet cap. ad hec. c. vt nostrum. de offi. archid.* Itaq; si Archidiaconus vt eius Vicarius, vel eius nomine, & delegatione quid facit; cēsebitur facere Episcopus. & ad eosdem terminos redibitur. cæterum alijs posse institutionem authorisabilem ex immemoriali consuetudine competere S. Cōg. alias declarauit, & clare patet *ex d. §. cum vero. & nos latius dicimus in consultat. cn on.* 5. *An in parochialibus.*

Episcopus non potest † examinare promotos ad Ordines aut beneficia à suo antecessore, nisi post promotionem aliqua caussa superuenerit. *vt in cap. accepimus, de ætat. & qual. ordin.* sic & Cardin. declararunt, regularem semel examinatum, & idoneum 6. *Nō repetēdū examen nisi ex noua causa.*

 reper-

repertum pro confessionibus audiendis, non debere ab eodem ordinario, vel etiam successore rursus examinari. *Serol.pr.part.1.verb. Confessor* §.2.

Cui per examen quasi inidoneo reperto † propter defectum litteraturæ datus est Coadiutor, frustra id dicitur vt se rursus examini sistat; cum priuatio vel similis pœna irrogari ei non possit, ea ex caussa. quod si idem Episcopus aliquos minus idoneos ordinauerit, eos suspendere debet. *vt Cong. Concil. refert Goncalez ad Reg.* 8. *Cancel.gloss.* 4.*num*.85.

8. *Cessat examen in notorie literato, & promotis in famosa vniuers.*

Examinari non debet qui est notorie literatus: vti nec de praxi examinantur. *Rebuff. in prax.benef.titul.de resc. in for.paup.numer.* 3. 4. qui gradus licentiæ † in vniuersitate susceperunt; ne videatur irrogari ignominia Vniuersitati. sic & in Curia semel examinatus ad vnum simplex, non examinatur ad secundum simile. & præsumitur idoneus ad simplex beneficium, qui sacris est initiatus, *Goncalez omnia ibidem numero* 84.86.87.88.89. nisi pro forma præscribatur, vt in c.18.s.24. vbi *test. eodem ibid.n.*90. *Cong.Concil.* nec Theologiæ, nec iuris Doctorem excusat ab examine, quamuis in famosa Vniuersitate promotum. Quin vt quis dicatur idoneus ad beneficia, requirit 47. requisita Cæsar. Lambert. *apud Goncalez ad Reg.* 8. *Cancel.gloss.quart. num*. 109. sed dicit; *quis est, hic, & laudabimus eum*? Oportet igitur hæc moraliter accipere, & iuxta humanos mores, non perinde ac si in Platonis Rep. sententiam diceremus, qua de re Catonem Cicero reprehendebat.

9. *Ad Episcopum iure omnis institutio pertinet.*

Ad Episcopum † de iure spectat collatio & institutio omnium beneficiorum suæ diœcesis: adeo vt cum decreto Concil. Trid *s.24.cap.*8. mandetur institutio pœnitentiarij & vnio præbendæ, quoties vacat officium adeoque præbenda; prouisio ad solum Episcopum spectet. *Cong. Conc.* 23. *Iun.* 1594. *& apud Riccium in prax.episc.d.*555. si tamen fuerit ante institutionem huius officij, collatio præbendæ communis, inter Episcopum & Capitulum: cum ea vacabit in mense ordinario, circa præbendæ collationem nihil à concilio mutatum est. *Cong. Conc. Ianuar.* 1597. agit porro Concilium de prima institutione officij. Vnde post institutionem eo vacante in mense Pontificio, tam personæ electio, quam præbendæ collatio, ad Papam spectabit. per Regulam II. Cancellariæ. si in mense Ordinario; dispositio officij recens instituti ad Ordinarium vt spectet per ius commune oportet, collatio autem prius existentis præbendæ ad eos, quibus ea ante competebat. ideoq; censuit Cong. *apud Riccium vbi supra*, sede vacante, mortuo Pœnitentiario, Capitulum hac in re præstare nihil posse. quia beneficia successori reseruanda sunt. si tamen post institutum Pœnitentiarij officium, sede vacante præbendam vacare contingat, cuius collatio fuerit Episcopo & Capitulo communis: poterit Capitulum tunc conferre. *per ca. vn. ne sede vacant. in* 6. antequam ea vnita fuerit, postquam vero vnio præbendæ accessorie facta fuerit, (quia vnio collationem aufert *Gonzales ex Gambaro ad reg.* 8. *Cancell gloss*.5. §.7. *num.* 20.) nihil poterit. quod si autem vnio facta fuerit æque principaliter, quia tunc vtrumque vnitum vacare censetur, disponique potest *Gonz.n.*55. *& seq.* Capitulum quidem disponere potest; nisi impediretur per restrictionem ab vnione factam; sc. quia non alteri conferre potest quam ei, quem Episcopus designauerit pœnitentiarium. quæ designatio vacante sede à Capitulo fieri nequit, quia ad Episcopum solum spectat institutio. ideoque non transit conferendi instituendiue facultas ad Capitulum. *c. illa x. ne sede vacante*: sed exspectandus est successor: à quo facta designatione, demum à Capitulo præbendæ collatio designato fieri potest. & quia tunc non amplius sedes vacat, collatioque vt ponitur

commu-

communis est: fieri non potest sine Episcopi interuentu. An autem accessorie vel æque principaliter vnio facta erit; cognoscetur *iuxta Rebuffum in praxi benef. de vnion. nu.* 19. ex intentione vnientis, vel consuetudine: secundum quam excepta est vnio. alias cum vnum altero dignius est, accessorie; cum æque dignum, æque principaliter facta cēsebitur. ideoque vbi pœnitentiariatus inter dignitates recensetur, accessorie vnita ei præbenda censebitur. Et quidem Concilium vnionem accessoriam intendisse videtur, ex modo loquendi. *pœnitentiarius*, inquit, *cum vnione præbendæ instituatur.* Igitur sic institutus Archipresbyteratus quem comitatur, vnita præbenda, ad solius Episcopi dispositionem spectabit. quia, vt diximus, iure communi fundatam habet intentionem in collatione omnium beneficiorum suæ diœcesis.

Papa tamen qui est vniuersalis Episcopus, & Ordinarius Ordinariorum, conferre omnia beneficia potest per præuentionem vel reseruationem. quæ tamen reseruationes præter clausas in corpore iuris sublatæ fuerunt à Concilio Basiliensi. sed id ipsum rursus sublatum à Curia Romana. Hinc & pragmatica sanctio in Gallia, illius reuocatio, & demum restauratio; ac denique Concordata Gallica, & Germanica, *quæ vtraq. ad longum refert Pias. part. 2. cap. 5. num.* 10. *&* 11. nata sunt. & Regulæ Cancel. reseruationes generales & speciales plurimas etiam nunc habent.

Quarum quidem vsus antiquus esse colligitur ex D. Bern. *l. 1. de Consid. c. 3.* *Numquid ad eum*, inquit, *de toto orbe confluebant*, &c. *vt ipsius apostolica authoritate vel obtinerent honores ecclesiasticos, vel retinerent?* quamuis ex corpore iuris neque antiquæ neque multæ assignentur reseruationes, vt glossator Regularis Cancellar. *in reg. 35. vers. item qu. 2. & in reg. 62. ad fin.* vnicam esse velit *in cap. 2. de præb. in 6.* de quo Azor. Inst. mor. *l. 6. c. 36. q. 4. p. 2.*

Vnienda porro pœnitentiaratui præbenda integra esse debet, non portio: ex verbis Concilij, & quidem *proxime vacatura*, inquit, *d. c. 8. f. 24.* supposito quod lectori Theologo prouisum sit: nam *c. 1. f. 5.* Concilium ipso facto primo tunc vacaturam assignauit, si aliter expedire alicui videatur, aduersus dispositionem Concilij imploranda esset Sedis Apostolicæ authoritas: nam illam alterare non potest ordinarius: & reseruatam pœnitentiario vniri posse ratio suadet, etsi verba desint: vt alibi expressa sunt *f. 23. c. 18. f. 24. c. 15.* quamquā cum ratio fauet, & verba indistincta sunt, quid nos coget distinguere Doctorem, Licentiatumq; , seu alias magis aptum requirit Conciliū. *d. c. 8.* quæ vltima verba faciunt, vt credendum sit, si quis titulum non aptitudine meruerit, sed prece, vel pretio obtinuerit; non comprehendi; prouisionemq; irritam esse. *c. 5. f. 25.* ætas autem 40 annorum eo modo loquendi exigitur, vt incepti sufficere intelligantur. secus dicendum esset, si maiorem annis 40 postulasset. aptiorem pro loci qualitate requirit Concilium, vt indicet locorum diuersitatem mensuram esse aptitudinis; non vt significet extra locum quærendum non esse. quamquam enim hoc recipi plerumq; possit, *arg. c. nullus 61. dist. c. sacrorum 63. dist.* eorumq; *quæ diximus in Iudic. l. 1. c. 36.* tamen magis considerat Concilium aptitudinem, quam originem aut domicilium. *arg. c. 7. §. quod si f. 25. de regul. Trid.*

Præterea reseruata sunt sedi Apostolicæ per Pium V. beneficia vacantia † ob hæresim, 10.
Confidentiam, non seruatam formam ab eo præscriptam in collationibus curatorum, vel in resignatorum & cōllatorum per Ordinarios, non obseruata circa eas eius Constitutione vt priuilegij instar sit, seu vt præfatur Regula 8. Cancellariæ in fauorem residētiæ concessum, quod Ordinarius pro omnibus iure ei cōpetentibus collationibus, alternis

mensibus sc. Febr. Apr. Iun. Aug. Octob. Decemb. eas nunc facere possit, si tamen in diœcesi sua resederit: gratiamque per litteras ad Vrbem missas acceptarit.

Vacante tamen pontificatu antequam successor regulas Cancellariæ promulgarit, cũ earum vigor exspirarit per mortem Pontificis, Ordinarius prouidere potest. quin imo & post regulas Cancellariæ editas, quia vacatura tantum reseruant. dummodo Pontifex non mox reseruet quæcumque ante vacauerunt, nondum prouisa. *vt fecit Paulus V. pro conclauistis. Garz. de benef part. 5. c. 1. n. 645. 646.*

11. *Priuilegiũ Alternatiuæ Cancel. & Cõcord. differt.* Quod tamen priuilegium Alternatiuæ † ex Reg. 8. Cancel. non est simplex; sed conditionatum & multis cautelis obnoxium, vt in ea videre est, & in Goncales, qui in eam locupletem tractatum scripsit. At vero Concordata Germaniæ collatoribus concedunt alternatiuã simplicem & sine restrictione, §. *placet etiam nobis quod per quamcumque.* Imprudenter ergo faciunt, qui cum vti possint alternatiua eorum concordatorum, acceptant alternatiuam Regulæ Canc. minus validam, & qua non fulciantur iura magis valida. Enimuero sub Imperio comprehensum esse, aut fuisse tempore dictorum concordatorum, non sufficit ad probandum aliquem concordatis vti posse; quia non sunt inita cum tota natione, sed cum Frederico Rege Romanorum & quibusdam tantum Principibus illius nationis 18. Calend. April. 1448 Etsi dicatur in initio, nomine nationis Germanicæ iniri. Quia id eatenus tantum obtinet, vt comprehendatur, si declarent se ea acceptare. id quod diserte dicitur in §. *& ad finem.* Sic & in media Germania multæ Ecclesiæ ea Concordata non acceptarunt, quod habeant ampliora priuilegia, vt Herbipolensis & Bambergensis & aliæ. & in ditionibus Belgicis etiam non esse vnquam acceptata practici nostri asserunt: neque à Principibus neque à Prælatis, sed tantum à Cameracensi, Traiectensi & Niuellensi. Quod ipsum tamen de Cameracen. disputatum scio. Albertus Leoninus concordata quoad ecclesiam Cameracensem mordicus extendit. *consil. 50.* sed Traiectens. & Niuellens. Ecclesiæ immediate sunt, pro parte saltem, fundationis imperatoriæ: vt non difficile sit creditu præ alijs ea concordata ab ijs acceptata. Maximilianus literis Episcopo Leodiensi scriptis 11. Iulij 1518. mandauit per diœcesim Leodiensem Concordata seruari, & secus prouisos tanquam intrusos eijci Qui igitur non docent de expressa acceptatione Concordatorum vel tacita, (quæ ex obseruantia subsecuta vt plurimum solet argui, nam quod videmus obseruari, solet esse actum inter partes & conuentum, *l. quadam, in fine. ff de reb. dub. l. cum de interp. ff. de legibus, cum similibus.*) non possunt ijs gaudere. Sed an nunc etiam ea possint acceptare comprehensi sub Imperio? dubium mouet *d. §. & ad finem, verb. tempus congruum habeant acceptandi*, (Quod vtique congruum videtur effluxisse;) *& durabit deinceps, nisi in futuro Concilio de consensu dictæ nationis aliter fuerit ordinatum.* Quæ videntur contraria, sed neutra loquuntur de re tota: vltima de sede tantum Apostolica, priora ad effectum primæ publicationis, & vt statim innotescere possent, & tempestiue antequam currere inciperent acceptari: Quid ergo? nulla clausula est præscriptiua temporis, intra quod debeant acceptari, & tamen acceptandi facultas datur; erit ea ergo perpetua. *c. decet, c indultum, de Reg. iur. in 6.*

In concordatis Germaniæ habetur, vt in reseruatis Põtifici mensibus, si intra tres menses à die notæ vacationis in loco beneficij non apparuerit ab illo esse prouisum, vt possit ordinarius conferre. id tempus de momento in momentum currere, computatis tamen mensibus secundum Kalendarium, & cui pũctum mediæ noctis tribuatur, & an extensio ad se-

ad ſemeſtre locum hic habeat, mora in obtinendo placito obſit, aut ſolis literis ſub plumbo expeditis credatur. an per lapſum trimeſtris conferre vlterius Pontifex impediatur? quæſiuimus *in Conſult. canon. h. t.*

Dignus digniori † cedere debet, niſi tamen illius mores ſint magis noti & probati, *ex Cong. Conc.* & idoneus de eadem ciuitate vel gremio Eccleſiæ, vel ſi fuerit de genere fundatoris, magis idoneo externo præferri debet: *Piaſ. vbi ſup. num.* 19. niſi ſit notabilis imparitas. 12.

Quod ſi aliqua † ætas beneficio Collegiatæ Eccleſiæ annexa ſit, collatio ſecus facta erit irrita. *ſeſſ. 22. cap. 4. in fin.* & Epiſcopus in non ſuſcipiendo Ordine vltra annum diſpenſa[illegible]equit. *ſeſſ. 7. cap. 12.* 13.

DE CLERICO ÆGROTANTE.

Coadiutores ex coadiuti beneficio ſumptus † recipiunt moderatos, *c. vn. de Cler. ægro. in 6.* pro ſufficienti tamen victu, *Trid. c. 6. ſ. 21.* non vero tota temporalitas eis relinqui debet, reſeruata tantum penſione Coadiuto: nam hic (ſi non ob vitia, aut in ipſa temporalium adminiſtratione defectum, *c. 1. 3. 4. ext. hoc tit. c. vn. §. præbentis, hoc tit. in 6.* accipit Coadiutorem) egere † non debet, & competentia tantum Coadiutori danda eſt, quippe titulus ei manet, & 1. *Coadiutori ſumptus præbendi. Ita ne coadiutus egeat.*

Turpius ejicitur, quam non admittitur hoſpes.

Sic enim Coadiutor temporalis, ſcil. ſine futura ſucceſſione in Eccleſiæ fauorem datur, vt afflictioni. ægritudinis animi, vel corporis, ea afflictio addenda non ſit, vt prouentibus priuetur, vltra quam onus beneficij requirat: ſcil. vt Coadiutor munus obiens, ſuſtentationem neceſſariam recipiat; non vero huic detur totum, ne neceſſitati coadiuti forte ſupereſſe non poſſit. ſi fructus vtrique non ſufficiunt, prouidendum primo coadiuto; quod deeſt coadiutori, ſupplendum à parochianis. Coadiutoria autem cum ſucceſſione datur in gratiam Coadiutoris: ideoque prohibita † eſt *ſ. 25. c. 7.* niſi grauiſſima ex cauſa; & neceſſaria vel Eccleſiæ vtili, per ſummum Pontificem cognita; & de tali perſona in qua omnia concurrant, quæ in coadiuto requiruntur, ne ſacræ dignitatis apex ius putetur hæreditarium. cum ſola Dei benignitate erogandum ſit. *Choppin. de ſac. pol. l. 1. tit. 2. num.* 18. Sicut hæreditariæ ſucceſſionis ſignum in Gallia Regis primogenito nomen dat Delphinus; Romanis olim Cæſar; hodie Germanis Rex Romanorum; Caſtilienſib. Princeps Aſturiarum; Anglis, VValliæ; Schotis, Cumbriæ præfectus. Sed hæc publicam rem cum natura iuuant; quia ſi filius, & primogenitus, ergo hæres & Regni: non ex eodem fonte procedit hæc vox, *hæreditate poßideamus ſanctuarium Dei.* Nunquam ergo eiuſmodi Coadiutoriæ filijs dantur in beneficijs vel eccleſijs, in quibus patres ſunt beneficiati. *Trid. ſ. 25 c. 15.* ſi tamen Ordinarij aut Capitula teſtentur, vtiles Eccleſiæ fore, etiam poſt Tridentinum hodie conceduntur à Papa, ſolo tamen, cum futura ſucceſſione. 2. *Dandus ſine ſucceſſione.*

Gonza-

*Gonçalez ad Reg.*8.*Cancel.gloss.*5 §.9.*num.*48.*&* 91. Vetante quippe Concilio *d.c.7.s.*25. *& Bulla Pij V.Prid.id. Sept.*1571. quæ simul damnat omnes regressus, & accessus. contra legem autem superioris non potest inferior dispensare.

Sic etiam in gratiam Ecclesiarum, ne quid illæ vel animæ, si curatæ erant, dum vacant, detrimenti caperent, inuentæ sunt Commendæ, in sex tamen tantum menses, *cap. nemo, de elect. in* 6. quod pijssime obseruasse scribitur Nicolaus III. sed post auaritia vertit in perpetuas, quibus nihil frequentius est in Gallia. vnde infinita malorum in Clero & populo semina. quæ toto genere sunt odiosa, cum veritum sit arare in boue & asino, & non minus monstrum esse videntur, quam quod Horatius amicis ridendum proponit;

Humano capiti ceruicem pictor equinam
Iungere si velit, &c.

3. *Commendæ noxiæ.* An.1617. Episc. Aturiensis præsentibus Cardinal. Sourdio & Guisio, alijsque ab ordine Ecclesiastico ad Regem deputatis, luculenta oratione hos abusus Regi proposuit, vt medicinam adferret, si in prærupto adeo malo cauterio opus non sit; ne imposterum Ecclesiæ, quæ ei Patres dare debet, infantes dentur: imo embriones nondum nati aut formati, qui Ecclesiam quam regere debent, imo lucem non viderunt; nondum per lauacrum inter Christi oues recepti sunt, & iam mitra, pedo & baculo Pastorali donati, vt oues Christi regant;

Dum dubitat natura virum, faciatue puellam,
viris præficiuntur.

Certe summis laudibus digni sunt Belgicæ nostræ Principes, qui huiusmodi Commendas non concedunt; & nullis regulares dignitates non professis hic conferunt. quin adeo religiosa circumspectione vtuntur toto indulto suo, quoad nominationem ad omnes primas dignitates, vt ipsæ Ecclesiæ sperare non possent à Cleri electione meliorem sortem, quam à nominatione Principali. Prout Concilium Lateran. vltimum *s.*9.*c.*3. Cōmendas monasteriorum vllatenus dare vetuit. Conc. Trid. *s.*25.*c.*21. *de Regul.* cōfidit Pontificem pro sua prudentia & pietate curaturum, vt ijs quæ tunc commendata monasteria reperirentur, regulares personæ eiusdem ordinis expresse professæ, & quæ gregi præire, & præesse possent præficerentur; & quæ imposterum vacarent, non nisi regularibus, spectatæ virtutis & sanctitatis conferrentur.

4. *In Brab. interdicta.* In Brabantia † autem nostra Ordines iam olim à Principibus suis stipulati sunt, quod nec ipsi vllas dignitates in Commendam darent, aut dari permitterent vllatenus. summo profecto Reipub. bono, *Lætus introit. art.*56.*& Car.V. interpretatio facta* 1536. 20. *Iunij.* In Burgundia quidem audimus nonnihil ab huiusmodi voto deflecti, ex vitio vicini aeris. vbi tamen Principes nostri iam paulatim ad normam id canonum redigunt.

Commendas parochialium Ecclesiarum, de quibus dictum Cap. nemo, per Concilium sublatas esse, *per cap* 18.*s.*24 (quia mox constituendus sit in his vicarius, intra decem, dies instituendus concursus: & cum Ecclesiæ prouisum est cesset vicarius vacantis curæ. quia d.c.18. dicitur tantum constitui vicarius, *donec*, inquit, *de rectore prouideatur*) declarasse

Sac.

Sac. Cong. tradit Garz *de benef. p. 4. c. 4 num 15. & latius p. 9. c. 2. nu. 21. vbi de hoc decreto prolixe totoque eo capite citans plurimas. Sac. Cong. declarationes.*

Episcopi coadjutori † quæ competant facultates & insignia pontificalia, tam respectu Episcopi quam Capituli & populi, declarauit S Cong. *vt habet Prosper in notis ad Quar. V. Arch. auctor. n. 12.* Et Barbosa *in Collect. DD ad Concil. Trid. s. 25. c. 7.* late deducit, quis honor, quod onus, sedes, officium, ei competat: quid præstare possit; quid debeat: quid ei inuicem deferri possit, debeatue: præsertim quoad eos, qui dati sunt cum futura successione, tum Episcopis, tum alijs dignitatibus, aut canonicis: pleraque à S. Cong. Interpretum Concilij, vel Rituum decisa. 5.

NE SEDE VACANTE, &c.

De iure vacante sede transferebatur administratio in † Capitulum, illudque per se totum exercere poterat. *Abbas in c. irrefragabili, de offic. ord.* Sed quia 1. *Capitulũ de sede vac. administrat.*

Segnius expediunt commissa negotia plures;

hodie Concilium Trident. mandat, intra octiduum statui Vicarium seu Officialem † & œconomum vnum, vel plures *s. 24. c. 16.* Quod octiduum currit à die scientiæ vacationis, etiam per translationem, etiam nondum adepta possessione. *ex Cong. Conc. Quar. V. Cap. q. 12.* *Vicarium constituit.*

Poterat tamen lapso octiduo etiam moram purgare, dummodo Metropolitanus manum non ceperit admouere, & Capituli negligentiam supplere, quod ei Concilium mandat. *Garz. de benef. part. 5. cap. 7. numer. 6. & 7.* quemadmodum generatim permissum est moram purgare. *cap. vltim. verbis celeri satisfactione x. de locato l. si post tres D. si quis cautionibus. l. si Insulam de verb. ob* Et nisi me *c. licet cum duobus sequ. x. de sup. neg. prel.* remoraretur, in ea cum multis lubens essem opinione, quod in beneficiorum collatione post spatium à Lateranensi Conc. præscriptum, atque ius deuolutum moram purgare liceat, collatioque post tempus facta valida sit, quia finis Conc. Lateran. fuit, vt suppleretur prælatorum negligentia & beneficia cum damno Ecclesiæ in suspenso non maneant. quod si ergo prælatus se correxerit, Ecclesiæ prouiderit, cessat finis deuolutionis, quem solum, non vero superioris incrementum respexerit Concilium & nisi ita dicamus contrarium finis illius sæpius obtinebitur: fiet enim vt ligatis per tẽporis lapsum inferiori manibus, superior vel ignorans vel similiter negligens, maxime si inferior immediate subsit sedi Apostolicæ, quæ vniuersi orbis facta non scit, etiam non conferat, atque ita in annos multos duret vacatio, cum graui Ecclesiæ damno, quod præcautum voluit Concilium. Cæterum si lapso iam tempore manum superior cœperit admouere non poterit illum inferior impedire. *c. dilecto x. de sup. neg.* vel si in fraudem superioris collatio facta fuerit, *vt est casus c. literas ibid.* nulla erit. quo tamen c. videtur significare inferiores per lapsum temporis iure conferẽdi priuari, sicut & *c. licet* indistinctè loquitur. nisi in his ex alijs distinctionem suppleamus. & certe ex eo quod Concilium Lateran. lapsis mensibus præscriptis superiori faciat auctoritatem conferendi, non sequitur antequam is se immisceat abrogatio iuris inferioris. in his partibus quam diu Superior nihil præstitit, inferiores iudices conferunt.

Eumque vnicum.

Vicarius autem vnicus † eligendus est, nisi secus permitrit consuetudo, præsertim immemorabilis. *Cong. Conc. 31. Apr. 1592. Quar. ib.* quod si alioquin per discordiam plures eligantur, magis idoneus, & habens qualitates Concilij, remanere debet, cæteris remotis *ex Cong. Conc. Quar. ibidem.* Quamuis Garz. dissentiant. *de benef. p. 5. c. 7. numer. 55. quo capite plura discutit, quæ nouo iure ad capitulum sede vacante pertinent.* & si non sit doctor in actu deputationis, potest Capitulum ei dare consultorem doctorem, vt Leo X decreuit, quod alibi diximus, vt iudex electus non iurisperitus teneatur assumere Iurisconsultum, & eius resolutiones sequi *Quar. vbi supra quæst. 6.* & de gremio ipsius Capituli eligi debet, si quis sit idoneus. *ex Cong. Conc. Quar. ibid* Nihilominus Capitulum, *sess. 7. cap. 10.* vel Vicarij,

2. *Qui intra annum nō dat dimissorias.* seu quicunq; in iurisdictione Episcopi succedunt, *sess. 23. cap. 10.* intra annum † dimissorias ordinandis dare non possunt, nisi forte arctatis ratione beneficij habiti; vel acquirendi: etiamsi Capitulum habeat territorium distinctum, & exemptum ob immemorabilem possessionem, & sint iudices Ordinarij. *ex Cong. Conc. Quar. vbi supra quæst. 10.* ne quidem ad tonsuram, quæ secundum Canonistas ordo est, saltem ad illius regulas spectat. *ibid.* & facultas dispensandi super interstitijs, post annum ad Capitulum, seu Vicarium spectat. *ex Cong. Conc. Quar. ibid.* & ordinatus contra d cap. 10. clericali priuilegio non gaudet: non tamen ipso iure amittit beneficium, etsi id sine clericali priuilegio haberi non potest, sed per sententiam. *post Nauar. Quar ibid.* At vero per *cap. 10. § ad hæc, s. 24. Trid.* vt alias diximus, non excludi Vicarium seu Officialem Episcopi; ita nec ipsum Capitulum, aut quem Vicarium deputauit Capitulum excluditur: quia non sunt inferiores Prælati, sed funguntur ipsa iurisdictione Episcopi *Quar. V. Capitulum q. 5.*

Ad titulum pensionis aut patrimonij an ordinari quis possit, non iudicio Capituli, eiusue vicarij sede vacante; sed Episcopi iudicio commissum esse respondit Sac. Cong. *apud Garz. de benef. p. 5. cap. 7. numer 93.* qui addit tamen id in regnis Castellæ non seruari. (credo nec in his locis, sed exercet post annum, in his omnibus Capitulum ordinariam iurisdictionem: inuitatis alijs Episcopis, ad eam dioecesim, eisque ordinandi facultate generatim concessa, vel subditis ad alios etiam extra prouinciam dimissis.) non obstante etiam prouincialis concilij statuto contrario, nisi forte graui causa purgandæ prouinciæ edito. *ibid. Garz. qui & 12 Sac. Cong. alias resolutiones citat.*

3. *Ratio◌̃ em successori reddit.* Officiales † vt cæteri *sess. 24. cap. 16.* sede vacante à Capitulo constituti, nouo Episcopo rerum gestarum rationem reddere tenentur, *d. c. 16.* sed Officiales ab Episcopis constituti ad nullum syndicatum tenentur. Gregor. XIII. in Bulla anno 1578. *quam refert M. Ant. Gen. in prax. c. 59. & diximus sup. t. de off. deleg. n. 3.*

4. *Amoueri à Capit. nequit.* Constitutus † Vicarius amoueri non potest, nisi graui ex causa, & ex causa à Cong. Episcoporum approbanda, vt sæpius ea censuit. *Quar. l. c.* sed credo hic non obtinere eum recursum. Et propterea in ipsa electione potest Capitulum tempus præscribere, & modũ regendi, non postea: vt diei lapsu iurisdictio finiatur, etiam ad annum dumtaxat. tametsi satius quibusdam videatur libere constitui vicarium, sine temporis aut conditionis adiectione, aut assessoris assignatione. quanquam his in locis fere Episcopi soleant habere vicarium generalem, qui voluntariam & officialem, qui contentiosam iurisdictionem exerceat: atque insuper canonicos aliquos ex quibus Concilium vicariatus sibi constituunt: eodemque modo sede vacante eligere tam huiusmodi vicarium, & officialẽ, quã alios in Concilium vicariatus adlegere. ex eoque sequitur quod Concil. *Trid. s. 24. c. 16.* requirit vt officialis seu vicarius doctor aut licentiatus sit in iure canonico, in officiali, qui contẽ-

tiosam exercet, non qui voluntariam, obstringere vt tam hic ab Episcopis quam capitulis sede vacante in theologia graduatos vicarios passim constitui videmus, ad exercendā voluntariam iurisdictionem. cum autem sine temporis præfinitione constitutus est vicarius, durat cōstitutio quam diu sedis vacatio. adeo vt nec ipse sibi substituere quemquam generaliter possit, sed in causis specialibus dumtaxat, aut ægritudine vel absentia modica durante visitatorem etiam generalē Capitulū, non ipsum deputare conuenit. & quoniā dicitur succedere Capitulū, eiusq; vicarius in omnē Episcopi iurisdictionē; frequentius receptū est, vt etiā ea quæ deleganțur à iure, seu Conc. Trid. exequi possit. hæreant tamen multi, an & illa per quæ literas Apostolicas cōmittuntur? & planius est, vt dicamus posse cum surrogatū sapiat conditionem, eius cui surrogatur, nec singulatim appareat electā esse personæ industriam, tametsi stylus Rom. Curiæ aliud præ se ferat, dum sede vacante ipsi aut Officiali nō mittat delegationes, sed viciniori. & vt diximus vicarios sedis vacantis, non Episcopi demortui, sindicari posse, adeoque nonnihil interesse videri possit.

Idoneum quantum fieri possit, exigit Concilium; adeoq; graduatum testimonio academiæ publico, non ex facultate aliqua priuatis concessa, nec titulo tantum, sed & re ipsa doctum: adeoque & ætate maturum, nec tantum viginti duorum annorum vt in minoribus dignitatibus: sed talem ea ætate præditum, quæ ad sacerdotium, curamque animarum requiritur. & forte non citra rationem ætatem triginta annorum exegeris, vt in Episcopo, cuius vicaria iurisdictione fungitur. vt clementina *vnic. de offi. vicarij*, requisita in rectoribus parochialium Ecclesiarum, simili ex causa exiguntur, in illorum vicarijs, multa sane prudentia opus est, quam ætas, experientiaque gignit, ad huiusmodi functionem: nec ingenium, solertia, vel doctrina sufficit.

Quod si infra dies octo nemo à Capitulo, vel idoneus electus nō fuerit, deputatio deuoluitur ad Metropolitanum: qui Capituli negligentiam suppleat. atque adeo communi lege supplendæ negligentię; id est, pro illa dumtaxat vice, non vt ius electionis impostetū Capitulo auferatur. adeoq; si à Metropolitano deputatus vacante adhuc sede moriatur, non idem Metropolitanus, sed Capitulum alium statuit. Veruntamen per Vicarij constitutionem non continuo cessat officiū vel solicitudo Capituli, ne Ecclesiæ libertas vel iurisdictio imminuatur. *vt constat ex epistol Clem. VIII. relata à Quar. vbi sup.* sic prouidet Capitulum, vbi Vicarius allegatur insipectus.

Et si electio † apud Capituli superiorem, quod non omnes fuerint vocati, seu alia ex caussa irritatur, rursus Capitulum eliget. *ex Cong. Conc. Quar. loco citat. in fine.* potest tamen ad certum tantum tempus statui Vicarius. *ibid.* 5.

Enimuero Capitulum, † non succedit in collatione beneficiorū, *c. 2. h. t.* & specialiter Pius V. *Const. inc. sanctissimus* declarauit, omnē omnino prouisionem reseruandā esse futuro successori: quippe instar fructus se habet; atqui fructus successori debetur. An vero etiā collatio quæ iure deuoluto Episcopo competit, successori reseruanda sit de iure, satis problematice controuertitur: & Quar. *vbi sup. q. 9.* putat eā difficultatem nunc esse extricatā, propter dictā Pij constitutionem generaliter loquentē. At vero facile dici potest, distinctionē ex alijs iuris locis aut ipsa ratione suppleri posse: nec esse eandem rationē in collatione iure deuoluto † competente, quæ est in ea; quæ suo iure Episcopo cōpetit; illa enim vt fructus ex ea dignitate nascitur; hæc ex accidenti prouenit, scil. inferiorū negligētia; ad quā supplendā, eiusmodi deuolutio inuecta est, quæ per huiusmodi reseruationē augescit.

6. *Capit. beneficia non confert.*

7. *Nisi iure deuoluto.*

8. *Instituit præsentatos.* Sic & Capitulum instituit præsentatos à patronis † *cap.1.de inst.in 6.*& electiones confirmat. Itaque si electio spectat ad Capitulum, confirmatio ad Episcopum; Capitulum eliget iure Capitulari,& confirmabit iure Episcopali †:*vti decisum est in l.si Consul.ff.de adopt.* vbi filiusfamilias Consul apud semetipsum emancipari, vel in adoptionem dati potest.
9. *Etiam à se* Sic & iura quædam funeralia à Capitulo sancita, non inutiliter à Vicariatu, qui à Capitulo constitutus erat,& eorum singuli Capitulares erant, non tamen inutiliter confirmata esse censeo: etsi eorum commodum verteretur; nam idem accidit in casu dictæ *l.si Consul.* Fateor tamen facilius eiusmodi iudicium à superioribus euerti posse.

Beneficij collatio, quæ Episcopo cum alijs communis est, vacante sede potest ab alijs fieri.*c.vnic.ne sede vac.in 6* sic Conc.*dioces. Mechlin.* 1609. *t.15.c.7.* declarant in collatione præbendæ graduatæ vt per graduatos sede vacante fiat.

DE HIS QVÆ FIVNT A PRÆLAtis sine Consensu Capituli.

MOnarchia in publico regimine alijs præstat, si aliquibus retinaculis constringatur; ne plenitudo potestatis in tyrannidem labi possit. Vnde & olim in liberrimo Germanorum populo, (quos nunc Tungros, nunc Germanos vocatos refert Tacit. *de Mor. German.* magno honore nostræ gentis quæ totam nationem indigetarit.) Reges & Principes habuerunt, sed restricta potestate, teste ibid. Tacit. *Reges, inquit, ex nobilitate, Duces ex virtute sumunt: nec Regibus infinita aut libera potestas, & duces exemplo potius quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione præsunt. Cæterum neque animaduertere, neque vincire, neque verberare quidem, nisi Sacerdotibus permissum, non quasi in pœnam, nec Ducis iussu, sed velut Deo imperante, quem adesse bellantibus credunt. De minoribus rebus Principes consultant, de maioribus omnes: ita tamen, vt ea quoque quorum penes plebem arbitrium est, apud Principes pertractent.* & idem Tacit. *hist.l.5. sibi non tributa, sed virtutes & viros indici, proximum id libertati, imo idipsum ferè quod ante suis præstabant.* idem Tacit. *de Mor. Ger. definitur & numerus: centeni ex singulis pagis sunt, idq; ipsum inter suos vocantur, & quod primo numerus fuit, tā nomen & honor est.* Bone Deus quam prope absunt hæc à moribus Belgarum & præsertim qui pauca sæcula superant! In politia sacra, ne qui præsunt, quod lubet, licere putent,& in Clero dominentur; Capituli conuentusue sui consensum in his, in illis consilium tantum adhibere à iure iubentur.

1. *In condendis statutis Episcopus Cap. consilium adhibet.* Itaque Episcopus in condendis statutis † consilium debet adhibere Capituli, c: quāto x.h.t. non tenetur tamē sequi. *vt Sac. Cong. respondit apud Pias. in pr. p.2.c.2.n.* 8. nec eget Romana censura, vti Conciliū Prouinciale. *Pias. ib. ex Cong. Conc.* Capitulū etiam constitutiones & consuetudines approbatas immutare, vel nouas inducere sine Episcopi consensu non potest. *cap: cum consuetudinis, extra de consuet.* Episcopus etiā in statutis condendis parcus esse debet. quia corruptissimę reip. indicium plurimæ leges: sat multa, sat bene constituta sunt: si sat bene obseruari curentur. Consensu tamen etiam eget Capituli, vbi de eius particula-

ticulari intereſſe agitur. in Concilijs etiam prouincialibus. *c. vlt. h. t.* ex ratione regulæ iuris, quod omnes tangit debet ab omnibus approbari. quare & collatio, quæ iunctim competit per epiſcopum ſine Capitulo fieri nequit, *cap. 6. x. h. t.* nec vbicumque ius eccleſiæ minueretur, aut præiudicium fieret *c. dilecti. x. de maioritat. & obed.* adeoque in alienatione rei eccleſiæ. *cap. 1. h. t.* illiuſque obligatione. *cap. 4 x. de fideiuſſ.* exemptione minuenda, aut in periculum ducenda. *cap. vlt de maioritat. & obedien. c. 5. x. de arbit.* ita vt vnius contradictio ius eccleſiæ conſeruet *d. c. vlt.*

Et in iudicanda perſona † Capitulari, debet adhibere duos à Capitulo quotannis deputandos, & vlterius procedere, *iuxta c. 6. ſ. 25* ſi tamen ad capturam procedit, debet dare Carceres in ſua domo. *Cong. Conc. 13. Auguſt. 1599.* quia Conciliũ requirit locũ decentem. quis igitur is erit, pro Canonico Cathedrali, qui in iure frater Epiſcopi dicitur? non ergo in communi ergaſtulo includi poteſt. ſed ſi Capitulum deputare negligat poſt monitionem, Epiſcopus ſolus poteſt procedere. *ex declaratione S. Cong. Piaſ. ibid. num. 9.* Verum deputatio procuratoris fiſcalis, etiam hoc caſu ſpectat ad Epiſcopum abſque conſilio Capituli. *ex Cong. Conc. Scrol. V. fiſcus* §. 3. Quod c. 6. non in grauibus tantum, ſed & leuibus etiam, vbi ſine forma iudicij proceditur, obtinet ſine diſtinctione. *Riccius in prax. Epiſc. dec. 566.* 2. *Conſenſũ in iudicanda perſona Capitulari*

Quanquam Innoc. III. *in c. irrefragabili 13. § excesſus x. de off. ord.* exceſſus Canonicorum à Capitulo, monente vel iubente Epiſcopo, corrigi mandauerit, vbi ea conſuetudo fuiſſet, infra terminum ab Epiſcopo præſcribendum. quo ſine effectu lapſo, ipſe corrigeret. nunc quacumque conſuetudine non obſtante ſeruatur *d. c. 6. & c. 4. ſ. 6.* vt Epiſcopus non exemptos fere per ſe corrigat; exemptos ſeruata forma d. c. 6. Si tamen capitulum præueniat in corrigendo, ceſſabit officium Epiſcopi; niſi fraus ſubeſſe videatur. Non enim capituli iuriſdictio exſtincta eſt, ſed excitata facultas Epiſcopi. *Cong Conc.* Quod ſi Capitulum totum deliquerit, ceſſat diſpoſitio *huius c. 6. Cong. Conc.* idemque quando non ex certa ſcientia, ſed in forma tantum communi concordiæ à ſede Apoſtolica confirmatæ fuere. quia eis Concilium derogauit, & ſi concurrat conſuetudo immemorabilis. *Cong. Conc. 28. Apr. 1594. Gonz. ad reg. 8. Cancell. gl. 25. n. 14. Et quæ huc ſpectant, ſupra ad tit. de off. ord. latius complexus ſum.* Quibus vlterius caſibus epiſcopus ſine obſeruatione formæ *d c. 6.* procedere poſſit, aliaque plura eo ſpectantia latius dicimus *in conſultationibus canonicis.* Pro Principe autem nullo caſu exigere Epiſcopus poteſt à Clero aliquod ſubſidium ſeu donatiuum, niſi ipſe Clerus conſentiat; penes quem etiam eſt arbitrium quantum velit offerre. *ex Cong. Concil. Piaſ. ibidem.* In Bulla Cœnæ, diſerte decimæ, & quæcumque onera Clero imponi vetantur abſque licentia Papæ. 3. *Qualiter Epiſcopus Capitulo proponat.*

Quandocumque † Epiſcopus aliquid Capitulo proponere vult, nec ad ſuum (ſiue ſuo nomine ſiue dignitatis, ita quod Iudex in eo negocio eſſe non poſſit. *Cong. Conc.*) nec ad ſuorum commodum ſpectans, poteſt ipſe Capitulum, in loco capitulari, conuocare, vota exquirere, & iuxta ea concludere: alias id ij faciunt, ad quos alioquin ſpectat: nec admittitur Epiſcopi Vicarius. *Trid. ſ. 25. c. 6.* niſi forte præſes Capituli fuerit Vicarius: tunc enim non hac, ſed illa qualitate, cui hæc impedimento non eſt, id facit. vt. ſuſpectus tamen emitti poteſt, ſi non vt collegam canonicorum, ſed Epiſcopi actorem ſe gerat.

DE HIS QVÆ FIVNT A MAIORI parte Capituli.

POpuli Imperium, inquit Tacit. *l.6. Ann. iuxta libertatem: paucorum dominatio Regiæ libidini propior est.* Non ergo sperni debent congregationes Capitulorum, & Conuentuum, ne quidem quasi multorum capitum, adeoque sententiarum sint. id ipsum enim laudabile, si cum ratione, non amore contentionis scindantur studia in contraria: modo inquā instar vulpium Samsonis colligatæ maneant caudæ, quibus vtilitatem communem concludant. Disputando enim eruitur veritas; quæ in statu hoc humano sæpe obscura est. Quid ni enim de his ita sentiamus, si sacræ literæ tradant, Angelos præsides Israelitarum & Persarum diu multumque contendisse, an in captiuitate manerent Israelitæ, an suæ libertati & patriæ restituerentur; etsi vtrique gloriam Dei, & humani generis salutem spectarent; ipsique videant semper faciem Dei beatificam & scientificam, non vt nos in speculo & ænigmate: vt licuerit Ethnico ad imitationem ludere;

Mulciber à Grais, pro Troia stabat Apollo.

Nihil est periculosius, quam aliorum consilia ita contemnere, vt audire vel expendere nolis; sed soli tibi fidere velis. vnde Tacit. *l. 1. Hist.* Galbæ interitum præfecto Laconi ex parte adscribit; quod *quædam indicia erumpentis seditionis apud aures Galbæ elusit, ignarus militarium animorum, consilijque, quamuis egregij, quod non ipse afferret, inimicus, & aduersus peritos peruicax.* Idem in vita Agric. *Nec aliud,* inquit, *aduersus validissimas gentes* (Britannos) *pro nobus* (Romanis) *vtilius, quam quod in commune non consulunt.*

Rarum quidem est vt omnes, qui in collegio sunt, eiusdem sint opinionis: ne ergo res communes infectæ maneant, quod maiori parti placuit, exequendum est. Et hæc maior † pars dicitur, *Serola pr. p. 1. V. Capitulum. §. 13.* respectu totius, non respectu minoris numeri. v.g. sint 12. Canonici, 3. eligant Titium 3. Seium, 6. Sempronium, nulla istarum dicetur maior pars, sed oportet vt ab vno latere stent septem saltem, sed quia hæc ratio aliquando in labyrinthum ducit: quid enim si omnes maneant propositi tenaces? non ad singulos leuis etiam momenti actus instar Cardinalium Papam eligentium in conclaue includi possunt, donec conuenerint: in Collegijs passim vsu obtinuit, vt quod maior numerus non quidem respectu totius, sed minoris partis decreuerit, ratum sit, & plenum habeat vigorem. & certe planior est intellectus, vt comparatio partium inter se fiat: sic verisimilius fit comparatio partis ad partem, cum dicimus maior & sanior pars; nam sanior dici nequit respectu totius: quando enim omnes omnino, qui respectu totius corporis saniores censebuntur, ab vna parte stabunt? In electione tamen Monialium, aliam rationem secura est S. Cong *vt diximus sup. de elect.*

1\. *Maior pars quæ dicatur.*

Eademque apparet *ex c. Cumana. § .neutrum ca. ecclesia cap. in genesi x. de elect.* sed vbique suus vsus est retinendus. Sanior autem pars in paucis, quin & in vno consistere potest, adeo vt in materia delicti & prohibitorum, vel quæ tendunt in damnum Ecclesiæ, contradictio vnius faciat, ne videatur gestum à capitulo. *Garz. & quos citat de benef. p. 3. c 2 nu. 455.*

Qui-

Quicunque in Cathedrali vel Collegiata sæculari vel regulari prouisus est, & Subdiaconus non fuerit, etiam alijs concedentibus vocem in Capitulo habere non potest. *Concil. Trid. s. 22. c. 4.* quod si tamen Ordinis instituta id permittant, ijs Concilium non derogat. *ex Cong. Concil. Azor inst. Mor. l. 12. c. 8. q. 13.* 2.

Dispensatus tamen super ætate, pro obtinendo canonicatu, nisi re ipsa sit subdiaconus, vocem non habere, & ordinatum cum dispensatione, quamuis ætatem non habeat ad subdiaconatum requisitam, suffragium tamen habere, cum Concilium nō nisi subdiaconatus ordinem requirat, verius est. dixi cum dispensatione, quia si quis citra illam ordinanti obrepserit ante ætatem, non est æquum vt ei dolus & delictum suum patrocinetur. & concessionem non subdiacono factam expresse, vt reijcit Concilium, ita etiam non admittit præscriptione, quæ reuoluitur in tacitam concessionem acquiri ius suffragij. quãuis triennalis possessio in ipsis beneficijs pro quiete publica sit introducta, & non tantum canonicis, sed quicumq;, diuinis mancipantur officijs ante subdiaconatum non admittit Concilium ad suffragandum in Capitulo. suffragandum, inquam: quia Concilium archidiaconos, decanos, præpositos, prælatos, capitulis præsidentes non vetat, etiamsi in sacris non sint, officio fungi, Capitulum cōuocare, negotia præponere, vota exquirere, ex pluralitate concludere. sed an ipsi suffragium habere possint, præsertim in paritate decisiuũ? controuertitur, & magis est, vt denegetur. quia Concilium verbo vtitur vniuersali, *quicumq;*. sed an quod dicit Concilium in Capitulo extendatur ad electiones, & synodos? & verius est extendi. quippe quamuis illæ non celebrentur in loco Capitulari, fiunt tamen iure Capituli: quo spectat Concilium an autem non subdiacono, non tantum suffragium in Capitulo denegetur, sed etiam sedes, & præsentia? vt in consistorio Papali aliquanto tempore sunt Cardinales antequam eis os aperiatur, & suffragij ius eis à Papa tribuatur. & apud veteres Romanos adolescentes in senatum admittebantur, sine iure suffragij, vt paulatim reipublicæ scientia imbuerentur; meritò quæri potest: & sane cum iuris correctio inducenda non sit, nisi exprimatur; & Concilium tantum vocem non subdiacono auferat, non autem sedem, aut præsentiam, iuri priori competentem; censeri potest ablatam non esse, quamuis sciam aliter fere vbiq; receptum. Accipimus autem hic vocem, vt simpliciter solet, pro actiua: non autem passiua: vt eligi etiam possit in prælatum, non autem eligere. *de quibus omnibus citati à Barbos. in Collect. DD ad Concil. Trid. ad d. c. 4.* 3.

Collegia sine superiorum auctoritate erigi non possunt, ideoq; & quod docet Innoc. *in c. cum ab Ecclesiarum x. de off. ordin.* quod communitates possunt habere crumenam, vel arcam communem, & superiorem sibi constituere, qui eis ius dicat, aut res curet: non obseruari in Francia; sed debere habere consensum Regis, aut iustitiæ seu Magistratus, tradit Bugn. *l. abr. l. 1. sit. 117.*

VT ECCLESIASTICA BENEFICIA SINE diminutione conferantur.

OLim † pensiones non innotuerant, vt nunc sunt frequentissimæ: vnde earum ratio ad nouum ius referenda est, eo amplius, quod magis ex stylo Romanæ curiæ na- 1.

tæ

tæ ſint, quam ex diſpoſitione alicuius Canonis; cum imo potius ſint contra Canones; *vt h t.* exceptis certis caſibus. *De penſionibus præclarum tractatum ſcripſit Gigas & Azor. Inſt. Mor p. 2 l. 8. c. 5. vſque ad finem libri, alijque.*

2\. *Acceſſus & regreſſus aboliti.*
Conc. Trid *ſeſſ. 25. c. 7.* omnes acceſſus † & regreſſus ad quodcumque beneficium, & in quibuſcumque perſonis damnat & fieri prohibet: etiam de conſenſu conceſſos vetat ſuſpendi, extendi, transferri. etiam antea Maximilianus & Philippus *an. 1485. 12. Sep in l. edict. fol. 205.* vetuerant huiuſmodi diplomata hic recipi, inflicta inſuper impetrantibus pœna inhabilitatis ad beneficia in his ditionibus obtinenda impoſterum. Porro Paul IV. & Pius V. *in Conſt. incip. Romani. vt refert P. Matth. Sep. Dec l. 1. t. 10. c 8. Azor. inſt. Mor p. 2. l. 7. cap. 21. qu. 3.* omnes ante conceſſos acceſſus regreſſus ex integro abolent; non tamen de-
3\. *Etiam pēſione non ſoluta.*
fierunt regreſſus ad beneficia reſignata, ſi penſionarius non ſoluit † penſionem: quos Azor. *vbi ſupra quæſt. 5.* negat *d c. 7. ſ. 25.* comprehendi, nec illos qui iuris ſunt, *vt in c ſi beneficia de præb. in 6.* ſed tamen dicta edicta Max. & Philip. indiſtincte loquuntur. & Margareta Regens 27. *Auguſti 1563. per litteras publicatas in Conc. Brab. 2. Septemb.* vetuit dari placi-
4\. *Penſio ſuper curato, ſi non ob morbum aut ſeniū in Belgio inhibita.*
tum pro penſionibus reſeruatis ſuper beneficijs curatis: excepto caſu, † quo ob morbum aut ſenium reſignanti ea reſeruantur: tametſi ante in Concil. Brab. 17 *Iunij* 1545. reſolutum fuiſſet, dandum placitum ſuper tali penſione, dum non excederet fructuum medietatem.

Quare penſiones ſuper † beneficio curato conſtitutæ improbantur ſimpliciter in Gallia, ſi ſint in gratiam tertij: ſed reſignatarius eam exceptionem reſignanti opponere non
5\. *Reſignatarius tamē non ſoluēs cedere debet.*
poteſt, ne ea malæ fidei patrocinetur, ſed aut ſoluere tenetur aut retrocedere. *Char. Reſp. l. 1. Reſ. 24. 25. 26. An. Rob. l. 1. Rer. iud c. 7.* vbi ſolere ita Senatum iudicare refert *in quo c. multæ ſunt quæ circa penſiones forum recepit.* Penſiones quoque non debent reſeruari in diminutionem monaſteriorum & Eccleſiarum regularium. *Leo. X. in Conc. Later. P. Matt. Sep. Dec. l. 1. t. 13. cap. 1.*

6\. *Penſionum translationes ſublatæ.*
Penſionem habere laici & cœlibatum non colentes, non poſſunt; & facultates penſiones in alios transferendi † ſublatæ ſunt à Pio V. 5. *Id Sept. 1568. P. Matth. in Sep Dec. l. 1. t. 13. & d. edictis.* Azor. *Inſt. Mor p. 2. l. 8. c. 11. q. 2.* aſſerit eas nunc non niſi Cardinalibus, & magna meritis concedi: alioqui translatio penſionis iure nunquam potuit fieri ſine Pon-
7\. *Etiam in profeſſuro.*
tificis authoritate. *Azor. d. cap. 11. quæſt. 2.* Sed quæritur, an qui reſignat beneficium ſub penſione rite confirmata, profeſſurus † vult cedere monaſterio eam penſionem, reſignatario neſcio vel inuito, an comprehendatur ſub ea conſtitutione? Et certe ſi huiuſmodi conſtitutiones in propriis terminis accipiendæ ſunt, intelligentur tantum de morte naturali, poſtquam non debeant prorogari aliiue dari: ſed tamen cum profeſſio ſit mors ciuilis, faciatque vacare beneficium, adeoque penſionem beneficio impoſitam, quæ eius
8\. *Penſio ſuper canonicatu Cath. non licet ſi ſit minor 100. duc. nec ſuper alio beneficio minore 24. ducat.*
naturam imbibit, eadem ratio eſſe videbitur, ne reſignatario inuito prorogetur. *Gigas de penſ. q. 57. Azor. Inſt. Mor. p. 2. l 8. t. 10. q. 3.* vt & d edicto vetatur.

Penſio etiam imponi † non poteſt Canonicatui Cathedrali; cuius prouentus non ſunt maiores centum ducatis, *ita poſt Pariſ Piaſ pr part. ſecund cap 5 num. 25.* neque ijs beneficijs quæ 24 aureos non excedunt, aut alijs, niſi tantum beneficiario remaneat, vt commode onera beneficii ſuſtinere poſſit. *arg cap. de Monachis, c. cauſſam. de præbendis.* qua eadem ratione Concil. Trident. diſerte vetuit Eccleſias Cathedral. quarum reditus ſummam aureorum mille. & parochiales aureorum centum non ſuperant, penſionibus grauari. *ſeſſ. 24 c. 13.*

Valor

Valor autem ducatorum Episcopo aut Parocho relinquendorum, accipiendus est iuxta morem cuiusque regionis *censuit Cong. 30. Martij 1594.* attenditurque ex pluribus præteritis, & futuris annis *citati à Barbosa in Remiss. ad dict. cap. 13.*

Vtpote cum si infra eam summam eatur, defuturum sit congruæ beneficiatorum sustentationi; quæ qualis esse debeat, alibi diximus. Nec tamen facile durare potest æstimatio in pecunia constituta, vtpote cuius valor in dies mutatur. Sic ab anno 1564. quo habitum est Concilium Tridentin. in his saltem ditionibus aureorum valor in duplum excreuit. Olim anno 1218. Parisienses Theologi & iurisconsulti simul dicuntur resoluisse beneficium reddens 45. aureos ad vitam Clerici sufficere; sed interim & mores & valor monetæ incomparabilem mutationem receperunt. quanquam *anno 1608.* Cong. Concil. Episcopo Antuerp. rescripsit, adhuc assignationem congruæ portionis Vicarij non debere excedere taxam per Constitut. Pij V. statutam, quamuis tot anni elapsi, & tanta rerum mutatio facta sit.

Porro an excessiua † pensio sit, minuiue debeat, tota quæstio, non ad secularem, sed Ecclesiasticum iudicem spectat. *Ant. Faber in C. l. 3. t. 12. def. 30.* 9. *Excessiua à iudice eccl. moderanda.*

Ante annos paucos insignis incidit controuersia circa pensiones plura capita complectens, in qua plures Theologi & Iurisconsulti opinionem suam dixerunt. Quæstiones quia hodiernæ sunt, statui hic inserere. & quid tum ad eas respondi. boni consulet lector si in his institutum nostrum longior sermo nonnihil prætergrediatur.

Controuersia prima.

VTrum persuaderi debeat Belgij Principibus, vt permittatur Prælatis Abbatiarum Belgicarum non obstante in contrarium consuetudine expeditiones confirmationum suarum sumere posthac in Curia Romana, prout ab hinc tribus annis ab officiarijs suæ Sanctitatis prætenditur fieri debere, dum pensiones iis impositæ fuerunt.

Videtur quod sicut propositio dubii quippiam nouum à suis Celsitudinibus inductum haber, aliquid etiam nouitatis ab officiarijs Curiæ Romanæ proponitur. Si enim ante hac prædictæ Abbatiæ nõ erant consuetæ onerari pensionibus, mirum non est quod dum ijs onerari cœperunt, dicti officiarij prælatorum confirmationem in Curia Romana expediri debere contenderint, ratione pensionum ibidem confirmandarum: quia ex stylo dictæ Curiæ natum est, quod solus Pontifex pensiones imponat, non vero ab Ordinarijs impositæ in ea confirmantur, sed de nouo conceduntur. Rebuff. *in prax. benef. l. 1. de reseruat. num.* 17. vbi dicit Alexa. VI. id statuisse, adeoque eiusmodi collationes, si ijs annexæ sint pensiones, ibidem esse expediendas. alioqui collatio seu Abbatum confirmatio, & pensionis impositio sunt actus diuidui, adeo quod ab Ordinario illas conferri, & à Pontifice pensionem imponi posse sit asserendum. *Et ita decretum est in Concilio Parisiensi profesto Natiuitatis 1506. Chopp. de sac. polit l. 3. tit. 2. n. 16.* Videtur quod etiamsi à plerisque Principibus, & nominatim à Regibus Franciæ, imo, vt quidam volunt à S. Ludouico, anno 1267. Carolo VI. an. 1365. 1388. Statibus Franciæ & Parlamento Parisiensi an. 1418. Carolo VII. an. 1439. Ludouico XI. an 1478. consilio dicti Parlamenti edicti, & constitutionibus sancitum sit, ne qui subditorum reiectis antiquis decretis, & inueteratis con-

tis consuetudinibus Romanis eiusmodi nouitatibus adhærerent; nihilominus satius esse de mandato Principum, super ijs ab Agentibus Pontificem informari, & ad id oportuna remedia requiri: nam authoritate Principum prouidere velle, res esset magnæ consequentiæ. prout statuta dictorum Regum sæpe tumultus seditiosos excitarunt, & vt à plerisque scriptoribus obseruatum, deplorandam calamitatem tum populo, tum Regibus attulerunt. & hic modus Principem pium & de Romana Ecclesia bene meritum, maxime decet. *Ioann. Azorius Inst. Mor. p. 2. l. 8. c. 4. q. 2.*

Controuersia secunda.

VTrum pensiones temporales à suis Celsitudinibus reseruatas super Abbatijs ipsarum ditioni subiacentibus, quas vulgo consistoriales vocamus, vti sunt S. Vedasti, S. Bertini Audumari, & S. Petri in monte Blandinio, non ab Ordinario, sed à Pontifice. vel in Curia Romana, deputatis confirmari necesse sit?

Quandoquidem prædictas Abbatias Consistoriales esse, vt earundem Abbates Romæ confirmari solere constat, adeoque iurisdictioni Ordinariorum loci non subesse, sequitur Ordinariorum authoritatem ad pensionum vel institutionem vel confirmationem sese non extendere: id enim esset actus iuris Episcopalis, cui non subsunt præfatæ Abbatiæ, adeoque actus supra iurisdictionem, & in non subditos exercitus inualidus foret. Id autem ex eo maxime confirmatur, quod ad istiusmodi dignitates singularis cautio sit præscripta per Bonif. VIII. *in extrauag. iniunctæ de elect. in extrauag. commun.* adeo quod etiamsi in Concordatis Franciæ. *ad tit. de annatis*, quoad aliorum beneficiorum collationem, sola Pontificis subscriptio sufficiat; hoc tamen in beneficijs consistorialibus locum non habet, de quorum collatione expediendæ sunt litteræ Pontificis, in forma & sub plumbo, *Chopp. d. cap. 3. t. 2. num. 15.* propterea non immerito pensiones assignatæ super huiusmodi beneficijs censentur in hoc participare suo modo naturam & qualitatem sui subiecti, cuius quadantenus pars sunt: & ideo pari ratione à sua Sanctitate debent confirmari: ex eo magis, quod maioris authoritatis sit pensionis impositio, quam beneficij collatio, vel confirmatio: hæ enim sunt iuris communis, illæ contra *titulum vt Ecclesiast. benef. sine diminut. confer. &c.*

Controuersia tertia.

VTrum pensiones reseruatæ super Abbatijs, quarum Abbates non Romæ, sed ab Ordinariis confirmantur, ab iisdem; aut Generalibus Ordinum, à quibus prælati confirmantur, ipsæ pensiones institui queant?

Proxime dicta ratio plerisque Doctorum suasit, Episcopis (quandoquidem se iuribus confirmare debeant, neque ab ijs vti Pontifex sese possint exsoluere) imponendæ pensionis authoritatem negari, *Azor. d. l 8. cap. 6. vers extra omnem.* Quamuis alij censuerint id ijs in tribus casibus esse concedendum (qui soli etiam in prouisionibus Pontificalibus, in Gallia sunt recepti. *Rebuff. prax. benef. lib. 1. de reseruat. num. 21. Duaren. de sac. ecclesi. minist. l. 6. c. 4.*) scilic. resignatione, translatione, permutatione, *Gomes ad Reg. Cancel. in compend. vtriusque signatur. § est aduertendum quod licet inferiores à Papa.* Alij generaliter concedunt, ex quacumque

cumque iusta caussa Ecclesiæ manifeste, vel probabiliter vtili. *Duaren. d. loc. Gigas de pens. quæst. 6.* Censent alij, quod per non vsum ipsi priuati sint. *Rebuff. d. loc. Flamin. Paris. de consid. benef. quæst. 28. num. 120. 121. 122.* Probabilior & magis vsitata in hisce partibus opinio est, Episcopo non super beneficijs, sed beneficiatis tantum pensionis impositionem concedi. *Azor d. l 8. cap. 6. vers. extra omnem.* Hinc sequitur pensiones hic propositas, ab Ordinarijs confirmari non posse, quibus, vt dictum est, potestas onerandi beneficia, conuentus vel dignitates omni modo negatur, & pensiones super beneficiatis impositas, statim ab ipsorum obitu terminari *cap. nisi essent, extra de prebend. Azor. d. c. 6.* vbi de suarum Celsitudinum voluntate liquet, pensionem ad ipsius pensionarij vitam producendam esse, etiam si prius Abbas decederet. Igitur secundum hanc sententiam nihil Episcoporum authoritas facit ad istam intentionem. Opinio eorum qui tenent potestatem Episcoporum, ad tres casus sese protendere. etsi pro indubitata teneretur, vti probabilis est, tamen in his casibus locum non habet. Alia id concedens ex iusta qualibet causa, etsi minus recepta, & quod per non vsum Episcopis adempta non esset ea facultas, tamen adhuc ex eiusmodi assignatione euidentem, vel probabilem vtilitatem Ecclesiæ requirit. *Gigas d. quæst. 6. Oldrad. per eum citatus cons. 226.* vel pensionarios quibus illæ pensiones assignantur, de eisdem Ecclesijs bene meritos esse oportet. Cuius rei habenda ratio est, quia tametsi sola Pontificis voluntas, & beneplacitum in dictis pensionibus sufficit, *Duaren. d. cap. 4.* hoc in Ordinarijs locum non habet, *Duar. ibid.* præsertim si pensionarij non sint vitæ satis meritoriæ & quibus quasi in compensationem alicuius obsequij sæcularis, populus ijs eiusmodi pensionem dari interpretaretur, quo casu scandali & simoniæ periculum inesset. Quapropter secundum harum opinionem diuersitatem, adhuc necessarius manet recursus ad Curiam Romanam, vt ad consueti styli tenorem pensionum confirmationes expediantur.

Controuersia quarta.

VTrum consentire conueniat suas Cels. vt corpora siue collegia, quibus perpetua pensio indicitur, obligentur, quolibet quindecennio medietatem dictæ pensionis Romæ pendere, vti nouiter prætendunt officiarij suæ Sanctitatis, quod ante hac in his partibus inauditum?

Annatas de nouo non induci, sed eas longo iam vsu receptas, patet ex temporibus Bonif. IX. vel secundum alios Ioann. XXII. (qui ex eiusmodi annatis vigesies quinquies centena millia aureorum, in ærarium Ecclesiæ intulit, ingentem isto sæculo summam) imo in conformitatem beneficiorum, vbi pensiones summam vigintiquatuor ducatorum excedunt, moris est annatas pendere. *Gigas de pens. quæst. 26. num. 2.* & exinde per constitutionem Leonis X. vbi excedunt summam 12 ducatorum : adeo vt hoc à constitutionibus Apostolicis dependeat : quarum tamen sensus in præiudicium priuilegiorum, indultorum, vel concordatorum non est torquendus, quorum fauore minora omnia huius patriæ beneficia infra summam viginti quatuor ducatorum æstimantur, & ideo sunt ab annatarum solutione libera. Hinc pensiones super huiusmodi beneficijs assignatæ ad annatas non tenerentur. *Azor. dict. lib. 5. cap. 8.* absurdum enim esset ipsum beneficium per priuilegia immune esse, & pensionem quæ pars illius est, annatam pendere, à maiori ad minus. *l. quæ de tota, de rei vind.* Quia tamen priuilegium hoc

solum indirectè conceditur, ex eo nimirum, quod infra viginti quatuor ducatos, beneficia censeri possint, non vero simpliciter sunt ab annatis immunia, videtur quod si pensio super ijs assignata viginti quatuor ducatos excedat, eo ipso impetrantes priuilegio priuentur, vt ob detectam rei veritatem legibus ordinarijs sese conformare teneantur. Verum si beneficia vel dignitates, super quibus pensiones imponuntur, dictis priuilegijs non comprehendantur, æquum est vt tenorem styli Curiæ Romanæ sequantur; qui ordinarie à corporibus vel Collegijs pensionem perpetuam impetrantibus singulis quindecennijs annatam exigit. Vti habent constitutiones Pauli II. & IV. quæ eiusmodi quindecennia omnibus beneficijs, Collegijs, aut Capitulis perpetuo vnitis imponunt. *quas constitutiones refert & probat Azor. d. p. 2 l. 7 cap. 13. P. Matth. S. D. l. 2 tit. 3. c. 4. & 7. vbi & alia ad annatas spectantia.* Et prout etiam vsus habet, in bonis sæcularibus transeuntibus ad manus mortuas; in quibus cum non intercedat vlla mutatio, tenentur constituere directo domino hominem vt loquuntur, viuentem, morientem, & confiscabilem, aut pro indemnitate componere, & singulis quindecennijs, vicennijs, plus minus, iura feudalia, obuentiones & alia debita soluere, & ex similitudine fructuum quos superior Dominus, ex re feudali pro vno anno percipit, mortuo vasallo, sic annatæ soluuntur. Vnde vno anno bis vacante sede; semel tantum annata soluitur. *Concord. Germaniæ.* debitum tamen non transit in successorem, *eadem Conc.* sicuti beneficia pensionibus onerata annatam pendunt, deducta quantitate pensionis *Gigas d. qu. 26. num. 1.* & pro rata diminutionis ad annatam pensionarij tenentur, qui si corpora vel collegia sunt, perpetuo durant: ideoque nunquam extinguitur pensio redeunte vsufructu per pensionarii mortem ad consolidationem cum proprietate, & sic nunquam sicut in sæcularibus cessat eiusmodi diminutio, ad cuius indemnitatis refusionem, idcirco talia corpora vel Collegia tenebuntur. Et licet iniqua non sit hæc exactio, *Azor. d. lib. 7 cap. 12. 13.* propter tamen motiua quædam sæpe remissa est, velut in erectionibus nouorum Episcopatuum, eiusmodi pensionibus super Abbatijs dotatorum, &c. vel aliorum Collegiorum dotationibus, licet in nonnullis aliis fuerit imposita. Sed cum in his partibus pensiones perpetuæ minus sint frequentes, non mirum si eiusmodi impositiones ante hac inauditæ videantur: à quibus si tamen Princeps subditos eximi vult, satius erit eam inire rationem quam articulo primo supra tradidimus.

Controuersia quinta.

QVisnam ad solutionem annatarum pensionum reseruatarum super Abbatijs teneatur, & an Abbates à suis Celsitudinibus ijs grauari queant; præcipue tunc quando eiusmodi pensiones, personis Ecclesiasticis, corporibus, vel collegijs pauperioribus reseruantur, vel an similes personæ, corpora vel Collegia ius annatarum pendere tenebuntur?

Ex ijs quæ supra, patet ad annatarum solutionem pensionarios obligari, *Gigas d. quæst. 26. q. 54. qu. 66. q. 90.* sicut & alias impositiones ordinarias & extraordinarias soluere tenentur, v. g. decimam indictam per constitutionem Bonifacii VIII. *extrauag. commun. de Decim. Azor. d. l. 8 cap. 9. quæst. 2.* quamuis per Pontificem pensio ab omni onere immunis assignari possit, quod vtique fieri refert Gigas *d. q. 66. in fin.*

Cæterum

Cæterum pensionis ex resignatione alicuius beneficij reseruatio resignanti illius sumptibus curari debet *Garz. post Nauar. & Paris. de benef part. 11. cap. 3. num. 147.* stylus tamen permittit vt resignatarius expensas expeditionis soluat, retenturus ex primo termino pensionis. quam praxim non improbat Azor. *p. 2. inst. lib. 7. cap. 27 quest. 7.* si tamen præuio pacto expresso vel tacito fiat, aliquid habet scrupuli, ad exemplum pacti de pecunia in eos sumptus mutuanda, quod simoniæ arguit. Dum autem de stylo iam dicto cum pacto loquitur, neque probat neque improbat, neque rationem assignat, cur probari queat, nec stylus ille ius facit, qui ex priuatis & obscuris tantum pactionibus enascitur, inscijs superioribus, qui vitium purgare possint. Quoad annatas quidem, sunt eæ pars fructuum, seu illorum onus, vel quodammodo decima decimarum. *vt dicit Ioan. Eckius in enchirid. tit. de annatis* quam partem fructuum aut decimam Pontifex sibi reseruat, ex fructibus per pensionarium recipiendis, *Azor. d. l. 7. c. 12.* sicut summo sacerdoti olim decimæ decimarum ab inferioribus leuitici ordinis præstabantur. *num. 18.* decima autem pars vel onus, pendi vel ferri debet ab eo qui fructus colligit, verbi gratia, pensionario. Quoad expensas, æquum est eum qui fructus ex pensione percipit, sumptus facere. *per rationem l. secundum naturam. d. c. qui sentit. in 6. de reg. iur. vtrobique authores nominatim Ioan. Ferr ad d. l. secundum.* Quantum ad potestatem Principis (sepositis, priuilegijs & indultis suæ Celsitudini forte concessis, de quibus non fit mentio) si de iure communi loquamur, videntur seculares Principes, etiamsi pro patronis & defensoribus Ecclesiarum suæ ditioni subiacentium haberentur, etiam earum ad quarum fundationem vel dotationem eos contulisse non constat (quod tamen non alio modo intelligendum quam quoad tutelam & defensionem, & non quoad collationem, aliaque iura patronalia, *Gilles le maistre præses Parisiensis in suo tractatu de regalibus c. 1. Archidiac. in c. lectis, 66. dist. Panor. in c. vener. de elect. Azor. p. 1. Inst. Moral l. 5. cap 14. qu. vltim.*) non possunt tamen vel pensiones imponere, vel de ijs aliter authoritate propria quoquomodo disponere, sed tantum hoc Pontificem rogare. Patronis enim solummodo liberum est, in fundatione pensionibus onerare beneficium, vel quid aliud instituere, non autem post illam. *cap quanto extra de censibus, Thomas Serola. in 2. part. prax. Episc. verb. ius patronatus § 13. allegans Roman. tract. de pens. cap. 4. nu. 12. Gigas de pens. cap. 6. nu. vlt.* Præterea ius Regaliæ quod pro confirmando iure Principum obijci potest, nihil ad hunc effectum authoritatis adfert: ius enim Regaliæ secundum declarationem constitutionis Regis Philippi Pulchri summi Regaliæ propugnatoris, *quæ incipit, dum Episcopus*, hos casus non comprehendit. Solū enim intelligit, *quando Episcopus mortuus est, tunc est in Episcopatu Regalia aperta, & succedit Rex loco boni & legitimi administratoris, in omni temporalitate dicti Episcopatus, confertque beneficia non curata.* vnde Regalia non est aliud quam successio in administrationem eam quam habuit Episcopus. *vt dicto tractatu Gilles le maistre, & Duaren. de sacr. Eccl. minist. l. 3. c. vltim.* Imo nec tantum quantum Episcopus habuit, quia Princeps solam nominationem habet, non vero ordinationem, consecrationem & probationem ministrorum seu beneficiatorum, *Duaren. dict. l* quare inter hoc & ius patronatus parum distat. *Duaren. ibi.* Propterea de iure non potest Princeps sine consensu Pontificis eiusmodi grauaminibus Abbates onerare. *Hæc luculenter insuper tradit Flaminius Parisius in tract. de confid. benef qu. 47. § 3. cap numer. 141. & multis seq. 146. 155. 162. 163. 168. q. 40. num. 27. 35. & seq. denique toto tract.* nisi sub beneplacito Papæ. *Paris. quest. 26. num. 64. quest. 46. num. 6. quest. 47. numer. 6. Nauar. cons. 47. numer. 1. de simon.* quod antequam interueniat,

 nullas

nullas vires habet vlla promissio, aut effectum obligatio. *c. super eo, c. verum, ext de cond. app. c. si pro se, de rescript. in 6. §. ex conditionali, Inst. de verb. obl. Couar. de matr. 2. p. t. 1. c. 3 passim* DD. adeo quidem vt non excusetur à pœna simoniæ qui ante dicti beneplaciti interuentum vtitur effectu talis reseruationis, exigendo scilicet aut recipiendo pensionis solutionem. *Nauar. d. conf. 47. n. 4 & specialius ibid. conf. 48. n. 2. & seq. conf. 50. n. 5. consil. 51. Parisius d. tract. quæst. 47. num. 8.* & expresse satis traditur in Bullis à Pio IV. & V. super confidentijs editis, *quæ à dict. Paris. in fine sui tractatus recitantur*, vbi inter cætera etiam statuitur, vt si quis inciderit in contrauentionem (vt est recipere pensionem ante confirmationem Papæ) vt statim pensio cesset ac extincta sit, teneaturque recipiens ad restitutionem Quod adeo verum est, vt etiam iuxta stylum Curiæ Romanæ nouissimum, (qui ius facit præsertim in ijs quæ in Curia expediri debent, *c. quam graui, extr. de crim. fals. c. ex literis, extra de constit. Nauarr. de simon conf. 47 num. 3. in fin.*) antequam pensionis solutio recipi possit, istius beneplaciti literæ esse in forma expeditæ (multo magis beneplacitum interuenisse) debeant. *Flamin. Paris. d. tract. quæst 43. num* 10. vbi tamen aduertendum, vt etsi is, *num.* 11. aliquid adferat quasi circa forum conscientiæ aliter censeri posset, iuxta quorundam opinionem, intelligenda sit illius & aliorum sententia, vti ante in vtramque partem disputatum fuit, stante stylo antiquo, non vero iam nouissimo, de quo numero præcedenti egit. *Et Garz. de benef p. 4. c. 2. num 39. & seq.* Ita hisce diebus vir quidam eruditus, quo cum hac de re agebam, mihi respondit, se vidisse quendam virum nobilem, qui resignauerat sub pensione Canonicatum, cum recepisset solutionem vnius canonis, ante literarum pensionis expeditionem, quam resignatarius procuraturum se susceperat, illo postmodum soluere recusante, cum eum in ius traxisset, caussa cecidisse, pensionemque extinctam esse iudicatum fuisse. Idem iudicaretur omnino credo, si quis pensionis solutionem exegerit à monasterio nondum habita confirmatione.

Controuersia sexta.

QValiter & quibus medijs cogi debeant Abbates, eorum Religiosi & Conuentus, recusantes mandatum dare, mediante quo confirmatio pensionum reseruatarum procuretur, & an obstantibus Religiosis, solius Abbatis consensus sufficiat? Si legitime pensiones constitutæ sint, ipsarum executio nullam patitur difficultatem, seruatis modo & forma de iure præscriptis, habita etiam ratione *c. 3. s. 25. Concil. Trident.* Ad constituendam porro pensionem temporalem, sufficit solius Prælati sine Capitulo consensus, non ad perpetuam. *Papon. l. 3. arr. tit. 5. arr. 5. Archid. in cap. possessiones. 26. quæst. 1. vers. Clericis. cap. 1. de reb. Eccl. non alienandis. Ita iudicatum in decis. Gratianopolit. quam allegat Guido Papa. q. 179. Doctor. in Clem. quia Regulares, de suppl. neglig. Prælat.*

Controuersia septima.

VTrum obligari possint Abbates ad expeditionem confirmationis pensionum in Curia Romana, suis expensis procurandam; præsertim si propria interueniente syngrapha sese ad id obligauerint; vel vtrum hoc potius pensionariorum sit?

Expen-

Expensæ, *vt dictum est ad 5 quæst.* pro expeditione confirmationis pensionum, exurgentes, pensionariorum sunt, neque sua Celsitudo (seclusis quibus forte gaudet indultis) aliter disponere potest, *ob rationes superius allegatas.* Sic nec Rex Hispaniæ authoritate propria pensiones super Episcopatibus, quorum ipse patronus est, instituit, sed in Consistorio per aliquem Cardinalem dignitatem vacantem proponit, rogans super ea pensionem imponi pro tali, exinde nominatum ad dignitatem euehi. *Azor. d. l. 8. cap.* 8. ad quod nihil obligatio siue syngrapha nominatorum habet efficaciæ: cum enim pensiones in temporalitate consistant, *Gomes ad Reg. Cancell. de infirm. resig. quæst.* 16 *in fin. Gigas quæst.* 7. *num.* 2. *quæst.* 13. *num* 4. *quæst.* 16 *n.* 1. *& Azor. d. l.* 8. *c.* 5. *quæst.* 6. *vbi dicit sæpius in Rota fuisse decisum,* & Abbatū electio ad spiritualitatem tendat, ad hoc vt nominatio sequatur, stipulationes seu pollicitationes in temporalitate sitæ nullatenus interuenire possunt. *Clem.* 1. § *an eadem. de suppl. neglig. Prælat. c. nisi essent. ext. de preb. Gigas quæst.* 5. *n.* 1. *Flamin. Paris. de confid. benef. qu.* 43 *nu.* 9. *&* 10. nisi omnino omnia fiant sub beneplacito Papæ, nam ea clausula excusat à simonia. *Nauar. cons.* 47 *tit. de symon. n.* 1. & ad V. controu. diximus.

DE REBVS ECCLESIÆ NON *Alienandis.*

MAgna circumspectione † res Ecclesiæ tractandæ sunt, nec nisi grauissima ex caussa alienandæ, quia hoc sæculo vix accrescunt, etiam obnitentibus, & immobilia passim per Ecclesiam acquiri vetantibus principibus. quorum tamen antecessores eam auxerunt immensum, si incipias à Magni Constantini donatione profecto magna; si non tanta, quantam aliqui esse nolunt: præsertim qui non æque Ecclesiæ fauent, atque Constantinus in primo illo feruore, & post balneum sanguineum aqueo mutatum, & abstersam lepram cutis & mentis. Pro ea tamen donatione asserenda complures viri docti, ac imprimis Cardin. Baron. *tom.* 3. *Ann. sub anno Christi* 324. contra Laurentium Vallam aliosque disputarunt: Tametsi idē Baron. edictū donationis à Ioanne Diac. à Græcis mutuatū improbet, ac Ecclesia toto eo iure nō sit vsa; seu vt Bar. dicit, pro sua modestia, seu ob successorum Constantini non æquam probitatem, seu alias, quod rei veræ parerga quædam se immiscuerint, ac incautis obrepserint, quæ cum verisimilia esse non videntur, & certe effectus non responderit, postea cæterorum fidem debilitauerunt. vt Boet. Epo. *in Heroic. q.* in glossam c. Constantinus, Principatus potestatem interpretetur spiritualem: sed ait Constantinus, *concessum à nobis, nostroque Imperio obtineant:* cum spiritualis Principatus Papæ à Deo sit. neque profecto omnia mystice tantum accipi possunt: quippe tum nihil, aut parum conferent ad rei summam, quam multi intendunt: neque omnia iuxta verborum sonum. qui non satis secum, vel cum historia constat. D. Bernard. de Consid. *l.* 4. *cap.* 2. 3. Petrum & hodiernos cothurnos describens in his, inquit, successisti non Petro sed Constantino. Ad rem. Non facile igitur immobilia Ecclesiæ alienanda sunt, quia non habent ius postliminij, nec post rem male gestam sufficit dicere, *Redde legiones.* 1.

Paulus † ergo II. *in constit. inc. ambitiosæ, hoc tit.* vetuit omne pactum, quod transfertur 2.

rerum

Constit. Pauli II. vix recepta alicubi. rerum dominium, concessionem, hypothecam, locationem vltra triennium, infeudationem, emphiteusin; præterquam in casibus à iure permissis, vt de rebus ac bonis ab antiquo in emphiteusim concedi solitis, & tunc cum Ecclesiarum euidenti vtilitate. Sed hæc extrauagās extra Italiam, nullibi gentium creditur integre recepta, præsertim quoad locationes, multo minus stylus, *de quo Serola. pr. p. 1. verb. alien.* §. 1. vt ne quidem in casibus ibi permissis sine Papæ authoritate alienatio fiat, etiam in casu *c. terrulas 12. qu. 2.* cui tamen neque per d. Extr. Ambitiose, neque per Concil. Tridentinum quidam existimant *ex resolutione Cong. post Quar. Piasʃ pr. p. 2. cap. 5. num. 33.* derogatum. Sed saltem in his ditionibus Episcopi alienationum rerum ad Ecclesias sibi subiectas spectantium facultatem caussa cognita concedunt: Et alibi quomodo recepta vel non probetur, ex consuetudine præsertim quadragenaria attenditur. *Gutier. Cano. qu. l. 1 cap.* 8. & similiter ad Synodum Prouinc. *Mech. anni* 1607. Principes nostri conscij nostrorum morum statuerunt, vt decimæ ad triennium tantum elocari possent, prata & domus ad sexennium, terræ arabiles ad annos nouem, nec vltra. proposita pœna nullitatis secioris conductionis. *In edict. ad eam Synod. art.* 20. & Ioann. Mitæus Episcopus Antuerp. in suam synodum, *tit. 21. c. 26.* eadem intulit. Quæ vlterius de nullitatibus alienationum Ecclesiasticarum edicta principum nostrorum sanxerint, diximus in Notitia *iuris Belgici tit. de Episcopis* §. *de rebus Ecclesiæ.* Serola *vbi supra* §. 9. dicit ordinem S. Augustini Eremitarum & Prædicatorum, ex indulto Gregor. XIII. vltra trienium locare posse: & Societ. IESV solemnitatibus iuris non esse astrictam: nam Gregor. XIII. indulsisse, vt ex arbitrio Præpositi generalis inconsulto Papa & Ordinario alienare possint. *Const. inc. Apostolica,* 18. *Dec* 1576. Enimuero S. Cong *Conc. Trid interp.* 7 *sept.* 1634. iussu Vrbani VIII. omnes huiusmodi facultates intra fines Europæ reuocauit, & sub grauibus pœnis prohibuit alienationem *omnium bonorum immobilium, ac pretiosorum mobilium, omneque pactum per quod ipsorum dominium transfertur, census perpetuos, seu vitalitios, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, concessionem in feudum vel emphiteusim præterquam in casibus à iure permissis, fieri perpetuo prohibuit, atque interdixit absque ipsius S. Congregationis Concilij expressa licentia in scriptis, & gratis concedenda.*

An autem locationes subsistant ad tempus non vetitum, rescisso superfluo tempore, vt de donatione trecentos aureos excedente, dum insinuatio facta non est, quæri solet; & subsistere dici potest, sed respectu locantis, non successoris, vt de ijs quæ repræsentata pecunia, seu anticipata solutione nullatenus (id est nulla parte tenus) in præiudicium inquit Conc Trid. *c. 11. s. 25.* successorū validæ intelligantur. An si ergo elocationes pro legitimo tantū tempore factæ sint, successores obligēt. rogabis: quasi à contrario id sequatur: *vide citat. s à Barbosa in Remiss. ad d c. 11.* Crediderim per Concil. viribus destitui etiam ijs casibus, quibus alias iure communi subsisterent. At vero d. c. 11. locationes anticipata solutione in præiudicium successorum irritat Concil. & quascumque alias in longum tempus, etiam à sede Apostolica confirmatas, in damnum Ecclesiæ, & contra canonicas sanctiones. quare si non in locantis, sed Ecclesiæ vtilitatem repræsentetur pecunia, vt fulciatur tuens Ecclesia, seu ne alias capiat detrimentum, non incurritur in prohibitionem.

3. *Anticipatæ solutiones inhibita.* Enimuero Concil. Trid. *sess. 25. c. 11. 13.* declarat † nullas & inualidas factas locationes anticipatis solutionibus in præiudicium successorum, & quascumque locationes in dānum Ecclesiæ contra Canonicas sanctiones, tametsi confirmatas etiā à sede Apostolica rescin-

rescindi vult. Quod Serol. *vbi supra*. §.7. coniunctim intelligit, vt etsi non sunt obseruatæ
cæremoniæ, sed sit alienatio in vtilitatem Ecclesiæ, teneat. quod credo ideo, quod con-
cessum alicui in gratiam, in eius odium non debet torqueri. *Reg. 61. de reg. iur. in 6.* Et quod
sine authoritate tutoris rectè pupillus conditionem suam faciat meliorem; nec male de
ecclesia mereri videatur, qui illius commoda curat: ideoque nec eo extendi ecclesiæ in-
tentionem, vt alienans qui id agat, ne illa non tantum non capiat detrimentum, sed eius
vtilitates augeat; vt incidat in censuras. sed quid si alienatio sit sine damno? *vide citatos à
Diana p.1.t.8.R.77.n.4.* Papon. *hoc tit. art.2.* dicit in Curia Paris. in camera inquestarum
parua & magna contrarias esse opiniones: nec de re leui aut tribus capellis est hæc quæ-
stio; quia siquidem taliter facta alienatio valet, etiamsi postea rei venditæ valor accreue-
rit, non irritabitur: secus si dicamus non valere: quod de iure verius † est; *Riccius in prax. a-* 4.
lien. decis. 7. alterum humanius: sed si interpretationem, quæ pro religione facit, sequi ve- *Solēnitas*
limus, humana fauori Ecclesiæ postponemus. Tacit. *lib. 3. Hist. Apud sapientes*, inquit, *cassa ha* *simul &*
bebantur, quæ neque dari, neque accipi salua Rep. poterant. Non ita pridem diuersas litteras Apo- *euidens vti-*
stolicas vidi confirmatorias alienationis factæ ante triginta & eo amplius annos; quibus *litas re-*
inserebatur ea conditio; si & tunc ad euidentem Ecclesiæ vtilitatem, & nunc † spe- *quiritur.*
ctasset: vt proculdubio, etsi tunc vtilis fuisset, & ex post facto inutilis, in pristinum ius 5. *Etiam*
res redigerentur. *Riccius ibid. dec. 5. vbi late quæ ad stylum huius materiæ p. 1. Vide Dian. t. 1. r. 77.* *præsens.*
Arg. c. vlt. & ibi DD. h. t.

Igitur caussa alienationis legitima requiritur, necessitas scil. vtilitas manifesta, pietas, vel rei incommoditas, quæ tamen ad secundam caussam reduci potest, Et solemnitas; vt fiat super ea re tractatus, diligens saltem vnus, ex illiusque conclusione Capituli consensus maiorisue partis Capituli subscriptio, & superioris auctoritas sequatur. *de quibus Papon. in arrest. lib. 1. t. 13. arrest. 3.* Docet tamen Lessius *de Iust. lib. 2. cap. 24. d. 10. num. 63.* quamuis Capituli requiratur subscriptio, *cap. si quis presb. de reb. eccl. non alien. cap. irrita c. tua x. de his quæ fiunt à prel. c. sine c. excepit 12. q. 2.* de consuetudine tamen sufficere subscriptionem notarij non tamen id vbique vniformiter seruatur, nam in cautius factis & deliberatis mature alienationibus etiam his temporibus secus obseruatum videmus.

Ad quartam alienandi caussam refertur vt terræ incultæ & inutiles in emphiteusim dari possint, etiam perpetuam, & quidem sine solemnitatibus; si non magnæ fuerint. *cap. terrulas 12 q. 2.* & ad Ecclesiam reuersæ rursus dari in emphiteusim, ac feudum possunt. *c 2. de feudis. extrau. ambit. de reb. eccl.* Requiritur tamen vt modus antiquus, tempusque non excedatur, si v.g olim sterilis fuerit nunc fertilis sit terra, olim in annos 30. concessa nunc in 60. In his enim non solitum quid tantum, sed nouum apparet. Denique modo ne reuersæ ad Ecclesiam iã ei rursus sint incorporatæ *d. extrau. ambit.* quod si expedit, debet fieri, *in verb. cum euidenti ecclesiæ vtilitate dict. c. 2. in verb. viderit expedire. Azor. Inst. mor. l. 10. cap. 2. qu. 8. 9. & cap. 3.*

Quare late intelligitur hic vocabulum *alienatio*, vt etiam comprehendat acquisitionis omissionem: vt prælatus teneatur non repudiare, quod potest acquirere. *Fl. Cherubin. in Compend. Bullar. ad Const. 1. Leon. 1. scol. 2.* Vice versa & emphiteuta antiquum modum, & præscriptum canonem diligenter seruare & soluere tenetur. si enim peruerse ceperit in re versari, vel solutionem vltra biennium distulerit; nisi celeri sibi satisfactione prouiderit, expelli potest. *c. vlt. & penult. hoc t.* etiam sine præuia monitione. *d. c. vlt.* quod tamen vsus vix

seruat.

seruat. nisi diserte conuenerit. neque tunc auctoritate propria, quod neq; iure fieri posse docet *Fachin. lib. 1. cont. ca* 95. nisi forte directus dominus vacuam possessionem apprehenderit, quasi fundum suum ingressus. *qua de re latius in Consultationibus canonicis.*

6. Tutores † Regum & Illustrium personarum, iuxta dignitatem & facultates pupillorum, donare possunt: non tamen Prælati Ecclesiæ, quamuis ampla habeant beneficia. *Busi. ad l 22. de admin. tut.*

Cum præscribi etiam res Ecclesiæ possint, & inueteratus vsus pro priuilegio sit; non

7. mirum si ex temporis † diuturnitate seruatas in alienationibus solemnitates præsumamus. *Caualc. p. 2. decis.* 29. Paulus autem IV. *Const. incip. inunctum, anno* 1555. *Idib. Iulij.* omnes alienationes nō solemniter, & cum damno Ecclesiæ factas, reuocauit, nullaque temporis præscriptione validari decreuit: sed rursum, Pius IV. id ad terminos iuris communis reduxit. *Const. inc. prouid. Id. Sept*, 1560.

Solemnitas in antiquis præsumitur.

8. Si tamen † ex ipso alienationis instrumento vitium liquet, iniustus titulus, qui causat malam fidem, impediet præscriptionem. *Nauar. cons.* 3. *&* 5 *de censib.* Pius V. excommunicat omnes persuasores, & mediatores infeudationum & alienationem bonorum Ecclesiasticorum 4. *Calend. April.* 1566. *apud P. Matth. Sep. Dec. l. 1. tit. 7. cap. 6.*

Nisi instrumentum aliud prodat.

Vt iam ante Concil. *Trident. s. 22. c. 11.* anathemati subiecerat omnes, qui bona ecclesiarum in vsus suos iniustè verterent atque vsurparent, quocumque quæsito colore: & patronos eius criminis reos iure patronatus priuauit, clericos etiam vi & fraudi assentientes beneficijs priuat, & ad alia inhabilitat. cui, consonat bulla cœnæ §. 18. agit autem Tridentinum de clericis alieno crimini assentientibus. quare si ipsi immaturas sui beneficij arbores inciderint; incidendo peccant grauiter: aiunt tamen decisum decreto non contineri. *citati à Barbos. in collect. DD. ad Concil. Trid. ad d. c. 11.* quia incisæ arbores beneficiarij fiant. quod tamen ad boni viri arbitrium referrem. nam vt inter immobilia, ita inter inalienabilia quoque est pecunia Ecclesiæ destinata ad immobilium emptionem. *Ita Rota decidit* 13. *Nouemb.* 1602 *refert ex Genuen. Pias. pr. p. 2. c. 5. n. 32.* ita & grandes arbores cædi inassuetæ, *Chopp. de sac pol. l. 3. t. 8. n. 12.*

Nisi demortuæ sint: quando in earum locum alias substituere vsufructuarius seu beneficiarius tenetur. *l. agri* 18. *D. de vsuf.*

Quare quas ipse beneficiarius iniuste deiecit beneficio restituere tenetur; ne præiudicet successori. præsertim si notabilis sint quantitatis. *arg. c. 11. s. 25. Trid.* adeoque in his locis pretium huiusmodi arborum grandium & grandæuarum non solet cedere beneficiarijs eius temporis, quo cæduntur, sed in reditum collocari, augmentumq; dotis, ab ijs, qui teneriori conscientia œconomiam tractant.

Spectat etiam decretum ad bona ecclesiarum, non patrimonialia ecclesiasticorum, atq; in illa solum fertur dispositio, sed qualiacumque illa sint, iurisdictiones, census, iura, feudalia, emphiteutica, fructus, (distributiones) emolumenta, & qualescumque obuentiones. vt illius tamen pœnæ obtineant, requiritur possessoris scientia, tanquam rei alienæ. *citati à Barbos. ad d. c. 11.* quapropter qui bona fide cum ecclesia litigat, possessione sine vitio acquisita cedere non tenetur, antequam ei constet de iure ecclesiæ.

9. In patronatis † Ecclesijs etiam patroni assensus ad validam alienationem requiritur. *Choppin. de sac. pol. l.* 43. *tit. 7. nu.* 28. quod tantum intelligo de ijs ipsis bonis, quæ à patrono profecta sunt.

Patroni assensus desideratur

Episco-

Episcopus in vnione † vel dismembratione Ecclesiarum, applicare potest bona vnius Ecclesiæ alteri, in casibus à iure permissis, & à Conc. Trident. *sess. 21. cap. 4. & 5. sess. 23, cap. 18. sess. 24. cap. 13.* 18.

DE EMPT. ET VEND.

POst constitutiones Mart. V. Call. III. Nicol. V. superuenere Const. Pij V. de reditibus † constituendis, circa quas plurimæ controuersiæ sunt motæ: sed vt non institui immorari, vt sæpius dixi, circa eas Const. quas vsus aut alia ratio in his ditionibus non recepit, (prout nec hanc esse receptam in Gallia vel haberi pro papali decisione, sed ordinatione politica, seruanda in temporalitate Pontificis, asserit Bugn. *Legum abr. l. 6. coll* 69. nec in Belgio obligare Less *l. 2. de iust. c. 22. d. 13*) poterit lector dum res ita feret, recurrere ad L. Molin. longissime disputantem. *de Iust. tract. 2. d.* 149. 148 144. 176. 189. 190. 227. 254 333. *Lessium de Iust. l 2. cap. 22. toto. Malderum de Iust. & Rel. tract. 5. c. 5. d* 1. *& seq. Farin. decis. crim.* 43. 59. 123. 126. 127. *Azor. Inst. Mor. p. 3. l. 10. c. 5. vsque* 22. *ac alios. Serol. pr. p. 1. v. contractus censuales.* Id tamen vno verbo annotetur, quod ex motu proprio Pij V. deducit Guttierres, *Can. qu. l. 2 ca.* 20. *n* 7. in contractibus censualibus redimibilibus pacta esse nulla † & irrita, quibus morosus debitor obligatur ad aliquam pœnam, lucrū cessans, salaria, aut quod simile grauamen. si vere tamen expendendum sit, aut intersit creditoris, vt id soluatur quod ex vero probabitur, in pactum deduci potest. *Guttier. ibid.* 1. *Redituum emptiones.* 2. *Eorum pacta.*

Philippus II. 5. Martij 1571. edictum tulit pro reductione & redemptione † redituum frumentariorum aliarumq; specierum: disette tamen excepit reditus antiquarum fundationum, ad pias causas à fundatoribus suis bonis impositos originaliter, eosque reliquit in terminis Iuris: postea 1573. 26. Octob. in eius secreto Concilio inter Clerum ex vna, ac nobiles & Ciuitates Comitatus Namurcensis ex altera partibus, sententia & declaratio successit, quod huiusmodi reditus originarie pecunia numerata interueniente constituti, ijque soli sint redimibiles, quodque ad debitorem pecuniæ numeratæ probatio spectet. Multa tamen locorum statuta hic habent pro redimibilibus, quorum origo probari non potest. quod in priuatis vt obtineat, in pijs causis recipi non potest; nec statuta eo extenduntur, & mox de edicto Principum dicemus. Et Conc. Brab. iudicauit 1545. pro ecclesia de Cortecke contra Dominam de Gempe. 3. *Redemptiones.*

Extat aliud edictum Caroli V. *Datum Bruxellis. 21. Febr. 1528. in lib. edict. fol.* 747. quo vetantur constitui reditus irredimibiles. † Intellige pecunia constitui: nam legare, aut alio titulo super bonis suis quis alicui potest constituere reditum irredimibilem, qui etsi vendatur, non ideo fit redimibilis, vt in dicto edicto ann. 1571. quod secus est in emptitijs, de quibus intelligo in eam sententiam loqui edictum 1528. 4. *Irredimibiles impo-sterū vetiti constitui.*

Quod etiam statuit, vt reditus quamuis irredimibiles constituti super domibus † sitis in oppidis priuilegiatis redimi possint, ea quantitate & qualitate pecuniæ qua constitutos constabit; quod si id non appareat, redimentur constituti post obitum Carol. Audacis scil. qui accidit ann. 1477. denario 25. anteriores 30. in moneta currente; exceptis feudalibus reditibus, emphyteuticis, fundiarijs, & antiquarum fundationum ad seruitiū 5. *Domib. in oppidis priuilegiatis impositi redimibiles.*

sacrum: quæ exceptio iure inest, *nam, vt inquit Molin. relatus à Pecq. de Amort. cap. trigesimo quinto, si Princeps reditus irredimibiles redimi posse velit, & hoc lege lata sanciat, ad reditus in pium vsum relictos aut comparatos non extenditur.* In consuetudinibus Mechliniens. à Carol. V. probatis tit. de Censib. idem statuitur de exoneratione hypothecarum sitarum in

6. ea vrbe, vel leuiori pensitatione. est etiam edictum Carol. V. 19. Octobr. 1520. quo decidit quod imposterum nemo feudum † aliquod in Brabantia grauare poterit reditu irredimibili, sed tantum redimibili denario 20. & infra, & reditus super feudis olim constituti in diuisionibus hæreditatum, quoties in manum exteram transferentur, redimi poterunt eo pretio quo distrahentur, si pretium conuentum non sit, denario 25. Alij etiam reditus redimentur soluta sorte principali, qua olim constituti fuerint; quæ si non apparet, denario etiam 25, currente moneta. Non tamen huiusmodi reditus familiares seu ex hæredijs diuisis prouenientes erunt redimibiles, donec in manum exteram transferentur. Et in huiusmodi translatione Dominus directus potest vti iure retractus; saluo iure consanguinei consuetudinario. Lætus introitus Brab. *artic. 11. in Add. 2. Car. V.* vult census Principis & vasallorum pecuniarios currente moneta solui, vt hactenus consueuerunt, neque pretium augeri. extat aliud edictum Principum nostrorum de redemptione redituum anno 1601. pluribus articulis statuens. De quo diximus in Notitia. Iur. Belgic.

Et super feudis Braban. post 19. Octob. 1520.

7. Aliquid ex mutuo retinent hi contractus, propterea que caute † ineundi; ne propter aliquem excessum improbatumue pactum vsurarij censeantur. qua ex caussa etiam facile vsu receptum est; vt, velut in mutuum, Macedonianum SenatusConsultum; ita & in annuos reditus vires exerat. Nihilominus vti in mutuo illicitum est, vsuras sorti adijcere, & harum simul vsuras stipulari (quod anatochiam seu anatocismum vocant) id tamen in reditibus non prohibetur: modo nulla grauior conditio enascatur: v. g. ne ex priori & posteriori ita vnus confletur, vt non liceat nisi vnica solutione vtroq; defungi. *Griuel. Dol. decis.* 103. Sunt quippe in his præstationes non instar vsurarum accessoriæ ad sortem debitæ, sed per se vt merx, ob sortem tanquam eius pretium semel numeratam & irrepetibilem, seu, vt dicunt, perpetuo alienatam. In censibus autem de quib. d. Const. Pij V. agit, secus sentit Gurier. *vbi supra.*

Caute ineundi.

De Pij V. constitutione, censibus, reditibus, eorum redemptione; canonum remissione ob hostilem vastitatem, retractu, cambijs plenius diximus in Notit. *iur. Belg. h. t. & de his vide etiam Dian. p. 3. t. 8. r. 1. vsq. ad 16.*

8. Emptio & venditio, si pretiũ vltra dimidiũ excessum sit, rescinditur. *l. 2. C. de resc. vendit.* Enimuero in foro vtroq; ea quæ ad voluntatẽ & ostentationẽ faciunt duntaxat, tanti valent, quãti vendi possunt: gẽmæ insignes, picturæ antiquæ, equi nobiles, accipitres, canes; nõ quæ vsui cõmuni congruunt: hic n. accipi tantum potest quod à republ. aut cõmuni mercantiũ iudicio taxatum est. *id. r.* 55 ideoq; hæc nõ illa d. l. 2 subiacent. nisi forte aduersus vtilitatem publicam inutilium rerum amor nimium multos abripiat. vt nuper florum quorundam pretia in immensum extensa non imprudenter per Batauos sunt repressa, cũ multis depauperatis, & ab artificijs ad otia abstractis edictum est; super illorum emptionibus ius deinceps non esse dicendum, aut saltem suspensum. Vbi huiusmodi edictum nõ est, durat regula, vt tanti valeant, quanti vendi possunt.

De rescindenda venditione.

9. Sixtus V. 5. *Kalend. Feb.* 1578. damnauit primum cambia sicca, siue simulata cum nomen illo-

De cambijs.

illorum non res vsurpatur, cum nec pecunia traijcitur, nec litteræ mittuntur, nec in loco traiectus est qui cambiat. quam vsurariam praxim omnes boni damnant. realia etiam cambia à Pio V. damnantur, cum quis à principio siue aliâs certum & determinatum interesse, etiam in casum non solutionis, paciscitur; aut non primis dumtaxat nundinis, sed secundis, & deinceps exercentur. sed hæc constitutionis pars vsu recepta non est. de horum iustitia etiam hac constitutione attenta tractat Lessius *de iust. lib. 2. c. 23. d. 5 6 7. 8. 9. 10. 11.* praxim forensem *ex Grotio* nos retulimus *in Notitia iuris Belgici h. t. §. de cambijs*, vbi & eiusdem Pij constitutionem de censibus, conditionesque ad illos requisitas retulimus *§. de reditibus*.

DE PERMVTATIONE.

FRaudulentæ permutationes prohibitæ sunt per Pium IV. fictitiæ & imaginariorum beneficiorum, siue de pertica, de illiusque constitutione, alijsque huc spectantibus egimus *supra tit. de renuntiat.*

Permutatio beneficiorum sine authoritate superiorum pactionem facit simoniacam. *c. quæsitum h. t.* relata ad superiorum authoritatem ita manus illorum stringit, vt alteri facta collatio irrita sit. *clem. vn. h. t.* & exspectatiuas excludat. *c. vn. h. t. in 6.* quia ad superiorum authoritatem relata iuris concessione defenditur. *d. clem. vn.* quia alias non resignasset. *d. cap. 1.*

DE LOCATO.

LOcator conductorem pellit pensionem non soluentem. *l. quæro. § inter D. l. ade. C. locat.* eodem modo quo Dominus emphiteutam. *c. fin. x. eod. l. 2. C. de iur. emphiteut.* quamuis pactus esset ne pelli posset: quanto magis si dominus pactus sit, vt possit, cum specialiter etiam statutum sit pactiones emphiteuticas esse seruandas. sed hoc obtinet suo iure illud per doli exceptionem. *ibid.*

Modicam sterilitatem fert conductor. *c. si merces. § vis maior D. h. t.* grauem locator. *c. propter sterilitatem h. t.* nisi, dum plurium annorum est locatio, sterilitas cum vbertate compensari potest. *ibidem.* alias locator immodicum vbertatis lucrum non aufert. *d. §. vis maior.* damnum in rebus coloni, colonus fert. *l. d. im. C. h. t.* in fructibus, dummodò insuetum non sit; dominus. *l. ex conduct. §. si vis tempest. D. eod.* quippe casus fortuitus dominum spectat. *l. pig. C. de pignor.* ideoque accidens in fructibus pendentibus, qui pars fundi sunt. *l. fructus D. de rei vendicat.* accidens autem in fructibus collectis, & in horrea vectis, conductorem spectat, quia iam eius sunt. *d. l. dam.*

Locationes rerum ecclesiasticarum, inquit Concil. Trident. S. c. 11. *etiam authoritate Apostolica confirmatas sancta Synodus irritas decernit; quas à triginta annis citra, ad longum tempus, seu, vt in nonnullis partibus, ad viginti nouem, seu bis viginti nouem annos vocant, factas, Synodus prouincialis, vel deputandi ab ea, in damnum ecclesiæ, & contra canonicas sanctiones*

sanctiones contractas fuisse iudicabunt. quippe huiusmodi confirmationes per obreptionem obtentæ fraudi esse non debent ecclesiæ. vt & in vnionibus idem Concilium decreuit. *ſ.7.cap.6.* sed an ab huiusmodi Concilij prouincialis iudicio appellari possit, dubitatum fuit: tum propter prærogatiuam huiusmodi Synodi, deinde quod à lege non appelletur, ac deniq; quod in materia alienationis rei ecclesiasticæ appellatione remota procedi iubeat *c.9.x.de reb.eccles.non alienand.* verum cum appellationis remedium, tanquam beneficium iuris, semper concessum intelligatur, quando in iure expresse nō prohibetur: & d.c. 9. specialem casum tractet alienationis à quibusdam factæ, ceteris collegis inconsultis, receptam ab illis pecuniam appellatione remota iubet ab illis restitui, quo promptius prædia alienata reuocentur cuius argumēto & eos qui anticipatas solutiones acceperunt, vti d.c.11. indulto aut priuilegio nō obstante irritas declarat locationes: ita probabiliter dici potest, quo minus retardetur ecclesiæ successorumq; vtilitas, appellatione remota ad restitutionem cogi posse: & porro quamuis à lege nō appelletur; permissa est tamen appellatio à declaratione, qua dicitur quis in prohibitionem legis incidisse: *glossa in c.cupientes. in v.quod si de elect. in 6.* deniq; quamuis à Principe aut Senatu *l.1.D.à quibus* vel præfecto prætorio *l.vn.C.ne lic.in vna caus. tert.appell.* appellare prohibitum sit; non tamen id diserte de synodo prouinciali est expressum.

DE FEVDIS.

FEuda in Brabantia ex indulto Principis, cui testatori lubitum est, testamento † relinquuntur. quod non vsque adeo in Flandria obtinet. in Brabantia rursum inter viuos

1\. *Feudi alienatio.*

alienari possunt: in Flandria non nisi iurata coram feudalibus necessitate, scil. quod iuxta suam qualitatem exhibere se non possit nisi feudo vendito. quare si habet allodialia, ea præcedere debent; & si vere necessitas non fuisse probetur, alienatio nulla declarabitur. vt à Parlamēto Mechliniensi 1617. factum est in eo, qui sub annuo reditu, & nō prompta pecunia feudum vendiderat. Est tamen quædam Ordinatio Comitis Flandriæ Ludouici innouata per Philippum Bonum, 27. *August.* 1460. ne feuda alienēntur sine indulto Principis. feuda etiam pro debitis subhastantur, nec à proximo agnato haberi possunt, etiā quæ sunt ex prouidentia maiorum, nisi is hæres fuerit. Quin vt agnatis, sic & Dominis fere inuitis instar allodiorum distrahuntur, nisi quod in subsidium & reliquis deficientib. fieri id debeat. Feudum nobile quod seruitium personale debet possidens, si monasterium ingreditur, statim transmittit ad proximum agnatum: *cap.vn.si de feudo fuerit controuers.c.vn.de milite vasallo qui bellica arma depo.* si porro non nobile, nec personale seruitium debens fuerit, retinet profitens vsumfructum ad vitam naturalem, & postea transmittit ad proximum agnatum. *Aluarot. & DD.in dict.cap.vn.de milit.* in Belgica professi intestati mox omnia bona ad agnatos spectant.

2\. *Feudum Dominis negās per ignorantiā, nō amittit.*

Vasallus † qui feudum domino negat id amittit. si tamen iusta caussa mouetur, vel ignorantia, non malitia, dignus erit venia. Sic Abbas Sancti Petri Gandensis aliquando in Curia Parisiensi cōtra Comitem Flandriæ sustinuit se illius non esse subditum, sed vicinū: sed dictum fuit eum in temporalibus debere superioritatem Comiti Flandriæ in omnibus, neq; tamen feudis mulctatus fuit.

Feuda

Feuda à sacris Dominis mota † feudi propriam naturam non habere asserit Decis. Holland. supremi Senatus *Decis.16.* ideoque etsi decimæ feudales quæ in manu laica sunt iam ante Concil. Lateran. immunes sint ab oneribus Ecclesiasticis reparandarum ecclesiarum & alendorum parochorum; non tamen illæ quæ Dominum aliquem ecclesiasticum agnoscunt. Ideoque ad reparandam Ecclesiam de VVatermuel damnauit Concilium Brabantiæ Ioannem Hoochlant 14 Iul. 1598. qui sub ea parochia decimas possidebat motas ab Abbate Affliginiensi. 3. *Feuda impropria mota à Dominu Eccl*

De re feudaria plura diximus in Notitia Iur. Belg. h. t.

DE FIDEIVSSORIBVS.

FIdeiussionibus Clerici seruire non debent; etsi fideiubere non prohibeantur, in causis quæ à Dd traduntur. Quare cum in Concil. Mechl. ann. 1607, tit. 17. cap. 1. decretum esset ne clerici fideiuberent, sub pœna excommunicationis; id Romanis nō placuit; sed sublata pœna simpliciter ita reposuerunt, *Nemo etiam in Ordine sacro constitutus fideiubeat.* quod habet interpretationem Iuris. De quo videantur DD. *in d. c. 1. 2. 3. h. t.* nam vt sæcularibus se non debent clerici negocijs immiscere, sic, si iusta causa fuerit, v g personæ miserabilis, ratio prohibitionis & causæ inuicem ponderari debet, & præualere quæ præponderat. clericus pro clericis sponderat *in d. c. 2.* pro laico volunt aliqui *in d. c 3.* sed quia illud inscribitur Archiepiscopo Cantuariensi, & *pro cancellario*, inquit, *tuo*, debet potius credi cancellarium illum fuisse clericum. nam pro officio Ecclesiastico ibi ponitur quale etiamnum est in ecclesia Cathed. Leodiensi, & fere huiusmodi munus explentes sigilliferi episcoporum hic dicuntur.

DE PIGNORIBVS.

MOribus † patriæ vel etiam apud Ordines Confœd. edicto. 21. Februar. 1564. derogatum est *authentica hoc si debitor. C. de Pig.* ideoque creditor aduersus quem velit hypothecæ possessorem, etiam diuisim, & pro parte possidentem, pro debito licet iteratiuo, vt annuo reditu in solidum recte agere potest. *qua fuit opinio Bart. in l. Moscbu D. de iure fisci.* quamuis cap. constituti. *extra de Relig. domibus* contrariari videatur. *de quo Guid. Pap. qu.* 432. adeo vt ne diuisionis quidem beneficium possessori quicquam prosit. *Decis. Curiæ Hollandiæ decis. 4.* si tamen debita petitione semel diuiserit, solidum à singulis amplius non petet, *arg. l. 16. C. de fideius.* Ex edicto Carol. V. anno 1529. & statuto Saxoniæ, & moribus multarum Regionum nulla est hypothecæ obligatio nisi quæ fit coram † magistratu rei sitæ; ideoque non est ordo prælationis inter generalem hypothecam habentes. *Holland. dec. 28.* Sed edictum tantum locum habet in hypotheca conuentionali, non autem legali, † *ibi. decis. 30.* & facta obligatione coram Iudice loci, non opus est alia rei apprehensione. *Bus. ad l. 26. D. de pig. act.* prout nec rerū dominium acquiritur ex d. Caroli edicto

1. *Moribus nostris cessat Auth. hoc si debitor.*

2. *Hypotheca non cōtrahitur nisi corā Domino seu eius hominib. rei sita. Nisi qua ipso iure inducitur*

repeti-

repetito per edictum Alberti 1611. 12. *Iulij art*.14.15. & vsu hic inueterato, nisi coram magistratu loci, adhibitis consuetis solemnitatibus quarum olim ea fuit, vt ex illo ipso fundo seu illius superficie cespes & virgula decideretur, & coram iudice emptori à venditore traderetur, quasi possessionis traditæ argumentum. *vt dicit c.2. extra de Consuet.* nunc vna festuca multis actibus seruit, quam etiam omittunt aliorum mores, sola publica testatione Iudicis contenti. pacificam tamen & publicam possessionem diu habitam, præsertim decennio æquipollere ceremonijs voluit. *Pap. arr. l.8 tit.6. in not sub. nr.1. vbi sic dicit iudicatum per l. si Mater, de Inst. & subst. sub Cond. & l. cum Pater. §. hæreditatem, de leg.2.* sed non vbique vsus hic id probauit.

DE SOLVTIONIBVS.

Debitor suspectus de fuga non potest capi nisi de mandato iudicis, & expensis creditoris, *ex Bulla Sixti IV. tradit. Serol pr. p.2. v. debitor.* nec nisi pro maiori summa quam ducatorum septem quicumque sit debitor, *ex Bulla Pij V.* Ob beneficium cap. Odoar. *de sol.* Clericus non potest, vt soluat, excommunicari, aut à diuinis suspendi. *Charond. resp l.13. r. 4.* de quo beneficio c. Odoard. est Bulla *Clem. VII. Inc. cum nuper.* Philip. Pulcher Rex Galliæ, etsi Pontificibus inimicus, Cleri tamen mobilia subhastari vetuit. *Chopp. de sac. pol. l.3. t. 2. num 1.* quod nunc ibi ad sacra restrictum, vt semper peior est posterior ętas, vt post hoc ferreum sæculum nil nisi terreum expectandum sit. In concursu creditorum per præferentiam solui debet miserabilibus personis, vsque ad summam 50. ducatorum, *ex Const. Pij V. Serol. pr. p.2. v. Miserabiles* Clemens VII. *Bulla incip. cum ex multorum* decernit caussas cessionis & discussionis bonorum aut dilationis quinquennalis expediri debere infra breuem terminum. & Paul. III. *Bulla Inc. nota*, vetuit litteras moratorias, & dilationes concedi per quoscumque iudices. Per edictum anni 1540. si presbyteri assistant Bancaroutis, eorumue bona occultent, coërcentur per apprehensionem temporalium. Solutiones etiam hodie non impediuntur per exceptionem non numeratæ pecuniæ, quæ iam non obtinet. *vt censuit Concil. Brab.4. Septemb. 1545.*

DE TESTAMENTIS.

Statuitur sess. 12. cap. 3. Trid. vt qui personaliter non impleuerint incumbens sibi seruitium, illius diei distributionem amittant, nec eius quoquomodo dominium acquirant. Ijsdem verbis vtitur *c. vn. de cler. non resident in 6. & Idem Concil f.24. c.12.* vt prouisi de Canonicatibus nisi præstiterint professionem fidei fructus non faciant suos. & de absentibus vltra tres menses statuit, vt primo anno priuetur vnusquisq; dimidia parte fructuum, quos ratione præbendæ aut residentiæ fecit suos. His ex locis alijsq; similibus aperte colligitur ecclesiasticos post diuisionem bonorum (nam secus existimandum est olim fuisse, cum omnia in communi habebantur, vnde Episcopo, Clero, fabricæ & paupe-

paupetibus sumebatur, quantum singulis opus erat dumtaxat) fieri dominos bonorum, seu prouentuum, siue fructuum, siue distributionum vicem obtineant. *Malderus de Iust. & Relig. t. 4. cap. 4. dist. 2. Lessius de Iust. l. 2. cap. 4. ad 6. num. 43.*

Vt mirum non sit plerisque in locis ideo obtinuisse, † vt & testamento de ijs disponere possint, & intestatis succedát consanguinei hæredes: vt tota Gallia obtinere ait Anthon. de L'estang. *Præf. Tolos. en ses Arrests de Tolose. Arr. 5. n. 6. 7. 23. Chopp. ex sententia Benedicti. in c. Ranutius, Monast. l. 2. t. 2. n. 13 in margine t. 3. n. 9.* nisi comparata bona sint sub nomine, & ad opus Ecclesiæ. *& Ludouic. Char. Resp. l. 7. c. 127 pluresque alij.* Sic refertur arrestum Curiæ Parisiens. an. 1403. quo Episcopus bona presbyteri defuncti à se occupata iussus fuit restituere; & aliud inter Ducem Burgundiæ, & Episcopum de Langres etiam quoad bona mobilia: quanquam ea personam sequantur, vt hic vtimur. Nam vsus multorum Capitulorum, vt & nostri Antuerp. habet, vt succedant suppositis intestatis in mobilia: quāquam Concil. Later. & immobilia comprehendat. *c. 12. x. h. t.* Ad eam rationem etiamnum hodie Vltraiecti in quinq; Collegiatis Ecclesijs, intestatis defunctis, Collegia succedunt; tametsi deformatæ religionis sectatores præbendas pro maiori parte inuaserint. 1. *Consuetudo Clericis testamenti factionem concedit de obtentis per beneficia.*

Sic Episcopi † his in locis intestato morientibus alijs Clericis, aut sine licentia eorum testatis, in mobilia succedunt. & Archiepiscopo Cameracensi Maximiliano à Berghes intestato mortuo successit Ecclesia in mobilibus, eiusque frater Ioan. Dominus de Waterdijck Præses magni Concilij Mechliniæ, à Capitulo deputatus fuit ad eorum administrationem, computum & reliqua reddidit 1572. Vsus autem vt ipsi Episcopi clericis succedant, contrariatur c. fin. *de off. ord. in 6. c. cum in officijs de testam.* omnia enim Ecclesiæ & successoribus relinquenda sunt. & perpetuis quidem, non primo dumtaxat, quasi in vsus suos absumpturo. dict. cc. Hæres tamen omnino Episcopus dicitur, sed pro ipsa Ecclesia & pauperibus *c. 2. x. de pæn.* 2. *Intestatis in Belgio Episcopi aut Capitula plerāque succedunt.*

Quibus conforme est c. 1. *de success. ab intest. c. relatum 12. x. de testam. l. si quis presbyter C. de Episc.* neque id mirum, si & bona eorum, qui certis collegijs ascripti fuerunt, si absq; hærede moriantur, Collegijs asscribantur. *C de hæred. decur. nauicul.* Quæ ideo omnino obseruanda sunt, donec exemplis ad contrariam iuri consuetudinem inducendam sufficientibus alia astruatur. Eam tamen merentur hæc omnia interpretationem, vt quæ vere constant aliunde, quam ab Ecclesia profecta, ad agnatos pertinere censeantur omnino, vt iure pertinent: *gloss in d. c. 1. ex ratione cap. 12. & c. 9. x. test. gl. in c. 2. x. de success. ab intest. Nou. de S. episc. 123. §. presb. in fin. Auth. presbyteros. C. de episc.*

Præsumuntur quidem bona clerici ab Ecclesia profecta. *c. 1. de test. c. 1. de pec. cler. gl. d. c. 2.* cæterum si constet & aliunde aduenisse, & confuse possessa; vt non dignoscantur: nō dubito quin arbitrium boni viri interponēdum sit. *c. 1. 12. qu. 4. arg. à simili c. 12. in fin.* *Quia*, inquit, *vero nonnulli in diuersis Ecclesijs beneficia possident, diuidantur, quæ habuerant per æstimationem congruam inter ipsas.* Præsertim quia Conc. Later. ibi citatum alijq; canones non omnia clerici bona ad Ecclesiā deuolui, sed quæ per eam acquisita sunt dumtaxat mandent. quare & permittit *d. c. 12 d c. 9.* vt de alijs testētur, & quod si non fecerint testamentū agnati quidem in patrimonialibus, atq; alio quam Ecclesię intuitu acquisitis hęredes sint; cetera vero ad Ecclesiā, id est, cleri congregationē, aut Capitulum *d. c. 12* reuertantur. non tam iure hæreditatis, quam peculij. *c. 1. & seq. de pecul. cler.* quod vbi ab hæreditate agnatis debita secerni non potest, per æstimationem congruam ex arbitrio boni viri, vtriq; suum tribuendum est. *d. c. 1. 12 q. 4. d. c. 12. de test. Euerar. cons. 246.*

Cæterum non exſtantibus agnatis Eccleſia *ex c.1.de ſucc.quæ ab inteſt.* ad excluſionem fiſci ſuccedit, etiam in patrimonialibus, aut non Eccleſiæ intuitu quæſitis, *gloſſ. & DD. in d. c. 1. Gudeſm. Iur. nouiſſ. l.2 cap.16.l.6.c.14.l.cognouimus C.de hær.Nou.vt cum de app.15.§.ſi quis §.iuſtum. Auth.idem eſt de Neſtor. C.de hæret.*

Quod autem dum c.quicumque *cap.Pontifices 12.quæſt.3.* permittunt de non intuitu Eccleſiæ acquiſitis diſponere, d.c.quicumque addit *in fin.* ſic: *quod ſi hoc poſt eorum mortem inordinatum fortaſſe remanſerit, Eccleſia cui præfuit, vel miniſter extitit, hoc ſibi in perpetuum vindicabit.* vbi videtur totum ad Eccleſiam deuolui. Chopp. tamen *Monaſt. l.2.t.3.n 9.* ſic ait: *quoties porro ſacerdos pecul ari ſua mixtim cum Eccleſiaſtica pecunia fundum compararit, tum quæſita res diuiduntur à comparatoris herede cum nouo rectore Eccleſiæ, pro rata ſorte pretij, quam contulerit quiſque in eam emptionem, c.4.& 7.Conc.Tol.9.* & habetur *c.1.12.q.4.* vbi caſum hunc diſerte deciſum notat Euerard. *conſ.246.* ſed gloſſ. *in d.c.quicumque* intelligit, vel cum non ſunt hæredes, vel cum Eccleſia eſt in poſſeſſione contra hæredes. Sed *ex c.* manifeſte *& c.ſint 12. quæſt.1.* ſatis patet nolle Eccleſiam occupare aliena, cum ſcitur aliena eſſe. Sic Sabarella *conſ. 79. per totum* reſpondit pro hæredibus Petrarchæ poetæ contra ſucceſſorem in archidiaconatu; quod conſtaret eum patrimonium habuiſſe, vt refert Tuſcus in V. Petrarcha. cui æquiparantur quæſita per induſtriam, doctrinam, & ſimiles cauſas. *Euerard.d conſ.246.*

Agnatos proximos iudices quidem ſeculares indiſtincte hic manu tenerent in bonis à defuncto relictis, donec reſpectu teſtamenti vel in cauſſa principali petitoria hæreditatis aliud foret decretum: ideo quod moribus noſtris à defuncto in hæredem continuatur poſſeſſio. *Le mort ſaiſit le vif. de quo Chaſſan. ad Conſ. Burg. rub.7.§.1.* quæ etiam valet ad interdictum retinendæ, recuperandæue poſſeſſionis. *Chaſſ ibid.* niſi inter iuriſdictionem ſecularem & Eccleſiaſticam inita Concordata aut immemorialis vſus habeant, vt domus mortuariæ ſuppoſitorum Capitulo, quæſtioneſque hæreditariæ neque in petitorio, neque poſſeſſorio ad ſeculares ſpectent. Loquor autem vbi ſaiſina iſta ſcriptis hæredibus non competit, ſed conſanguineis proximis dumtaxat. alioquin hæres ex teſtamento, quod oculare vitium non habet, ex remedio. *De edict. D. Adrian. tollend.* in poſſeſſionem mittetur: alicubi ſaiſina etiam competit Capitulis ac alijs. *Rebuf. ad Conſt. Reg. ti. de poſſ. a. 9. q.1. numer.43.* refert Marchantius in deſcript. Flandriæ *l.1.t.de claſſe ſtatus Eccleſ.* olim † Comites Flandriæ Clericis teſtatis & inteſtatis in ſemiſſem mobilium ſucceſſiſſe, vſque ad Robertum Friſium, qui hoc onus remiſit. Quæ res hanc originem habuit: Franci cum totam Galliam inuaſerunt, incolas deuictos ſeruituti, bona fiſco addixerunt: tametſi magis pro cenſitis, aſſcriptitijs colonis, ſeu glebæ addictis eos habuerunt, quam pro mancipijs. *Loyſeau des ſeigneuries. cap.1. numer.56.* Victores autem Franci, id eſt liberi dicti ſunt, Germanica lingua: (*Boet. Epo in orat. de gente Friſica. lib.8. quæſt Heroic.*) quam ex Franconia in Galliam detulerunt, ſed paulatim immixti multitudini obliti ſunt. Franci igitur & gentiles dicebantur, id eſt, nobiles: perinde atque omnes Biſcaini, à Mauris nunquam oppreſſi, aut immixti, nobiles habentur: & Gothi Hiſpaniarum victores, ſeu quiſquis ex eis originem trahit, & olim & nunc eo ipſo nobiles habentur, & cæteris præferuntur, vnde illud, *viene de los Godos:* & Hidalgos vocantur, quaſi hyo de algo, alicuius filij; cæteros nullius cenſentes, quaſi cucurbitas, & terræ filios: vt videantur iam olim vſurpaſſe ſuum *nada.* De qua re, ſeu, hidalguia conſuli poteſt Guttierres *pract. quæſt. l.3. quæſt.*

5. *Olim in Flandria Comites, teſtatis inteſtatiſque in ſemiſſem.*

quæst.13. Igitur Comites Flandriæ, qui iure Gallico vtebantur, iam inde semper idem vsurparunt, adeo vt omnium non liberorum morientium omnium mobilium dimidiam sibi vendicarent. quod primum Margareta & eius filius Guido remiserunt ann. 1152. omnibus emancipatis, retento meliori catallo, *de quo Nicol. Burgundius tract. ad consuet. Fland. tr.* 15. in morte, & aliquot annuis denarijs in vita, *extant literæ in lib. edict. fol.* 595. quæ centum fere annis post dictum Robertum Flandriam rexit. Igitur si quis talis ordinabatur non manumissus expresse, vel tacito consensu in ordinationem, nullum Comiti præiudicium inferri poterat. *cap.* 2.4.6. *extra de seruis non ordinandis. Auth. adscriptitios & Auth. & ll. seq.*

Ad eum modum in Concordatis Brabantiæ & Namurci *anni* 1541.18. *Augusti*, §. *bona vero* decretum est, quod bona Clericorum bastardorum etiam in sacris constitutorum, nisi à Principe testandi licentiam obtinuerint, vel legitimationem; immobilia spectabunt ad Principem, mobilia diuidentur inter Principem, & Episcopum: donec de iure vel consuetudine aliter fieri debere constiterit. Sic etiam hodieque in Burgundia Principem bastardis, etiam quoad fructus beneficij pendentes, & nondum collectos pro rata temporis succedere, iudicatum refert Gruuel. *Dol. dec.* 82. *n.* 1 & 32. moribus inquam Concordatisque hæc obtinent. perperam tamen certe ea quæ ab Ecclesia sunt profecta fisco applicantur, cum iure ad fisci exclusionem Ecclesia etiam in patrimonialibus seu alias acquisitis succedat. *vt diximus*. In legitimis autē Brabantis nullum esse ius manus mortuæ, Iudicatum est à Conc. Brab. contra D. Niuellanam non obstante probatione contrariæ possessionis immemorialis. Cæterum si quis supra d. seruitutem in dubium vocet, non minus ad eandem quæstionem trahet omnia Imperia & Regna, quorum vix iusta principia inuenias: cū Christus tamen respōderit, Danda Cæsari quæ Cæsaris essent; cū tamen paulo ante cōster inuasam Remp. à Romanis neq; Iudæis satis iuste bellum illatum, quibus ante à Romanis constituta libertas, & societas; *cap.* 8.12.14. *l* 1. *Machab.* (qualem raro Reges hodie firmant, quod scilicet se inuicem in omni bello iuuabunt, & animo & corde pleno & hostibus suppetias, triticum, arma, pecuniam, naues non subministrabunt: & cuiusmodi fœdus Duces Brabantiæ, vt tales & ex causis Ducatum tangentibus inire non possunt, nisi consultis & consentientibus Ordinibus, *Let. introit art.* 3.) & ob dissidia & delicta Ariostubuli, & Hircani toti genti libertas ablata est. *Ioseph. Antiq. Iudaic. l.* 14. *cap* 5.6.7.8. Nihilominus & Christus Pilato nomine Cæsaris Iudææ procuratori roganti an Rex esset. quod ad eius officium spectabat, respondit, regnum suum non esse de hoc mundo; quasi à legitimo iudice rogatus: cum de alijs, nominatim quid esset veritas, quæ doctrina ad eius potestatem non pertinebat, & de omnibus apud Herodē tacuisset: non secus quam per Pontificem adiuratus, an filius Dei esset; respondit *ego sum*. sicut ad hunc spectabat cognitio hæc ex legis diuinæ instituto. Erat enim Pontifex anni illius, cui ea propter etsi impijssimo nec prophetia negata fuit. S. Willibrordus Antuerpiensis Apostolus testamento suo *quod refert R. P. Car. Scriban. in Originibus Antuerpiens. c.* 5. mox in principio donat Epternaco omnem rem, & villas seu mancipia quæ ei ingenui Franci condonauerant, illis vtitur verbis; eosque deinceps narrat dominum nostrum Pipinum, & Dominum nostrum Carolum maiorem domus, & secundo loco Rothingum seu Rohingum, ita enim sonat donationis charta, etiam nunc Epternaci exstans: (cuius exemplum anno 1618. loci Abbas transmisit Aub. Miræo. Can. Antuerp. Principū nostrorum Palatij Cutioni) quæ vtitur his verbis. *donat Ecclesiam sitam in Castro Antuerp. cum terris*,

terris, domibus, ædificijs, accolabus, mancipijs, mansis, syluis &c. *gregibus cum pastoribus,* &c. *an. Christi* 732. quæ sunt primigeniæ nostræ Vrbis memoriæ. Sed altius alias etiam repetit Scriban. *ibid. cap.* 4 sed non æque diserte de hoc loco statuentes. Itaque ex his patet, S. Willibrordum approbasse seruitutem accolarum & dominatum Gallorũ, intra prima iam sæcula, post eorum aduentum qui tamen in Brabantia quomodo deinde indicia seruitutis amiserint, vt diximus iura omnia manuum mortuarum, in ea locum non habere; nescimus: non enim armis se subduxere à iugo Francorum; quid pactis fecerint, non satis de ijs sæculis constat.

Id tamen constat, vt etiamsi ex regionibus exteris seruus vel fugitiuus eo deuenerit: à regionis puritate naturæ libertatem consequatur. Iudicatum id est, arresto Parlamenti Mechliniensis. *scribit Molanus libro tertio, de Canonicis cap.* 34.

Læti introitus posteriorum Principum aliquatenus sed non satis diserte initia indicãt, quibus principijs ad primordialem libertatem reditum sit. Itaque qui huiusmodi nexu tenebantur, vt ad rem redeamus, sicut ordinari ita & testari in præiudicium dominorum non potuerunt, vt diximus:

Robertus tamen Flandris hoc onus remisit, siue ob monita Vrbani II. *vt ait Marchantius d. loc.* siue vt scelera sua expiaret. quo nomine plura templa partim à fundamentis erexit, partim destructa à Barbaris restituit. *Meier. in Cron. Fland. ad an.* 1071. Nepotem enim occiderat, & dominatum inuaserat: ferox, & bello felix. Testibus Gallis, non ad internecionem tantum nobilium ad Cassellam cæsis, pugna adeo cruenta, vt torrentes in montis Cassellani radicibus sanguine fluxerint. *Meier. ibid.* atque inter spolia tot deauratorum calcarium millia inuenta sunt, vt ijs cedant modij annulorum Cannensium.

In corpore Iuris Can. quod ex censura Gregor. XIII. prodijt, sub c. 2. inuenies Innoc. III. Archiep. & Cap. Lugd. rescribentem, non improbasse consuetudines & constitutiones regni Daciæ, quantum ad ea quæ ius fori contingunt, vt nullum vsum testamentorum illius prouinciæ hominibus contingat habere: Cæterum donationes inter viuos vel in vltima voluntate per scotationem, quam vocat & describit, ex consuetudine ibidem etiam vsitata in causam piam factas mandat obseruari. Censent quidam Comitatum Burgundiæ, Francum appellari, propter immunitatem incolarum, & libertatem testandi pro libitu: quæ non æque in Ducatu Burgundiæ obtinet. *Ragueau en son indice des Droicts Royaux. v. francq deuoir.*

4. *Fructus nondum percepti ad defunctum & successorem quatenus spectent.* Iulius III. testatorum & intestatorum fructus, nondum perceptos ad successores in beneficio spectare vult. † *P. Matth. in sep. Dec. l.* 1. *tit.* 16 *cap.* 3. alibi pro rata temporis diuiduntur qui cesserint tamen. *Ann. Rob. rer. Iud. l.* 3. *cap* 3. *qui locus in hac materia praclarus est. Bugn. leg. abr. l.* 2. *sect.* 218. Leuinus Torrentius Episcopus Antuerp. facultatem testandi in diocesi Antuerp. omnibus fecit, saluo tamen, & ei reseruato mobilium nummo sexagesimo, redditione computuum, &c. postquam scilicet animaduertisset nemini petenti eam facultatem consueuisse negari, adeoque sine examine concedi. Itaque is publici iuris fecit; ne formulà petendæ licentiæ, captatoria hæreditaris esse videretur. Ex qua consuetudine petendi & promiscue concedendi licentiam testandi & Alexand. III. permissũ *in c. ad hac.* 8. *& c. relatum. vers. consuetudinis. x. b.*
5. *In diocesi Antuerp.* *t.* (qui exceptionem tamen non regulam continet) natum credo, vt passim † paulatim ita hæreditates pro lubitu Clericorum deferri introductum sit: non simpliciter. quod qui–

quidam volunt, similitudine potius vitiorum, quam vllo iure. Qua in re tamen primitus promiscue concedentes non omnino excusauero. Quamuis causam illorum, non parum iuuet Constitutio Iulij III. *inc. cupientes.* 1550. qua curiam Rom. sequentibus facultatem facit testandi de quæsitis ex beneficijs, etiam in fauorem incapacium. atque hæc quidem dandæ facultatis testandi consuetudo sua hic antiquitate defenditur; alias Papæ iure reseruata est. *Nauar. de spol. cler.* §. 9. *n.* 3. *de Redd. Ecc. q.* 1. *m.* 40. *n.* 8. Quin & qui bastardi fuerint legitimati tantum à Pontifice aut Nuncio, Episcopum in medietatem bonorum mobilium, & in assem immobilium relinquunt Principem hæredem in Brabantia. *Concor.* §. *bona vero.* ad quem modum etiam intelligo. §. *de crimine hæresis in d. Concord.* vt aut procedat in solis laicis; aut si Clerici comprehendantur, confiscatio quæ Principi ibi addicitur, tantum procedat in immobilibus, quod iure controuersum est; *Diaz. pr. cap.* 114. sed praxis † Galliæ aliorumque locorum firmat; *Lopez. ibid. Imbert. Inst. for. l.* 3. *cap.* 16. *gl. ad l.* 6. *Bugn. leg. abr. l.* 1. *sat.* 107. mobilia autem cum sequantur personæ conditionem; cum in hoc casu secus expresse conuentum non sit, cedant ecclesiæ, cuius recepit stipendia; aut Episcopo, si non habuit beneficium. illi tamen sub cuius diocesi sunt constituta, vt iudicatum refert Imb. *vbi supra* quod in publicatione bonorum intelligo, non in successione. Et quamquam in *c.* 1. *de testam.* prohibetur † Episcopo testamentum facere de rebus ex beneficio quæsitis, tamen non scio in Belgio irritatum alicuius Episcopi testamentum eo nomine quod non habuisset facultatem à sede Apostolica. *Prout Bugn leg. abr l.* 6 *collect.* 93. *in Episcopis iure Gallico generali id asserit, & particulares locorum passim consuetudines recitat.* Dicentur ergo iura Cleri testari permissi obtinere. etsi in Hispania secus sentiat Couarr. *in cap. cum in Offic. de testam. num.* 9. *Molina de Iustit. t.* 1. *t.* 12. *D.* 147. *n.* 13. Paulus tamen III. adeo Prælatos fecit intestabiles, vt ne locis quidem pijs vltra decimam partem relinqui, quocumque titulo velit, & omnes acquirendi contrarias concessiones eo reducit. *Const. ref. P. Matth. D. l.* 2. *t.* 14. *cap.* 1. Inuenio quidem D. Willibrordum, à quo ferè initia nostræ fidei Regio nostra suscepit, testamentum sine mentione vlla Pontificiæ facultatis condidisse. *quod habes apud Caro. Scriban. in Orig. Antuerp. ca.* 5. *virum mirandum, non ob scripta tantum, ingenijque monumenta ære perenniora, sed & templum quod Antuerpiæ Societati extruxit, in quo à fundamentis introrsum nihil præter marmor apparet, ex media Italia delatum, quod superet, non tantum certare possit cum templo illo, orbis vniuersi voto; ex cuius incendio non memorandus ille sacrilegus nominis æternitatem quærebat.*

Pa... danda facultas testandi.

6. Idem alibi gentium

7. An idem de Episcopis censendum.

Enimuero testamentum D. Willibrordi totum in causas pias dirigitur, & vix aliud agit quam vt designet loca sacra, quibus eleemosynas applicet, quæ in genere atque ad eius sacram dispositionem ei erant collatæ. Nihil vero ab Ecclesia profectum in consanguineos aut alios confert; quod eo tempore nondum inoleuerat, adeoque nec vsus eiusmodi licentiarum bonorum ecclesiæ diuisione nondum facta. Et vero vt nunc, postquam res prolapsu temporis mutatæ sunt, vt postulatio licentiæ, vbi & causæ cognitio soleat accedere; pro modo hodierno testandi, interueniat: non improbandum est. ob causam *d. c adhac. d. c. relatum.*

Extat etiam constit. Pij V. reuocatoria facultatum testandi concessarum Religiosis militibus vbicumque effectum sortitæ nondum sunt dispositiones. *refert Azor. lib.* 13. *Inst. Mor. cap.* 5. quod intelligo de priuilegijs personalibus. Cæterum si alicuius Ordinis institutū id permittat, *vt habet Choppin. l.* 1. *Monast n.* 20. *in marg. de Ordine S. Antonij Vienn.* vt illius

Religiosis seruitoribus suis & ad pias caussas aliquid relinquere liceat, non existimo eo Pij V. Const. extendi.

Eo fere modo Alexand. III. *in c. relatum. 12. vers. consuetudinis. x. h. t.* clericis morientibus de mobilibus ecclesiæ intuitu acquisitis disponere permisit: non tamen in vim testamenti. vt se Alexand. explicat. *in c. ad hac 8. x. eod.*

8. *Quatenus hac sine offensa conscientia fiant.* Enimuero Episcopi, Canonici, & alij beneficiati, † quod ad eam partem fructuum attinet, quæ congruæ eorum sustentationi est necessaria, ita sunt Domini, vt fere non magis teneantur ex ea erogare ad opera pietatis, quam ex bonis patrimonialibus. Hinc Pius V. *Const. inc. Romana 3. Cal Septem. 1567.* ordinauit, ne Camera Apostolica spoliorũ nomine quidquam exigat ex bonis beneficiati, qui dum viueret beneficium tantum habuit triginta ducatorum. Neq; Concilium loquitur de ijs, quæ quis sibi hoc modo subtraxit, vel quæ iusto labore pro meritis acquisiuit. hæc enim non censentur fructus beneficij, sed propriæ industriæ; sed loquitur de ijs tantum quæ ratione beneficij obueniunt, & sustẽtationi redundant. *Lessius de Iust. l. 2. c. 4. d. 6. n 39.* 40. quæ si expendant in vsus prophanos, vel ad ditandos ac augendos amicos, lethaliter peccent. *Lessius ibid. n. 47.* neque de his testamento disponere possunt in vsus non pios, non tantum Episcopi, de quibus primario sonant verba *c. 1. s. 25. Trid.* sed omnes Ecclesiastici vt in fin. extenditur: vtpote in quibus eadem ratio obtinet. Quamquam forte ad vsum hodiernum loqui. ideo magis videri possit Concil. quod etsi generaliter Clerici, consuetudine disponere & testari permittuntur, iuxta suam conscientiam, non tamen vbiq; Episcopi, nisi speciale à sede Apostolica habuerint indultum, vt dictum est. Quin & L. Molin. *de Iust. tract. 2. d. 147. n. 31. per d. c. 1. sess. 25. Trid.* censet id adeo iuris esse naturę, vt Clerici de acquisitis per ecclesiã, sepo sita parsimonia, industria &c. testari non possint; vt aduersus illud vlla consuetudo vim non habeat, *vt & supra tetigimus de prebendis.* Nihilominus Anton. de L'estang. Præs. Tolos. *ibid. in suis Arrest. Tolos. arrest. 5. n. 23. 24.* consuetudinem Galliæ generalem testandi de acquisitis ex beneficijs sustinet, à Concilijs generalibus & sacris Canonibus approbatam esse: & quamquam non extet aliquis Canon; contendit tamen ex Ioanne Andreæ *ad reg. nemo potest de Reg. iur.* in prima compilatione caput 2. sub rubrica de testament. insertum fuisse, quod diserte huiusmodi consuetudinem approbasset; sed in 2. editione id caput fuisse sublatum, ne alijs prouincijs daretur occasio, quæ ad eiusmodi consuetudinem nondum deflexerant, à primitiuis Canonibus discedendi. quod ipsum constare etiam asserit, Ioan. Andreæ non gratis dixisse, inspicientibus volumina dicta primæ collectionis. sed is præsupponit iuris positiui esse tantum, ne Clerici de fructibus beneficiorum sibi obuenientibus, secus quam in vsus pios, disponant; adeoque in eo consuetudinem iuri derogare posse. sed id caput simpliciterne an cum distinctione iam tradita fuerit accipiendum, is cui vsu veniet expendet. qua de re tota, & quantum iuris alias habeat Clericus in ijs quæ habet ex beneficio, disquirit Azor. *Inst. mor. p 2 l. 7. cap. 8 9. 10.* Binsfeld. in Enchir. 4 *p. cap. 13.* vbi refertur locus Ambros. *l. 1 off. ca 3. Melius est*, inquit, *vt ipse tuis subuenias quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere, non tamen vt illi ditiores fieri velint ex eo quod tu conferre potes in opibus.*

9. Qui vero solo indigentiæ non sanguinis intuitu, vel inter viuos vel per vltimam volũtatem consanguineis prospiciant, non nimis frequentes sunt; & plures forent, si dum se ad condendum testamentum componunt, prius *iuxta Couar vbi supra num. 13.* examen & iudicium suæ conscientiæ subirent; non vero tanquam oculos obnupti aliorum vestigia

ſtigia pone tantum legerent, aut carneos oculos tantum adhiberent; cogitantes quod, non, ſicut videt homo, & Deus videbit. quod ſi dubitare inciperent, admitterent ratiocinationem Ciceronis l. 1. Offic. *quocirca* inquit, *bene præcipiunt qui vetant quicquam agere, quod dubites æquum ſit an iniquum; æquitas enim lucet ipſa per ſe, dubitatio cogitationem ſignificat iniuriæ.*

Quo tamen facilius prouocentur homines ad pias cauſas, earum fauore ſolennitates iure remiſſæ ſunt, teſtantibus & vero ſæpius negliguntur, & quoad pia relicta valere etiam non inſtituto hærede credit teſtamenta ſeu vltimas voluntates Sa. *V. teſt.* § 4. & Epiſcopis piarum voluntatum executionem commendarunt ſacri canones, & Concilium *Trid ſ. 22. c.* 8.

Non tamen omnes tam pios eſſe velim, † vt per exceſſum ad impietatem vergant; ſed menſuram ſeruent præfixam *c. ſi quis. 13. quæſt. 2.* vt Chriſtum ſcribant in filialem portionem, non amplius, quam quidem menſuram, non quis cogitur exoluere, ſed vetatur tranſcendere. & alibi S. Auguſt 17. *quæſt. 4. cap. fin.* non patitur eos qui quaſi in piam cauſam nimis integras hæreditates venantur. *v. Malder. in medit. theol. diei* 22. vbi applicat quod de corban dicitur *Marci.* 7. Teſtamento Flandri etiam in cauſam piam ſupra tertiam bonorum patrimonialium, mediam acquiſitorum, (quibus etiam feuda continentur) legare prohibentur. *Iac. Mach. in decr. Fland. tit. de legibus.* 10. *Non laudanda pietas quæ natura obliuiſcitur.*

Ex teſtamento nullo fidei commiſſum † ſi agnoſcitur, ſolui debere, non vt ex teſtamento, ſed quaſi alia relinquentis voluntate, Charond. *l. 3. Reſ.* 47. refert iudicatum. Non tamen teſtantis tota voluntas in diſpoſitionem tertij relata valida erit ſi dicit ſe alicui eam indicaſſe, tametſi declaret in cauſſam piam reliquiſſe: ſed ſi non nominet quidem in quam rem reliquerit, ſeu quoad modum dicat ſe indicaſſe, ſolemniter tamen teſtetur, & relinquat, modo collato in ſecretum alienæ voluntatis, ea voluntas recipietur tanquam collata in arbitrium boni viri, *vt quidem vult Charond. vbi ſupra Reſp.* 84. Tamen M. Ant. Gen. *pr. c. 2. in n.* 13 *ex l. Theopompus, D. de dote prel. l. quem hæredi. D. de reb. dub.* vult ſtari dicto talis commiſſarij, tam reſpectu quantitatis quam perſonæ, quam & cui teſtator legare voluerit. ſed magis vrget *c. 13. extra de teſtam. qui extremam,* inquit, *voluntatem in alterius diſpoſitionem committit, non videtur decedere inteſtatus.* negat tamen Charondas exſtare iuris locum, qui huiuſmodi relicta probet; ſed id c. 13. facere videtur. & memini executionem habuiſſe teſtamentum taliter conditum à quodam Canonico. 11. *Voluntas in alterius arbitrium collata quatenus ſubſiſtat.*

Itaque hæredis nominatio in alterius arbitrium collata, multo magis ſecreto pectoris tantum commiſſa, ſubſiſtit. Hærede enim nominatim ſcripto nihil dubij erat Innocentio III. in *d. c* 13. decidendum. Inteſtatus enim ſolus decedit, cui ex teſtamento nemo hæres exiſtit. *Inſt. de hered. quæ ab inteſt. in princ.* legata autem quacumque ex cauſſa caduca fiunt, nihil ad id refert. Nominatio autem hæc ab ipſis teſtamenti tabulis teſtatoriſque elogio fidem auctoritatemque omnem nanciſcitur; quippe, cum relatum inſit referenti, perinde ea executorum declaratio habetur, atque ſi diſerte tabulis eſſet inſerta, præſertim ex æquitate Canonica, *vt bene gloſſ. in d. cap.* quam contra iuris ciuilis ſubtilitatem forte conſiderauit Innoc. Vnde orti mores videri poſſunt, vt hodie more modoque loquendi teſtati videantur etiam illi, eorumque voluntas ſubſiſtere, per conſuetudines locorum multorum; qui etiam hæredem nullum inſtituerunt. Bene tamen Charond. *dict. reſ.* 48 ex rigore edicti *de quo ibi & hic infra n.* 17. negat ſubſiſtere voluntatem, quæ non tota & in ſcriptum redacta, & ſignata ſit.

Et

12. *Palā exprimatur.* Et quidem oportet testantem palam profiteri suam voluntatem: † non ad interrogationem Notarij, ita vel non respondere; & dubitationem relinquere, molestia rogantis, morbiue, an enixa voluntas eam expresserit. *Char. lib. Resp 5. r. 46.* etsi dissentit Decius *consi. 489. in cas. ad med. Boer. decis. 33. num. 60. Ioan. Dilect. de arte testandi. tit. 4. caut 2.* Distinguit Bus. *ad l. 21 num. 6. D. Qui Testam.* vt si nunquam ante notario aut alteri voce indicarit hæredem, ne id pro testamento accipiatur, ne iure quidem Canonum: si aliter vnquam iudicauit, valeat.

13. *Et serio hoc agatur.* Multo minus inter † alios actus sermocinationesque dicere sufficit, *ego te heredem facio, aut bona mea tibi relinquo: neque enim id oportet pro testamento obseruari,* vt ne quidem id in milite receptum sit. § *plane, inst. de milit. testam.* sed constare debet testamentum factum esse, & defunctum testandi actum voluisse exequi. *Bartol. Socin. in l. 1. § si quis. D. de verb. obl. num. 3. Alciat. ibid. num. 13. Choppin. de priuil. rust. l. 3 cap. 7. num. 9.* qui etiam loquuntur in caussa pia *Mynf. Angel. Hotom. VVesenb. d. § plane.* vt appareat de animo testandi serio agi, contestetur testes, &c. Quod vt constaret, iure ciuili multa solemnia requirebantur: Canonico

14. *Solemnia hodie requisita.* † sufficit Notarius vel Pastor, & duo testes. Panorm. *in cap. cum esses. h. t.* alijque existimant Curati aut Vicarij generatim commissi vicem suppleri per duos idoneos testes, in conscriptione testamenti: non tamen per alterius confessarij, etiam à parocho specialiter deputati præsentiam. *Chopp. de sac. pol. l. 2. t. 1. n. 14.* & edictum nostri Principis ann. 1611. pastorem aut eius vicarium requirit. *ar. 12.*

Quod edictum quia non tantum præsentiam, sed etiam subscriptionem requirit, *vt latius dicemus infra num. 20.* & dilucide ostendit quæ ibi disponuntur pro forma & solemnitate exigi, quod non ita fit ab illis decretalibus fundantibus se duntaxat in iure illo diuino, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum; existimem per illud edictum non posse suppleri parochi absentiam à super numerarijs testibus, neque itidem defectum subscriptionis, testatoris, vel testium aliquorum. quia forma per æqui pollens suppleri non potest. *Choppin. de moribus Parisiorum: lib. 2. tit. 4. nu 3. vers. porro si, & iuris respons. 355. vol. 5.* vbi defectum duorum testium suppleri negat ab altero notario, vel parochi absentiam à duobus alijs testibus, & arresto Parisiensi refert 17. *Cal. quintiles* 1602. rescissum testamentum à duobus notarijs non alijs testibus subscriptum.

Quid in Chirographariis testamentis. Cæterum quod spectat eam solemnitatem testamenti, & consuetudinem quorundam Capitulorum testandi sub solo Chirographo, *argumento l. 15. C. de testam mil.* exemploque militis translato ad clericum: an ea satis constet, despiciendum ex facto vsuque est, & illud porro; an nunc subsistat post d. edictum, ar. 12. & seq.

Qua etiam in re examinandum est, quantum vel immemoriali vsu rerum, vel concordatis cletus edictis Principum ligetur, vel ijs solutus sit: vt porro videatur an edictum, an antiqui mores obtinere eius respectu in quæstione hac debeant, nam quod *num. 16. infra dicimus ex Brab. concordatis,* non respectu cleri, sed populi obtinet, de cuius testamentis non iudicaret Iudex Ecclesiasticus sepositis concordatis. alioquin vix in iudicijs obtinebitur, quin iure legum edictorumque communi clerici vtantur, nisi speciali consuetudine iuuentur.

15. *Inducia Belgica testamenta* In tractatu induciarum † *art. 32.* & illius interpretatione *art 32.* dicitur, quod omnes dispositiones & exhæredationes factæ caussa belli aut religionis habentur pro non factis. Vnde id multo magis obtinet in futurum, cum dicatur in 2. art. Induciarum, quod hostilitas

hostilitas omnis cessabit, cuius est effectus exhæredatio, ob hostilem animum intuitu belli aut causæ belli, vt fuit Religio, vt quicquid est caussa caussæ, est caussa effectus, eodemque spectat: & tamen si non inseruerit testator causam; non censeo admittendum quem ad probandum ex caussa Religionis fuisse factam: quia in art. 19. edicti Principis. *anni 1611. super administrat. instit.* cauetur, ne probationes per testes fiant, non tantum in cõtractibus excedentibus 300. florenos, sed & in testamentis, quasi plus dictum quam scriptum appareat. sed hoc quidem de ijs testamentis intelligo, quæ post edictum condita sunt, neque ad præterita extendi. *L. Iubemus 29 in fin. C. de testam. Auth. hac Constit. interp. priorem. §. hac igitur. Coll. 6. Auth. vt facta noua Constit. post insinuationem. §. 1. Coll. 5. l. leges. de leg.* neque interest quod superstites post hanc Constit. testatores testamentum aliud scribere potuerunt, & se ei conformare: nam vti non tenebantur, *d. §. 1. in verb. unde præteritum omne &c.* sic etsi non fecerint, actus prior ex subsecuta *Constitutione* nec in eorum fauorem mutationem accepit. *ll. c. 2.* Et quamquam † in Curia Ecclesiastica ius Canonicum seruetur, 16.

irritant in odium belli aut religionis conscripta.

& eo deficiente ius ciuile commune. *c. 1. 2. de noui oper. nunc.* deinde Principum edicta & consuetudines locorum; tamen in causis testamentarijs & dotalibus, *Concordatis Brab. §. 1. de testamentis,* tenemur etiam in eo foro sequi Principum Ordinationes & consuetudines locorum. Vnde ex caussa istius Constitutionis, quæ etiam art. 19. omne genus dispositionum excedens 300. floren. scripto fieri iubet, & super non scriptis ius non dici, nunc in Belgio nostro cessant testamenta nuncupatiua, † vt ex simili Constitutione Galliæ intulit Charond. *resp. l. 9. r. 35.* Similiter iudices Ecclesiastici irrita debent pronunciare relicta, donataque inter viuos, vel alias immobilia bona, aut super ijs constitutos reditus vitales, aut perpetuos, à minoribus 25. annis ad opus suorum tutorum, curatorum, bonorum administratorum, aut prolium illorum, aut patrinorum, aut concubinarum, ob sanctionem Car. V. *diuers. Ord. 4. Octob. 1540. lib. edict. fol. 772.* sic in Flandria edictum Principum *an. 1611. super admi. inst. ar. 14.* quod tamen non procedit in patre, auo, matre, auia, fratre, vel sorore. 17.

Testamenta nuncupatiua in Belgio cessant vbi nõ sunt decreta consuetudines contraria.

Milites & Clerici † iure concubinas inutiliter scribunt hæredes, legant, donant, & minorennes immobilia, *ex Const. Car V. vt supra diximus tit. de cohab. Cler. & Mul.* 18.

Milites & Clerici inutiliter testantur pro cõcubinis.

Sed † an idem nunc obtineat in paganis, postquam generatim inhibitus est concubinatus. *vt ibid demonstrauimus,* quæ in alijs ratio huius pœnæ fuit. *d. l. miles 41. ff. de milit. test. l. 2. de don. int. vir. & vxor.* & etiam ius nouissimum ciuile recepit. *Nou. Leon. 91. & ibid. Ant. del-Rio. Ioan. Goddeus in l. 144. D. de verb. signif. Decian. vol. 1. resp. 5. num 94. Paleot. tract. de spur. cap. 12. num. 10. Clar. 5. fornicatio. num. 6. 7. Burgnon. l. de Loix abrogees 1. ca. 58.* quare nec eis benefacere permissum erit, non magis quam olim militi & Clerico. *Raph. Cuman. in l. miles 41. §. mulier. D. de milit. test.* eo argumento quod ea Lex turpem mulierem dicat, *nec ex testamento militis capere posse,* quasi *ne quidem* dicat, ac implicet, vt nec ex pagani possit. *Cesar Vrsillus ad decis. Afflicti 102. Lucas de Penna l. cohortales. Cod. de cohort. l. 12. exacte Crauetta cons. 368. num. 3. & 8. Sebast. Nauius in d. l. miles.* & Bugn. *de Loix abrogees. l. 1. 239.* dicit esse generalem consuetudinem, vt nec concubinæ, nec prolibus hæreditas, aut legatum à concubino tribui possit, abrogata *l. si quis. C. de natur. lib. &c.* præsertim cum hodie concubinæ & naturales liberi, non sunt ad mentem & rationem antiqui iuris. *vt itidem diximus supr. de cohab. Cler. & mul.* quare & Masuer. *in rub. de succes. §. itidem bastardus* ait, quod leges concubinis & nothis fauentes ab vsu iam dudum recesserunt. quod tamen in his locis omni- 19.

An idem nunc in paganis.

modo receptum non est, respectu patris testantis, & intestatæ matris & prolium inter se: *vt dicemus infra tit. prox. & lib. 4. qui filij sint legitimi.* Quamuis autem lubenter ego in affirmatiuam quæstionis initio propositæ opinionem transirem; quippe quæ pietati & pudicitiæ publicæ faueat, dum multi ad licita matrimonia ducerentur, si damnatis lecti consortibus & liberis vltimo elogio benefacere non possent; tamen quia Imp. noster Car. V. eam diserte in minorennibus tantum recepit, non satis ausim pœnam proferre vltra limites ab eo positos: etsi Lex etiam prohibitiua concubinatus ad paganos non tam prorogata quam canonum censura emendata sit, qui ipsi concubinarios intestabiles expresse non declararunt: vt nec Pius V. in Const. cuius meminimus *sup. de coh. Cleric. & mul.* qua illegitimos tantum clericorum filios ex patrum testamento aliquid capere vetuit.

Edictum 1611. art. 12. requirit non tantum vt testamenta scribantur, sed vt & subscribantur † à testatore, & duobus testibus, qui etiam ad hoc vocati sint, siquidem scribere norint, cuius mentio etiam instrumentis inserenda sit à tabellionibus, Pastoribus, aut vice Pastoribus, qui nihil sibi suisue tamen adscribant & insuper seruari oportet solemnitates requisitas, tam quoad formam testandi, ætatem testantis, quam qualitatem bonorum, statuta loci rei sitæ, nullo legato relicto ijs quos mox recensuimus *omnia*, inquit, *sub pœna nullitatis* quæ verba credo relatiua non ad immediate tantum præcedentia, sed omnia tribus illis articulis constituta.

20. *Testamenta à testatoribus & testib. hodie in Belgio subscribenda.*

Quare Principes 18. Martij 1620. ad meam supplicationem interpretatione sua declararunt omni casu nulla esse testamenta siue sola testatoris, siue sola testium, siue vtrorumque subsignatio desit, siue notarius solum in protocollo, instrumento, seu testamenti tabulis non annotarit, *scribere testatorem non posse*; qui tamen coram eo testibusque id indicarit (quod itidem in Gallia cum similes regiæ ordinationes essent editæ sine nullitatis mentione obtinere testatur Charond. *pandect. Iur. Gal. lib. 3. cap. 1.*) declarauerunt tamen alias ijdem Principes in testamento patris inter liberos condito noluisse eum rigorem requirere.

Priori autem interpretatione etiam hæc decisa sunt. edictum non in testamentis tantum, sed etiam codicillis, seu testamentis, quæ clausulam codicillarem habent, & quibuscumque alijs extremis voluntatibus, etiam militum in præsidijs agentium, locum obtinere: sub verbis *si scribere nesciant* non litterarum tantum ignorantiam, sed & ob morbi acerbitatem forte impotentiam comprehendi. vocatos autem testes (quod edictum requirit) intelligi non tantum è domo vocatos, sed & eos qui ad ægrotum inuisendi causa venientes, ac fortuito ita reperti, requisiti sunt, vt factioni testamenti intersint, dum faciunt quod testem facere conuenit. Dum autem excipit edictum ea loca, quæ consuetudines contrarias habent decretas; eas solas intelligi, quæ authoritate Principum decretæ sint, non vsu longæuo seu alia quacumque firmitate duntaxat stabilitæ. Præter hæc tradunt practici nostri & Gudelim. *de iur. nouiss. li. 2. c. 5.* ad substantiam testamenti, prout hodie est, vocaturque, moribus necessariam non esse hæredis institutionem. adeoque vix differre à codicillis: testatorem partim testatum, partim intestatum mori posse: eumque qui institutus est in re certa, seu cui pars certa, genusque bonorum relictum est non aliud capere, quam quod expressum est: & reliquum hæreditatis ad propinquos ab intestato deuolui, non instituto accrescere: demum ex certo tempore vel ad certum tempus hæredem institui; necessariam non esse liberorum exhæredationem: sed pro ea haberi præteritio-

teritionem, vt valeat quidem testamentum, inofficiosum tamen dici possit: eam enim querelam quæ non iuris & suitatis substantiam, sed charitatis & naturæ officium respicit, retineri: pupillarem substitutionem quatenus bona à patre relicta egreditur, non agnosci, neque ad illius exemplum mente capto substitui: præterquam quoad bona quæ ei testator reliquit, quorum pleraque ad exemplum fere militarium testamentorum nõnullis in locis disertis statutorum verbis, alibi generalibus v. g. cum dicitur non alias requiri iuris solemnitates, quam notarij vel parochi duorumque testium præsentiam, dum vsus qui & alibi sine alio scripto consistit, generatim ita receperit. quod cuique suo loco expendendum, qua tamen in re vbi consuetudines decretæ non sunt, edictum principum hic obseruandum est.

Iuxta c. Rainut. 16. *ext. de test.* duæ quartæ † Treb. & Legitima detrahuntur, quod late disputatum apud Dd. quos refert Fachin. *l. 4. contro. c. 2.* sed decis. Cur. Holl. *d. 17. in fin.* dicit d c. per totum mundum obseruari, adeoque d. Curiam Holland. 9. Ian. 1583. ita iudicasse, quod & Parisien. Curia fecerat. Cal. Iun. 1585. *Ann Rob. Rer iud. l. 4. cap. 17.* quod & aliqui ad Falcidiam prorogare voluerunt. sed Zabarel. *ad d. c.* Rainut. non admittit. quia dici nequit exhausta hæreditas, ex quo legata non excedunt dodrantem, vnde legitima constat ex reliqua parte: Trebellianica autem detrahitur non ideo, sed quia hæres cogatur restituere. ego cum fideicommissis legata exæquata sint, obtinere crederem in Falcidia, quod in Treb. obtinet; nisi quatenus rei natura repugnaret. Porro si filij legitimam detrahunt, quasi æs alienum, debitum iure naturæ, *vt dicit cap. Raináld. h. t.* & ex reliquo as hæreditatis constituitur, non video, quomodo cum de Trebellianica & Falcidia agitur, non erit eadem detractio æris alieni, & ex reliquo constitutio assis hæreditarij: vnde certum apud me est, iure ciuili ignotam fuisse vtriusque quartæ detractionem. *vt Cuiac. l. 8. obs. cap. 3.* sed ius Canonicum expressum, in foro facile accedente filiorum fauore depressisse aliam opinionem. Nec quicquam me mouet, vt generatim aliter sentiam, Nou. de restit. *& ea quæ parit.* §. *Quamobrem.* per quam Fach. *vbi supr.* quasi ex iure nouo suam opinionem stabilit; quasi fassus iure veteri secus esse: quia non loquitur generatim *d. §.* sed demum casu, quo non † sufficeret legitima pars ad dotis, aut antenuptialis donationis oblationem honeste & secundum personarum qualitatem & merita. *vt sunt verba dict. §.* quæ conuincunt per particulam, *si*, potius tradi exceptionem aut casum singularem quam regulam: qui tamen casus valde est notandus: vti est frequens, nec satis animaduersus ab omnibus, tamen in cognitione & arbitrio iudicis subsistens: vel potius vult *ibi* Imp. in iudicis arbitrio constituere augmentum legitimæ, vt si non suffecerit triens, vel semis, v g. in eo habet qui 20. plus minus, liberos, vt augeatur: & quatenus augendum videbitur iudici, detrahatur; non vt duæ quartæ; sed vt vnica; etsi ob caussam aucta.

* * *

21. *Duæ quartæ vbiq; vt detrahantur recepta opinio.*

22. *Verior interpretatio.*

DE SVCCESSIONIBVS QVÆ AB intestato deferuntur.

1. *Spolia vbi & in quib. locum habeant.* PRoximo titulo etiam diximus quid vsus in successionibus Ecclesiasticorum intestatorum hic habeat. Sed ex Constit. Pauli III. bona Prælatorum, & Religiosorum † extra claustra degentium, ex Const. Gregor. XIII. apostatarum & Clericorum bona per illicitas negociationes, aut via à sacris Canonib. prohibita, acquisita *vt latius infra tit. de apostat. n.* 10. ex Const. Pij IV. & quorumcumque ecclesiasticorum in Italia extra Vrbem defunctorum, ex Const. Greg. XIII. ad Cameram Apostol. pertinent, nomine spoliorum: sub quo tamen non veniunt sacræ supellectilis ornamenta, & res cultui diuino dicatæ, sed manent suis Ecclesijs. *Ex declar. Pij V. quas omnes Constit. vide apud P. Matth. Sep. Dec. l.* 3. *t.* 3.

2. *Professi in capaces successionũ* Etiam sub *t. de foro compet.* diximus qualiter professi † nec suo nec monasterij nomine hic & plerisq; locis *Bugn. leg. abr. l.* 6. *collect.* 59. agnatis succedant intestatis, exceptis Clericis seu Patribus Societatis Iesu, etsi coram superiore tria vota emiserint, nisi fuerit solemne. ita refert Choppin. *Monast. l.* 2. *t. vltim. num.* 9. se inuenisse mirabundum Curiæ arresto decisũ.

Et quoad Minoritas non obseruantes non magis quam ius commune receptam esse bullam Clementis IV. & Sixti IV. quarum meminit, testatur idem Bugn. *vbi sup.*

Diserte autem Carolus V. statuit de religiosis iam professis. *edict.* 15. *Febr.* 1528. *Brux. fol.* 750. *lib. edict.* quid ergo de nondum professis? nulla dubitatio est, quin succedant, & testamento de rebus suis statuere possint, modo res ipsas immobiles monasterijs non adscribant, sed distrahendarum dumtaxat pretia. Quid si non testentur? eam quæstionem Caroli edictum non tangit. neque de iure dubium est, quin ipso ingressu se suaque dedicent Deo. *Auth. ingressi. C. de sacros. eccl.* sed hanc auth. in regno Franciæ cessare de consuetudine generali, professorumque hæreditatem, tanquam mortuorum non monasterium sed agnatos capere testatur Bugnion. *leg. abr. libr.* 1. *Satir.* 30 *authores & locorum consuetudines quamplurimas referens.* Idemque hic obtinere practici nostri contendunt, arresto tamen aliquo decisum non audiui. Qui aliquid in bonis habent, solent testamento condito eam controuersiam præcauere.

Eo iure stante si Religiosus proximus est defuncto, facit locum sequentibus; si autem illi sunt hæretici, deuoluitur de iure successio ad quemlibet ex sanguine Catholicum: si nemo talis sit; tum demum locus est fisco. *l.* 10. *Cod. de hæret.* Sed hic induciæ & rerum status ius hoc suspenderunt. Porro ius hoc à Carolo V. statutum, promissum est seruari in Brabantia per Episcopum Leodiensem, in concordatis, vt hic in foro interiori etiam vires habere videatur: *argumento eorum quæ habet Peck. de Amortiz. cap.* 7. Vbi tale concordatum aut Cleri assensus non est, edictum Caroli non obligabit in conscientia. Itaque cum de iure monasterium succedat, vbi succederet Monachus, si in sæculo mansisset, potest ex consensu Prælati sine vlla dispensatione Pontificis adire pro monasterio hæreditatem, & de ea disponere tam in vtilitatem monasterij, quam alios pios vsus, iuxta prudentiam & pietatem sui Prælati; & prout regula Prælato, & hic suo Religioso permittit, de bonis monasterij disponere.

Moribus

Moribus fere vbique obtinuit(nam iure scripto secus se res habet, *Griuel. Dol.dec.*144. *in princ.*) vt Princeps bastardis succedar: vt etiam prox.titul. tetigimus quoad Clericos. si modo restati non sint, proles legitimas non habeanr, matrem, ex eaue fratrem aut sororem.*id.ibid.numer.*10. sed in Brabantia nisi inter liberos actiuam testamenti factionem habere non videntur, nisi à Principe impetrauerint. §. *bona vero immobil.in Concord. Brab.* vt nec passiuam etiam de iure habent respectu patris, præter naturales. *Auth. ex complexu, C.de inc.nupt.Mynſ.cent* 1.*ob* 35. Sic & Philipp.II.Hispan.Regem leges Burgundicas interpretatarum spurijs, qui ex damnato coitu nati sunt, actiuam & passiuam testamenti factionem ademptam esse, declarasse an.1587.refert Griuel.*d.decis.*144.*nu.*8. sed prosequitur id non porrigi ad natos ex soluto & soluta, vt Principem necessarium hæredem habeant; nisi sub ratione trium conditionum mox recensitarum: sed ad natos tamen ex cõiugato & soluta, aut Clerico in sacris existente & soluta. qua de re non possum ex integro cum eo sentire, nec calamum cohibere, quin paulo latius excurrat. 3. *Spurijs qualiter testamenti factio competat, aut maiestatis succedatur.*

Spurij qui ex damnato & legibus ciuilibus punibili (nam Canonicis omnis coitus est punibilis, qui extra matrimonium contingit) coitu nati sunt, nõ gaudent priuilegio naturalium *Auth.licet.C.de nat.lib.* nec ijsdem ramen omnes pœnis inuoluuntur. Punibilem autem non intelligo morte naturali tantum, vel ciuili; vt Gasp. Anton. Tessaur.*quæst.for. lib. sing. quæst.*22.*numer.*16. qui nimis stringit. quippe nullibi nunc fere gentium adulterini, incestuosi, sacrilegi coitus morte puniuntur: nec tantum quicumque extra matrimonium non accidit inter solutum & solutam, vt Griuel. qui nimis laxat: adeo vt medium locum seruandum putem pro natis ex coniugaro & soluta, & clerico, etsi in sacris existente, sæculari; non autem regulari, (nam hic coitus ad sacrilegos refertur) quamuis talis coitus moribus omnium fere gentium (quæ ad Deformatam Religionem non defecere) punibilis sit; *vt etiam dicit d.Griuel.numer.* 22. non quidem vt adulterium, sed extra ordinem, præsertim quia ratio successionum ad ius ciuile pertinet, vt illud hic tantum inspici debeat, non ius Canonicum, quod non æquale tantum, sed & maius forte peccatum censet in adulterio viri; quippe qui caput sit vxoris, exemploque innocentiæ præire ei debeat; cum ius ciuile coitum coniugati non reputet adulterium: quia thorus non violetur, sanguis, familia, successio confusione non peruertatur. Quin etsi ad rigorem examinemus, non omnes nati ex soluto & soluta gaudent priuilegio dict. Auth.*licet*, sed nati tantum ex concubinis (quæ quales iure ciuili sint, alibi diximus) §.*discretis in auth. Quib. mod. nat. effic. sui, in verb. hoc enim tantum concubinam habentibus est conscriptum, &* §.*si vero effusa ibid.* vbi plurium simul concubinarum, seu potius, vt inquit, fornicatricum filijs Legis illius beneficium non dari asseritur: nam & hunc odibilem Lex dicit, qui cum pluribus fornicatur, etsi solutis ipse solutus. *d.* §.*si vero* adeoque spectant ad §.vlt.in d. Auth.ex[illegible]o nati, vtpote ex damnato, etsi non punibili, complexu. Large autem *ibi* sumitur damnatus complexus; scilicet quicumque non contingit cum vxore vel concubina: vt qui est cum fornicaria, alia ue soluta damnetur: multo magis qui stuprum etiam non violentum habet adiunctum. Omnes enim ex eiusmodi complexu nati exclusi sunt à beneficio d. Authen.*licet*: non ramen pœnis idcirco omnibus obstricti, quibus adulterini, incesti, nefarij. Itaque hos ex solutis natos, & similiter eos quos supra intermedios constitui, eo loco habeo, vt quæcumque leges pœnales eos diserte non exprimunt, comprehendere non putem.

Itaque vt de casu d.Griuel dicam, censeo; natos ex matre soluta & patre coniugato,

aut clerico in sacris existente, perinde ac natos ex soluto & fornicaria, aut quacumq; alia soluta, citra formam concubinatus (cui soli ad matrimonij imitationem fauet d. Auth licet. & d Auth. Quibus mod. nat. eff.) agnita; sub d. Regis declaratione diserte eos non exprimente, non esse comprehensos Ex patris quidem testamento filium clerici capere non posse tit. prox retuli. idemque sentio de nato ex coniugato & soluta, quin & de soluto & soluta, si rigide agamus, citra formam proprij concubinatus, *ob d. §. si vero effusa, in verb. odibilis est quidem iste talis, procul autem hac lege* (quæ de naturalibus agit) *modis omnibus cum talibus filijs ac concubinis excludatur.* sed tamen quia rarissimus est hodie proprie dictus cōcubinatus, legumque ac cōsuetudinum vsus esse debet in ijs quæ frequentantur, nō quæ raro accidunt: in eo non discedo à d. Grinel. quin sentiam natis ex soluto & soluta citra formam legitimi concubinatus competere passiuam testamenti factionem, & beneficium dict. Auth. *licet* eatenus, vt ex patris testamento capere possint; non autem duas vncias ab intestato: nisi in formam alimentorum; nec vnquam secus scio iudicatum.

Et eatenus verum hic est quod titulus de naturalibus liberis non obseruetur, *quod ait Bugnon. leg. abr. l. 5 cent. 23.* vbi nonnihil à nobis dissidet, generatimq; asserit in Francia seruari, quod bastardi nec patri nec matri neque cuiquam ex parentela succedant, parentesque nonnisi in alimenta relinquere eis possunt, solumque Regem aut dominos altæ iustitiæ hæredem habeant. sed hos quidem, non nisi illos, qui id iuris præscripserunt, in eorumque territorio nati, habitantes, & defuncti fuerint bastardi. Plura dicimus in notitia *Iuris Belgici tit. de natural. lib. & tit. vnde liberi.*

4. Peregrini in hospitio mortui, si testati non fuerint non hospitem vllo modo hæredem habent, sed bona, *inquit Auth. omnes peregrini, C. Communia de successionibus*, ipsorum per manus Episcopi loci, si fieri potest, hæredibus tradantur, vel in pias caussas erogentur: subaudio (si fieri id non potest, id est, si hæredes ignorentur. neque enim in libera id voluntate Episcopi constitutum à iure puto, vt bona peregrini inuitis, dum non ignorantur, hæredibus in pias caussas erogare possit. quamquam in Gallia iure regali, quod *aubaine* vocant, peregrini bona fiscus occupat, nisi liberos habeat. aut iure regnicolæ donatus fuerit. quod ius exemplo ad alias ditiones nonnullas porrectum est, aliæ tantum receperunt cum nullus consanguineus hæres apparet: iure fisci generali, quo bona omnia vacantia, deperdita, adespota, quæque dominum non inueniunt, occupat. In his Belgicis ditionibus pluribus xenodochijs principes id ius olim cesserunt, quoad peregrinos, præsertim quoad bona mobilia, alicubi Episcopi (vidi antiqua quædam diplomata) Xenodochijs addixerunt bona eorum, qui in ijs morerentur, siue in vim citatæ iam authenticæ, facultatisque ex ea sibi competentis, siue quia Xenodochijs eaque ingressuris eam legem ponerent, vt eo ipso quo ingrederentur, si ibi defungerentur, Xenodochium in his hæredē haberent. quædam loca & principum simul & Episcoporum priuilegia obtinuerunt, quædam neutra, sed per inueteratam consuetudinem exemplis inductam, id ius præscripserunt; vt peregrini in Xenodochio morientis bona mobilia ad illud pertineant. Quod ius hic fere generale est, & si ex diuersis principijs natum, nisi ingrediens aliud pactum inierit, aut testamentum scripserit.

5. Quomodo succedatur in regnis Europeis an secundum Romanas leges, vel domesticum morem disquisiuimus *in Hiatu Cassani obstructo l. 1. c. 3.*

DE

DE SEPVLTVRIS.

O*Mnes eodem cogimur, omnium*
Versatur vrna;

restat ea cura † vt quisque ita viuat, vt cum eodem Poeta dicat, ac speret, 1. *Solicitudo & cura sepulturæ.*

Non totus moriar, magnaque pars mei
Vitabit Libitinam:

Et quæ mori potuerunt
---- vt molliter ossa quiescant.

Olim ea cura magna fuit, vt adiurauerit Iacob filium suum Ioseph, cæterosque, quod cum post tot sæcula ex Ægypto essent egressuri, efferrent eius ossa sepelienda in sepulchro patris in Palæstina. Apud omnes gentes ac imprimis etiam Romanos sepulturæ ac exequiæ honorifice cum laude † defuncti, ac maiorum fieri solebant. vnde vti hodie nobiles cum insignibus maiorum sepeliuntur; ita præferri olim ijs nondum repertis solebant maiorum imagines. Inter alios extat apud Tacitum l. 3. Ann. insignis locus de sepultura Iuniæ. *viginti clarissimarum familiarum imagines antelatæ sunt, Manlij, Quintij, aliaque eiusdem nobilitatis nomina: sed præfulgebant Cassius atque Brutus, eo ipso quod effigies eorum non visebantur.* quare hæreditate priuabatur qui debite defunctum non sepelierat. *l. hæreditas, D. de petit. hæred. l. milites. C. eod.* & contra laudatur qui testatorem sepelierat, qui ossa sua in mare projici iusserat. *l. quidam D. de Cond. inst.* & Ecclesia pro summo demum delicto sepulturæ sacræ priuationem irrogat. *c. ex parte cũ seq. ext. h. t.* Et sepulchrorum violatores summis pœnis plectuntur. *l. vlt. D. de sep. viol. l. 4. §. fin. l. 5. C. eod.* sepulchrorum denique fauor vbiq; prędicatur. *l. 7. 8. ff. de relig. c. Ebron. c. vnaquaque 13. quæst. 2.* Itaque & nunc liberum est vnicuique sepulturam eligere, si nolit in sepulchro maiorum vel in parochia sepeliri. 2. *Honor exequiarum.*

Sic tamen vt tũc Cathedrali vel parochiali † nihilominus quarta funeralium reseruetur. cum vero eam Concil. Trid *sess. 25. cap* 13. ad pristina iura reuocari vult, si intra 40. annos per aliqua priuilegia alicui pio loco fuerit concessa; animaduertendum, d. l. Trid. sermonem hic tantum esse de funeralibus, seu quæ funus comitantur, vt sunt oblationes diei funeris; non alterius. quemadmodum *iuxta c. vltim. de testam.* neque Episcopo neque parochiali Ecclesiæ debetur quarta ex legato † Ecclesijs, aut pijs locis pro fabrica, ornamentis, cereis, luminaribus, anniuersario, septimo, vigesimo, aut trigesimo die, & pro alijs ad cultum diuinum perpetuum: modo non legetur in fraudem, vt Episcopus, aut parochia suo iure priuetur. Item *in c. in nostra. de sep.* excipiuntur equi & arma legata in subsidium terræ Sanctæ, ex quibus quarta non detrahitur. *L. Molin. de iust. t. 2. d. 215. num* 8. 9. 3. *Quarta Cathed. & parochiali seruanda.* 4. *Ex quibus ea non debeatur.*

Regula igitur est, vt quis sepeliatur in sua parochia quippe tanquam in suo: exceptio autem; nisi alibi elegerit sepulturam, vel sepulchrum habeat maiorum. *cap. 1. cap. 10. x. h. t.* in eo qui æqualiter habet plura domicilia, locus erit præuentioni. *arg c. duobus. de rescript. in 6. c. cum quis. & ibi glossa. h. t. in 6.* ita tamen vt nonnihil potior causa videatur eius parochiæ, in qua defunctus est, & extrema sacramenta suscepit. *arg. d. c. 1. in V. in qua cælesti pabulo refici consueuit.* si vtroque omisso in tertio loco elegerit sepul-

ſepulturam,quarta tamen parochialis diuidetur inter vtramque domicilij parochiam. *d. c.cum quis*.quod ſi quis rure obeat citra cauſam domicilij,in parochia domicilij ſepelitur. *c.16.qui eod.in 6*.hoſpites, peregrini qui incommode ad propria transferrentur, *d.c. 16.in verb.dummodo abſque periculo*,ſepeliuntur in parochia loci, vbi extrema receperint. *d.c.1.d.c.16.c.placuit 16 q.2 Riccius in prax. deciſ.659*.monachi in ſuo monaſterio *d.c.placuit c.vlt.h t. in 6*.ita vt nec poſſint ſibi eligere ſepulturam.qui velle & nolle non habent.*c. vlt. eod.in 6.* vbi tamen *& d.c.placuit* excipiuntur nimiũ diſſiti.clerici iure cũ alijs communi ſibi eligunt ſepulturam. alioquin ſepeliuntur in Eccleſia,in qua habent beneficiũ.quippe ibi cenſentur habere domiciliũ.*c.3.de temp.ord.in 6*.&maxime Prælati,quibus cum Eccleſijs ſuis perpetuũ cenſetur coniugium, & eas deſerere vetantur,*c.ſicut vir.7.q.1.c.2 & 3 x de tranſ.epiſ.*

Parochiali porro ſepulturæ præfertur illa, quæ eſt maiorum.*d c.is qui.c.3.x.eod.c.1.eod. in 6*.maiores ſunt pater, auus & c.alij aſcendentes.*l.10.§.7.D.de grad.l. quacumque §. parentes D.de in ius vocand*.hic immediatius pater & auus, cum illi diuerſa habent ſepulchra, ſepeliuntur liberi in eo quod eſt proximorum.*Oldrad.conſ.28.* quamquam Zechus *de re publ chriſtian.c.2.8 nu.16.* cum aliud pater habet, aliud auus & maiores ſepeliri velit apud illos,non hunc.ſed tamen ratio quam conſiderat Oldradus,affectio ſcilicet coniunctionis efficacior eſſe videtur in patre,quam auo,& proauis.nec nomẽ maiorum turbare nos debet,quo plerumque vtuntur canones,cum ratio d.c.1.veterem patriarcharum morem in cauſam aſſumat,& ſacræ literæ de his fere vtantur hac phraſi *& ſepultus, ſeu appoſitus eſt ad patres ſuos*.vt propter patrem,alios reſpiciat.multis tamen locis vſurpatur, vt niſi defunctus teſtatus fuerit ſe ſepeliri velle apud maiores ſuos, (ſicut legitur de Iacob quod adiurauerit Ioſeph,quod ex Ægypto corpus ſuum deferret in terram ſanctam,ſepeliendum in ſepulcro maiorum:& in Tobia conſiderat c. Ebron. 13. q. 2.) ſepeliatur in parochia. ſi autem alia argumenta concurrunt,facile ſepulcrum maiorum aſſumitur in probationẽ electæ in eo ſepulturæ. cui rei ſæpe fauent concordata cum Mendicantibus olim multis locis inita,quæ apud illos dumtaxat ſepelire permittunt eos,qui ſepulturam ibi elegerint. vt & ſonant dumtaxat priuilegiorum verba *clem.dudum* & olim extra parochiam non tam libera videtur fuiſſe electio.*c.vbicumque,c.placuit 13.q.2.d.c.3.x.h.t* ſicut hodie. *d.c cũ quis §. fin.x.eod.in 6* nec infrequens fuit huiuſmodi pactum:cum illius ſit mentio *in c.1.x.de pact.in 6*.vbi illud ſeruandum præſcribitur:non obſtante defuncti electione, & priuilegio ſepulturæ,à ſede Apoſtolica conceſſæ.

Electio denique præualet iuri parochiali,& maiorum coniunctioni.permiſſa cuilibet *d.c.1.& 8.h.t.c.2.§.fin.eod.in 6*.etiam vxori ſine aſſenſu viri: *c.7.h.t.c.3.§.fin.eod.in 6.* etiam filijs-familias *c.4.ibid*.quoniam huiuſmodi electio ad eum ſtatum pertinet in quo mulier ſoluitur à lege viri.*d c.7*.ſicut inhabili tempore facta diſpoſitio valet deſtinata in tempus habile *l.in tempus D. de hæred.inſtituend*.ideoque Ioan.Aud.*in d.c.7*.etiam ſeruo permiſſam ait electionem ſepulturæ.quoniam in ſpiritualibus ceſſet patria,& dominica poteſtas. *c. 1.de coniug.ſeruor*. ſed ſepultura non eſt tam ſpiritualis, vt ſacramentum matrimonij: & proptetea dubitari poteſt,an eadem ratione ſeruis deneganda non ſit ſepulturæ electio, qua religioſis *d c.fin.eod.in 6*.cum velle,inquit,*vel nolle non habeant*, ſed & licet antiqua ſepultura dimiſſa nouam eligere. *d.c.2 §.fin.eod in 6.* & quo minus electionis libertas impediatur,prohibentur religioſi & ſæculares clerici inducere quempiam ad eligendam apud ſe,vel non mutandam apud ſe electam ſepulturam:& huiuſmodi voto iuramento,

pro-

promisso, fide interposita, vel alias non obstante, defuncti sepeliuntur vbi alioquin debuerant sepeliri. *c.1.b.t.in 6.* quod caput in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione maledictionis æternæ huiusmodi inductionem prohibet. quod satis seruari vbique optandum esset.

Porro hi, apud quos sepultura electa est, & vt eligi possit concessum priuilegium, vt mendicantes *clem.dudum.h.t.* an recipere tantum corpus possint, an parochiam processionaliter intrare, & illud ad suam ecclesiam adferre, præsertim inuito parocho, dubitatur: consuetudo sane, & pacta seruanda sunt. *d.c.1.de pact.in 6.* In *clem.dudum* priuilegium datur vt *recipere*, inquit, *valeant.cap.16.x de excess. Prælat.* inter cætera quæ priuilegiatis itrogantur grauamina, *si quis*, inquit, *decedentium fratrum alibi quam in suis ecclesijs eligat sepulturam, funus primo ad ecclesias suas transferri cogunt vt oblatio suis vsibus cedat: in c.24. x. de priuileg. ipsi*, inquit, *ad ecclesias suas deferant tumulandos.* sed agit de fratribus, ijsque qui sunt oblati, mutato habitu, vel saltem qui bona sua dederint retento vsu fructu. *ibid. vers.hoc autem.* sed cum ius parochiale ita tributum sit parochis vt nullus alterius terminos aut ius inuadat: *c. ecclef.13. qu.1.* & fundi Dominus fundum venandi aut aucupandi gratia ingredientem prohibere possit: *§ feræ instit.de rer.diuis.* dicendum est, nisi vsus permittat, inuito parocho ab alijs funus processionaliter ad portari non posse. *vide Oldradi consilia 82. & 252. inuicem satis contraria Rebuff.ad constit.reg.de sent excom.art.3.glossa 1.n.3.* sane d.clem. dudum priuilegium cõcedens, vt *recipere possint*; non mox extendenda est, vt alienos terminos ingredi, & corpus adferre possint: & sic Leo X. *in Concilio Lateranensi* statuit, vt mendicantes prælata cruce funus non efferant inuito parocho.

Sed in huiusmodi re consuetudines ac † Concordata plerorumque locorum modum statuerunt. sic certum est in primis in his ditionibus Ordines præsertim Mendicantes, quibuscum (quia ius sepulturæ habent) antiqua parochis lucta fuit, raro & forte nullis in locis, puris & integris suis priuilegijs vti, sed modificatis, per inueteratos vsus aut Concordata. quæ obseruanda † sunt, *cap.vltim.de pactis in 6. Leo X. in Conc.Lateran.in subinserta Const. his verbis. Pacta autem & conuentiones inter eosdem fratres & Prelatos atque Curatos pro tempore inita valeant, nisi per subsecutum Capitulum proximum Generale vel Prouinc. refutata, & per eos refutatio huiusmodi intimata debito tempore fuerit.* Et hoc *cap.13. sess.25.* mandat si quarta funeralium ante per annos 40. præstari solita sit Cathedrali aut parochiali, ea seruetur; non obstantibus priuilegijs etiam Mari magno (in quo semper illi fluctuant) dictis.

5. *Concordata.*

6. *Seruanda.*

Et mens Pontificum huiusmodi priuilegia concedentium est, vt ijs † ciuiliter & vrbane vtantur: sic vt quamuis à Pio V. Cal. Iunij 1567. & ante à Iul. III. & alijs *quorum meminit Chopp. Monast.l.2.t.1.num.* 30. per specialia priuilegia Prædicatores, Minores, & cæteri Mendicantes Ordines exempti videantur à quarta funeralium, quam ante iure tamen soluere tenebantur; *cap.in nostra, 10. extra.de sep.Clem.dudum.eod.* declarauit tamen idem Pius V. suam mentem fuisse, vt parochi inuitarentur, vt quoties eorum parochiani in ecclesijs Mendicantium sepeliuntur, præsentes intersint, ac propterea quartam partem consequantur rerum omnium, quæ ab hæredibus defunctorum pro funeralibus dantur: sed tamen officia mortuorum, & reliqua munia, quæ in huiusmodi Monasterijs adhiberi solent, non à Canonicis, parochis aut Clero, sed ab ipsis fratribus peragi debent. *Marc. Ant.Gen.in prax.Neap.c.62.in fin.*

7. *Priuilegiati ciuiliter vtantur priuilegijs.*

Non tamen possunt hi processionaliter parocho inuito per parochiam ad funus efferendum ire, elata cruce. *ex bulla Leonis X. in Concil. Lateran. c. vn. 13. q. 1.* tametsi & hoc multis locis secus seruetur.

Quartæ Episcopali præscribi per annos quadraginta *in c. 4. x. de præscrip.* decisum est. à cuius dispositione an etiam Conc. Trid. *in d. c. 13. s. 25.* discesserit, an tantum priuilegia, quæ sæpius subreptitia sunt, abrogarit, dubito. Cardinales quidem Concilij interpretes multum mendicantium priuilegijs, deferre videntur. tametsi d. c. 13. verba derogatoria satis generalia sint, etiam Maris magni, & solam possessionem non soluendi regularibus sufficere; Episcopis & parochis soluendi consuetudinem ante annos quadraginta esse vsurpatam, probandum incumbere Cardinales etiam declararunt: licet Bonif. VIII. *in cap. 2. de rest. spol. in 6.* spoliatum à Parocho perceptione decimarum restituendum non esse ex ea caussa rescripserit, quod pro Parocho contra spoliatum præsumptio iuris communis militet. quæ eadem Parocho & Episcopo in hoc casu fauet: & *iuxta c. 1. de præscript. in 6.* in aduersarium onus probandi transfert. nisi credamus iam ante passim in desuetudinem quartam Episcopalem abijsse. Quod asserit H. Canis. *in sum. iur. can. l. 3. t. 12. in fin.* vt eius respectu mutatum ius & præsumptio dici forte possit. sed idem non obtinet in Parochiali, quam nec vsus passim sustulit. & amplissimæ derogationes *d. c. 13.* fauent.

8. Sed & meminisse oportet non posse Mendicantes in suis Ecclesijs sepelire, † nisi eos, qui in eorum Ecclesijs sepulturam maiorum habent, vel viui elegerunt. *cap. 1. & dict. cap. 10. & Clemen. dud. & extrauag. cum super Cathed. de sepult.* neq; est in potestate consanguineorum, vt defunctum extra parochiale aut maiorum illius monumentum sepeliant: sed id soli patri specialiter conceditur pro filijs suis impuberibus tantum. *cap. de vxore, vlt. de sep. cap. licet, eod. in 6.*

Et non nisi quoad eos qui eligunt aut apud eos maiorũ habent sepulturam.

9. De quarta † ex Legatis deducenda, seu ex quibus relictis pijs non debeatur, aliquot præclaras Rotæ decisiones ad longum refert Quat. V. *quarta. & Pias. prin. part. 2. c. 5. n. 36. & Barbosa in Collect. DD ad Conc. Trid. s. 25. c. 13.*

10. Consuetudinem regni † Neap. vt Ordinarij laicorum intestatorum mobilium quartam, quasi ex præsumpta voluntate in pia opera erogent, retinẽdam censuit S. Cong. modo non ad rigorem exigatur, & consultis hæredibus expendatur. *Pias. vbi sup.*

11. Sepulchra † olim non in Ecclesijs tantum, sed nec in ciuitate fieri permittebantur, *Choppin. Monast. l. 2. tit. 1. n. 15.* primum Ecclesiastici, deinde Principes, deniq; passim omnes infringere cœperunt, vt nunc vel homines imæ sortis sub ipsis altaribus fere condantur.

12. Exstat quidẽ Pij IV. constitutio, vt capsæ omnes & deposita, seu alia cadauerum conditoria super terram existentia omnino amoueantur: & defunctorum corpora in tumbis profundis infra terram collocentur.

DE PAROCHIIS.

1. PArochialis Ecclesia ex his tribus iunctis † dignoscitur: quod habeat fontem baptismalem, sepulturam, & curam fori pœnitentialis, per vnum sacerdotem. Huic debentur de-

Vnde noscatur parochialis.

tur decimæ & oblationes: huc conuenire debet populus ad percipienda sacramenta, & audienda diuina; illa semel quotannis; hæc Dominicis & festiuis † sic enim diserte declarauit Concil. Trident. his verbis: *Moneat Episcopus populum diligenter, teneri vnumquemque parochiæ suæ interesse, vbi commode id fieri potest ad audiendum verbum Dei.* iam olim inter Mendicantes & parochos in Germania fuit exagitata quæstio, & à Sixto IV. *in extrau. commun. in ext. vices de treug. & pac.* decisa, his verbis: *vt fratres Mendicantes non prædicent, parochianos, non teneri audire missam in eorum parochijs diebus festiuis & Dominicis; cum iure sit cautum illis diebus parochianos teneri audire missam in eorum parochiali Ecclesia, nisi forsan ex honesta caussa ab ipsa Ecclesia se absentarent.* vbi & de sepultura libera, confessione proprio sacerdoti facienda, seruanda antiqua consuetudine horas cantandi, prædicandi, campanas pulsandi, neque facienda mutatione temporis prædicationis, nisi de consensu partium, quod Mendicantes non detrahent in sermonibus parochis, nec è contrario, nec populus à suarum parochialium ecclesiarum frequentia & accessu abstrahent quoquo modo: si secus fecerint, excommunicationem incurrant eo ipso; à qua nequeant absolui nisi satisfactione præuia, & de partis læsæ assensu. Hæc olim magnis studijs etiam Principum, *d. Extrau. vices*, decertata, & impensa sedis Rom. voluntate definita sunt. Sed quantum subsecuti aliqui Pontifices Ordinibus contrarij priuilegij concesserint, videri potest apud Azor. *Instit. Mor. lib. 13. cap 2.* quantumque ea vsus probauerit, vel abusus prorogauerit, non facile dictu est.

2. *Frequentandae s.*

Quin nec in Monasterijs tantum, sed nec in aliena parochia sacra audire nisi ex iusta caussa quem debere, iam olim, cum nerui Ecclesiasticæ disciplinæ non adeo essent laxati, decretum fuit. sic in Concil. Nannetensi constitutum constat *ex cap. 2. extra de parochijs: vt Dominicis*, inquit, *vel festiuis diebus presbyteri, antequam missam celebrent, plebem interrogent, si alterius parochianus in Ecclesia sit, qui proprio contemptu presbytero velit ibi Missam audire: quem si inuenient, statim ab Ecclesia abijciant.* & Concil. Constant. 6. Gener. Can. 80. statuit, *vt si quis in ciuitate agens à sua Ecclesia absit frequentius, & in tribus diebus Dominicis vna non conueniat, si clericus est deponatur: si Laicus, à communione separetur.* Pœna excommunicationis non in re leui, neque consilij, sed necessitatis locum habet. S. Augustinus *in c. & hoc attendendum, de consecrat. dist 1. his verbis* sanxit, *vt Missæ peculiares quæ per dies solemnes à sacerdotibus fiunt, non ita in publico fiant, vt propter eas populus à publicis Missarum solemnibus, quæ hora tertia Canonice fiunt, abstrahatur.* & infra. *sed sacerdotes qui in circuitu vrbis aut in eadem vrbe sunt, & populus in vnum ad Missarum publicam celebrationem conueniant: exceptis Deo sacratis fœminis, quibus est mos ad publicum non egredi, sed claustris monasterij contineri.* plura *vide apud Choppin. de sac. pol. l. 2. t. 7. num. 31.*

Olim quidē sub pœna excom.

Et in Concordatis Hannoniæ inter Episcopum Cameracensem & Consiliarios suæ Maiestatis initis 2. Martij 1541. conuentum est, *quod qui missam parochialem non audiunt, imposterum non citabuntur, nisi qui abfuerint diebus solemnibus, aut abesse consueuerint sine excusatione legitima, vnde malum exemplum aut scandalum oriatur.*

Ponunt tamen ea Concordata exceptionem, *nisi qui abfuerint diebus solemnibus* (horum enim grauem esse rationem innuit c. 1. §. eosdem *interim sess. 23. Conc. Trident.*) *aut abesse consueuerint, sine legitima excusatione.* Consuetudo enim hæc procul dubio ad contemptum pertinet. grauem quidem, an leuem, ex arbitrio pendet iudicantis. At vero decretum Leonis X. post Martini V. & Sixti IV. decisiones (quibus reuocata erant omnia priorum

Nec tamen hodie vsus aut priuilegia Mendicantiū non auferunt obligationē visitandæ Parochiæ.

Nec contẽtum eius admittũt. Pontificum Indulta, vt satis fatetur Azor. *d.c. 2.)* Ita demum concessit sacra audiri apud Mendicantes, si non contempto proprio sacerdote Parochiali id fieret. Ergo eo casu cessant priuilegia, neque magis prosunt ijs, qui ibi diuina audiunt, quam qui in aliena parochia, aut capellis, vel Monasterijs Ordinum, priuilegio Mendicantium non munitis. Nam & in his qui diuina audiunt, ex vsu passim hic inueterato, censentur satisfacere praecepto de audiendo missam: non tamen soluuntur obligatione visitandæ parochiæ (quæ longe ab altera differt, vt & titulus in iure distincte alius est de festis, alius de parochijs.) cuius etiam nulla mentio in vllis Mendicantium priuilegijs. Clemens etiam VIII. in breui *ad Nuntium Belgij dato 22. Decem.* 1592. declarauit libere Christi fidelibus missam audire, & confiteri apud Mendicantes licere: vt tamen in Paschate Eucharistiam in parochia sumere debeant: & dummodo non vtantur priuilegijs, cum detractione, aut contemptu parochiarum: & priuilegiarij in prædicationibus & catechismis populum hortentur ad honorem, reuerentiam, & iura Pastoribus exhibenda, & parochialem missam audiendam, præsertim Dominicis & festiuis diebus.

Continua absentia cõtemtum implicat. Enimuero consuetudo omnino assidua à parochia se subtrahendi, vt à graui contemptu excusetur vix video, si d. Conc. Const. è trib. dominicis vna saltem clericum non conuenientem deponat, laicum excommunicet: vna atque altera absentia incommoditatis (quam admittit Conc. *d. c.* 4. eoque rediguntur aliæ caussæ à Cucho *Inst maior. de presb. paroch. num.* 33. relatæ) interpretationem habet; perpetua contumaciæ, atque contemptus. Quis neget contemni patrem, quem vix in anno filius semel visit? quis seruum frugi, & non errorem, qui dominum; quis militem & non desertorem, qui Ducem; quis discipulum, qui ludimagistrum; quis sodalem collegam, qui collegium; quis monachum & non apostatam, qui superiorem intra longum tempus non adspiciat, non se illi exhibeat: quis neget ouem erraticam, quæ nescit caulam? quis credetur eam domum habitare, & pro suo domicilium agnoscere, quam in anno vix semel terat? quis parochiam suã dicet, quam quotannis vix ingreditur semel? Sunt hi instar corui à Noe ex arca dimissi, qui ad eum non est reuersus. At vero columba, quæ oliuæ ramum, insigne pacis diuinæ, detulit, reuersa est ad eum in arcam. Ea animalia ad nos non spectare dicuntur, quæ animum reuertendi non habent, eumque videri desinere habere, cum reuertendi *consuetudinem deseruerunt. §. pauonum Instit. de rerum diuisione.. Oues meæ vocem meam audiunt & cognoscunt me meæ*, dicit pastor bonus.

à Concedẽtibus priuilegia non intenta. Vt ergo ex intentione Concedentium huiusmodi priuilegia, semper abesse quis possit, quis credat? dum Episcopis Conc. iniungit vt moneant populum, vt omnino parochias frequentent, ad idque teneri ait, atqui in generali concessione tributum non censetur, quod speciatim concedens non esset tributurus. *l. qui peculij D. de pecul. l. obligat. D. de pignor.* & quis credat velle Pontifices adeo omnem Hierarchiam & Ecclesiæ disciplinam soluere, vt numquam quis in sua parochia teneatur apparere? dum numquam non meminerunt illud Greg. *in c. peruenit* 11. *quæst.* 1: *si sua vnicuique Episcopo iurisdictio non seruatur; quid aliud agitur, quam vt per nos, per quos Ecclesiasticus ordo custodiri debet, confundatur?* Quid nunc dicemus de ijs Mendicantibus qui post Sixti IV. & ante Leon. X. alicubi ita recepti sunt, vt

Priuilegia contrariis Cõcordatis enerua. priuilegia ijs non suffragentur pura puta, sed vti debeant pactis, tractatibus, & Concordatis? (quæ Leo X. in Concil. Later. non minus quam Bonif. VIII. *in c. vlt. de pact. in* 6. Iubet seruari) in iisque cauetur diserte, vt teneatur populus ad frequentationem parochiarum, idque

que concionari, & ad id hortari ipsi fratres teneantur? quod & Clem. VIII. ijs iniungit decreto mox citato. Certe his omnino nihil prosunt Leonis, vel vlla posteriorum Pontificum Indulta. quæ & si dicamus iuri vel consuetudini derogasse, nulla certe pactis, tractatibus, aut Concordatis contrarijs derogarunt. Adeoque contra eadem nihil efficiunt, sed manent qui fratres illos frequentant, ab his indefensi. non aliter in hoc casu, quam sepulturæ, legari, quartæ Episcopalis, & parochialis &c. Et huc forte respexit clausula decreti Clem. VIII. *iuxta exigentiam priuilegiorum & eorum vsum antiquum & consuetudinem*, estque solemne in confirmationibus priuilegiorum (prout illi decreto Clem. clausulam cõfirmatoriam adijcit) vt addatur *dummodo, aut quatenus sint in vsu*. qui vsus sæpe à Concordatis intercipitur, aut alia ratione impeditur. quo casu priuilegia suis viribus carent. per pacta quidem directe, iuxta eorum tenorem: per non vsum, iuxta rationem *l. 1. D. de nundinis. capit. accedentibus x. de priuil. & simil.*

Synodus Trid. *sess. 24. cap. 13.* quo magis pastor noscat vultum pecoris sui, & cognoscant eum oues suæ, mandat vt ijs in locis vbi parochiæ certos fines non habent, nec earum rectores proprium populum, quem regant, distincto populo in certas, propriasque parochias, vnicuique suum perpetuum peculiaremque parochum assignent, à quo solo licite sacramenta suscipiant; aut alio vtiliori modo, prout loci qualitas exegerit, prouideant. Si tamen parochiæ non certos quidem fines habeant, sed certum populum, certasque familias: vsque adeo vt sacramenta promiscue non administrentur, sed parochi suos noscant, & eum sui: satisfactum erit Conc. decreto. *Gonz. ad reg. 8. Cancel gl. 6. num 96.* magis tamen fini intentioniq; Concil. quam verbis, nisi distinctio ex circumstantijs vtilior sit, per familias quam per certas regiones.

Parochiarũ diuisio vt melius pastor vultũ pecoris sui noscat.

Parochus nullos † etiam regulares in sua Ecclesia prædicare permittere potest nisi ab Episcopo approbatos: cum ne quidem Episcopus etiam cum speciali Breui Papæ in aliena diœcesi possit prædicare absque Ordinarij licentia. *ex declaratione Clem. VIII. Riccius in prax. Episc. dec 543.*

3. Parochi officium.

Scribitur tamen Gregorium XIII. concessisse concionatoribus, & confessarijs Societatis Iesu, vt ab aliquo Ordinario semel approbati, quocumque ex superiorum nutu deuenerint, non reluctantibus tamen parochis confessiones excipere, conciones habere possint: exceptis locis in quibus existunt Ordinarij. Quod indultum *Eman. q. reg. tom. 3. quæst. 32. art. 6.* tralatitium facit ad omnes mendicantes, & quicumque cum eis communicant in priuilegijs concessis & concedendis. quod forte cum verbis priuilegiorum stare potest, an cum intentione concedentium, si specialiter rogarentur, (quæ in generali concessione expendenda est *c. in generali de reg. iur. in 6.*) non examino. qui in vno loco idoneus est non ideo est in altero. institutum Societatis maxima ex parte circa studia versatur, aliorum non æquè.

Pias. *part. 2. cap. 3. num. 1.* enarrat obseruanda & vitanda in concionibus ex Const. Leonis X enarrat & Const. Pij V. de non prædicando affirmatiue vel negatiue de Conceptione B. Mariæ in peccato originali. Vt & Paulus V. 31. *Augusti* 1617. vetuit, vt imposterum nullus audeat in publicis concionibus, lectionibus, & aliis actibus publicis asserere quod virgo concepta fuerit in peccato originali, donec articulus ille à sede Apostolica fuerit definitus. In non publicis actibus constitutiones Sixti IV. Pij V. & Conc. Trid. illæsæ remanent.

Indulgentiæ aut noua miracula absque Ordinarij licentia prædicari non debent. *sess. 21. cap. vlt. s. 24. de inuocatione & veneratione & Rel. Sanct. in fin.* neque ab ipsis Ordinarijs approbari, nisi per testes fide dignos probentur: sicut nec diuinæ inspirationes debent publicari sine sedis Apostolicæ licentia, & Ordinariorū approbatione. *Leo X. in Bull. incip. supernæ.* Diligenter porro parochus virtutes & vitia populo explicare debet, *sess. 24. cap. 4.* & speciatim pueros in catechesi instruere. *ead. s. c. 7.* pro qua magis promouenda extant Const. Pij V & aliorum Pontificum cum diuersis indulgentijs.

Parochum, eosque, ad quos spectat, negligentes Episcopi monere debent, & si opus sit etiam per censuras Ecclesiasticas compellere. *d. c. 4. sess. 24* Vbi Concilium loquitur de compulsione illorum; quorum est catechesim docere nō de compulsione puerorum, seu parentum. *Serol. ex Cong. Conc. V. doctrina Christiana* § 3. vbi & asserit Ordinarium non posse mulctis & pœnis etiam in casu notabilis negligentiæ, aut contumaciæ cogere pueros ad discendam doctrinam Christianam. quod tamen vtique hic non seruamus. præsertim assumpta manu adiutrice sæculari, propositisq; à magistratib. ordinationibus, quibus pueri; parentesq; subigantur, quod fieri iubet edictum Principum nostrorum super syn. Mechl. an 1607. art. 19. Reip. enim interest curare, vt populus instruatur, ad Dei iram, plagasq; auertendas: quas *ex Isaia cap. 5* vereri debet: *propterea* inquit *populus meus ductus est captiuus, quia non habuit scientiam.* ad Episcopos etiam spectat, vt suis ad officia ducendis oportune & importune instent, & monitum *Lucæ 14 compelle intrare.* Sed iterum Serol. *prax. V. prædic.* § 4. *& p. 2. V. Paroch.* § 3. *ex resolutione S. Cong. & iussu Pont.* rescriptum asserit, non debere Ordinarium per mulctas & pœnas, minimeq; per excommunicationem cogere ad concionem, aut missam parochialem. Durius enim id esse, quam præscriptum sit à Conc. *s. 24 c. 4. &* § *moneant decreto de obs. in cel. miss.*

Curare debet etiam parochus, vt omnes in Paschate confiteantur & communicent. Quod Soter Papa sub Marco Aurelio, vt in Cœna Domini fieret, primum decreuit: postea angustia temporis ad duas hebdomadas laxata est. idque in propria parochia vt fiat oportet, etiam à Laicis, qui Regularibus seruiunt, *Sa. V. Eucharist.* § 9. *ex Cong. Conc.* Nisi id præstiterint in cathedrali, Episcopus enim & Cathedralis concurrit in cura animarum cū omnibus parochis diœcesis: *cap. quæcumque 10. quæst. 1.* & quilibet ex diœcesi recipere potest sacramenta in Cathedrali. *M. Anton. Gen. in prax. c. 76. num. 22.* vnde laudabiliter in Cathedrali Antuerp. Senatores omnes, etsi sub diuersis ciuitatis parochijs habitantes, in Paschate à manu Episcopi sumunt communionem. *Sa. V. sacrament.* § 4 Non tamen potest Episcopus prohibere quin officia fiant in parochiali, & singulariter prædicatio dum fit in Cathedrali. *Cong. Conc. Sa. V. Episc.* § 43.

4. *Quis sit proprius sacerdos?* Cæterum proprius sacerdos † est parochus Clericorum & Laicorum in ea Ecclesia; Archipresbyteri suorum pastorum; & Archipresbyter in Cathedrali, itidem Archipresbyterorum ruralium, in Collegiatis conuentualibus qui dignitatem habet; cui incumbit cura animarum, in Cathedrali Episcopus. *Synod. Audomaren.* 1583. *de pœnit.* Quibus accedunt omnes priuilegiarij Ordinum Confessarij, omnibus omnia facti. *ex declaratione Clem. VIII. de quo supra nu* 2. Sufficit his in anno semel confiteri, alias alijs iurisdictionem tamen habentibus, & in Paschate sumere sacros. Eucharistiam in parochia. *c. omnis, de pœnitent. & remiss.* Porro quæ ad Græcas Ecclesias spectant, diffuse tractat Quar: *V. Græcorum Ritus. & Pras. impr. p. 2. cap. 3. num. 29.* Functiones proprias parochorum vsurpare non

possunt

possunt Capellarum & beneficiorum simplicium rectores, quas ex sententia Cong. Rituum distincte refert *Pias part. 2. cap. 3. nu. 34.* Quo etiam spectat, vt in Ecclesijs non parochialibus non possit asseruari S. Eucharistia pro adoratione; ne quidem de licentia Episcopi, sed solius Papæ; *vt respondit S. Cong anno* 1609 & si Episcopus secus fecerit licentiam, esse nullam, nec egere reuocatione successoris, refert post Gen. Pias *d. c. 3. nu. 34.* quod hic passim non reciperetur.

Reuerentiam † etiam populus Parocho, vt patri debet, & defensionem si quid contra eam attentari intelligat: quod si potest, tenetur id impedire: nisi fecerit; graui pœnitentia expiandus. *refert declarasse S. Cong. Serol. pr. p. 1. V. paroch. §. 5.*

Mandat *sess. 24. ca 1.* §. habeat parochus librum in quo nomina coniunctorum † describat, eumque diligenter apud se custodiat; (qui plene probat. *Farin. Crim. decis. 337. edictum 1611. ar. 20. citati à Barbos in collect. DD. ad. d. c. 1. n. 96. 7.*) qua in re sæpe committitur negligentia, magno coniunctorum hæredumue damno: dum postea aliunde matrimonium mortuis forte testibus probari non potest, & ita iustis hæredibus bona paterna auferuntur. adeoq; omissionem hanc mortalem censent citati à *Barbos. ibid. n. 195.* Quare Princeps noster anno 1611. *edicto art. 20.* mandauit copiam authenticam quotannis in archiua † reponi, quod valde expediret omnes Episcopos sua saltem authoritate pastoribus mandarent, & exequerentur, vt in archiuis Episcopalibus eiusmodi exemplaria asseruarentur. Eadem ex caussa idem Princeps *ibid. art.* 21. decreuit, vt probationes susceptorum Ordinum, & votorum monasticorum vt matrimoniorum, fiant per litteras, & non per testes; vti & allegationes sententiarum, nisi forte registra sint deperdita. Vnde ijs in locis, vbi huiusmodi registra asseruantur, si non inueniantur aliqui descripti, non facile ex alijs indicijs cohabitationis, tractatus, & similibus statim habebuntur pro legitimis coniugibus. Quanquam † attestatio parochi, qui non annotauit in registro, non reijcietur si habet adminicula, *Farinac. dec. crim. 322. num. 2.* sed & grauiores solito præsumptiones concurrere debebunt, & quam Menoch. *l. 3. præs. præsump.* 1. ordinarie sufficere asserit, quando initium fuit à concubinatu. *Farinac. Crim decis. 234. num. 3. 9. 10. 11. 12. decis. 277. nu. 1.* Sed tamen vbi agitur de matrimonio incidenter, ad effectum legitimitatis prolis, successionis &c. leuiores probationes † sufficiunt. *ibid. & decis. 322. num. 1.* Sic vt matrimonium ex cohabitatione multorum annorum præsumatur, & filiorum procreatione, & simultaneo tractatu viri & vxoris, *nu. 4. & seq. Char. resp 1. l. 2. resp. 32. lib. 6. res. 53. lib. 7. res. 50. l. 8. res. 12. l 12. res. 15. l 2. res. 37. Ann Rob. rer. iud. l. 2. ca. 17* cui rei dissentit Alciat *de præsump. r. g. 2. præs.* 5. sed accipiendus, cum de retractando alio matrimonio agitur, vel in alterius præiudicium. *Farin. num. 5.* Quin & Farin. *d. decis 234. num. 6. & 7.* quid & hic ad famam requiritur, & alias vt famæ deferendum non sit, nisi constet originem habuisse ex probabilibus causis, quæ inducat populum ad credendum solida, constans, vniformis, & sine contradictione; alias vt fama non fit, sed vox varia populi contemnenda. *idem decis. 264. num. 4. 6.* & in criminalibus etiam legitime probata non sufficit, nec ad condemnandum, nec ad torturam, *idem decis. 213. num 9.* etiam cum fuga, & effracto carcere. *ibid. num. 10. 11.* cum testibus de auditu, publica voce. *& in fin. decis.* neque ad priuationem beneficij, quæ etiam locum non habet nisi in casibus iure expressis. *vt Rota decidit ibid. num. 12. similia vide in decis.* 337. Itaque hac in re ius ciuile facilius quam Canonicum matrimonium præsumit. *Paleot. de Noth. & spur. cap. 19 num. 8. 9.* nihilominus tamen si quæ habitatio diuturna fuerit, nem-

5. *Libri coniunctorum matrimonio habeat.*

6. *Qui in archiua quot annis referendus.*

7. *Quatenus probet?*

8. *Quæ alia matrimonij probationes est*

rit, nempe decem annorum, etiam iure Canonum, & respectu ipsorum viuentium, eorum nemine refragante, nedum quoad prolem ipsis vita functis matrimonium præsumetur. *verba sunt Couar. tom. 1. de Mat. p. 2. cap. 1. num. 5. Ioann. Vssel. in Consultatione connubiali,* præsertim si cohabitatio alijs indicijs adiuuetur. *Couar. ibid cap. illud quoque 11. extr. de præs.* nam si sola mulieris consuetudo probaretur, illicitus potius coitus, quam legitimum coniugium crederetur. ita interpretatur Coras. *l. 3. Miscel. cap. 4. num. 8.* responsum Innocentij *in c. ex parte, extr. de resp. spol. & Can. aliter 30. quæst. 5.* cuius Can. finalia verba, *nisi qua certis indicijs comprobantur*, idem euincunt: vbi tamen non plenam probationem requiri, sed moraliter certas coniecturas, indicia, & præsumptiones sufficere, existimandum est; præsertim cum iure ciuili id decisum sit, neque ille textus, aut alij Canones nos vlterius cogant: Quod & imprimis obtinere censendum est, quando agitur de probando matrimonio, cum de successione aut prolium legitimitate tantum agitur; qui respectus sunt politici & ciuiles: adeoque etiam nunc per Canones licet, vt quam minimum à dispositione illius iuris discedatur. Si porro agatur de matrimonio in quantum est sacramentum, & an cohabitantes in peccato versentur, an non; strictius nonnihil probationes à Canonibus exiguntur, etsi præsumptæ tantum nuptiæ ad priorem effectum nihil à vero matrimonio distent. *Abb. in c. is, qui fidem. nu. 2. de spons.* nec existimo circa huiusmodi matrimonium, seu potius præsumptiuas illius probationes Concil. Trid. aliquid mutasse; cum & prioris iuris correctorium sit, & ratio huc non extendatur. Nec aliter credo verum, quod quidam existimant, vniuersim per illud matrimonia præsumpta cessare, quam vt id accipiamus de huiusmodi præsumptionibus, quæ oriebantur ex actibus qui poterant facere matrimonium, si animus aderat: qui actus nunc non possint: v. g. si post datam fidem sponsi miscebantur; surgebat præsumptum à iure matrimonium: nūc huic actui solitario Concil. Trid resistit, & agentes ad sic contrahendum, i. e. sine parocho & testibus, reddit inhabiles. Itaque nunc matrimonij ex hoc actu præsumptio est iure impossibilis: cæteri actus quibus Trid. non refragatur, quo minus priores iuris effectus habere possint, non est ratio. Præsumemus ergo & nunc ex huiusmodi actibus matrimonium rite & iuxta formam Conc. Trid. esse contractum (cum actus quoad intrinseca solenniter initi præsumi debeant) sicut olim qualitercumq; contractum, valide tamen contractum & legitime præsumebatur. *Vssel. in d. Consult. circa fin.*

Hæc parochis discutienda incumbunt, cum ad eos aduenæ habitationis caussa migrāt, vt de eorum statu, coniugio, nec non vita & religione inquirāt, testimoniaq; exigant. *iuxta synod. Pro. Mechl. an. 1607. t. 17. art. 8. edicta Principum Belgij, & nuncupatim illud quod super eadem synodo editum est ar. 17. 18.*

9. *Epitome functionū pastoralium.* Est autem ars artium cura animarum: † in qua nunquam satis laborabit, quicquid theoria, quicquid praxis suppeditare potest. quod facile credet quisquis hoc officium pro merito expenderit. Azor. *Inst. Mor. p. 2. l. 3. c. 12. in fin.* paucis illud enarrat. quibus parochus harum partium, quæ in Prouincialibus & Synodalibus conuentibus quoad eos ample decreta sunt, addet. Igitur diebus dominicis & festiuis, itemque quadragenarij ieiunij diebus (nisi fuerit legitime impeditus) verbum diuinum populo sibi commisso debebit annunciare, pueros docere fidei rudimenta, libros necessarios habere, Missale, Breuiarium, Catechismum Romanum, Conc. Trident. Biblia, & aliquas breues summas selectiores, quæ tractent de Theologia morali, & casibus conscientiæ, vt vocant.

Item

Item diligenter inquirat, an obstetrices sciant formam baptismi, ne in baptizando errent:librum habeat in quo scribantur eorum nomina qui baptismum suscipiunt, parentum item ac susceptoris illorum;notet annum,mensem & diem, in quo singuli baptizantur:librum item,in quo scribat eos,qui confirmationis sacramentum accipiunt, parentes eorum ac susceptores.(quod hic non seruatur, ob multitudinem populi) diebus dominicis indicet dies festos,& ieiunia quæ in hebdomada occurrunt:Curet, vt singuli quotannis sua peccata confiteantur,& in Paschate sacrum Christi corpus accipiant: de ijs qui non confitentur Episcopum certiorem faciat:exteros matrimonio ne coniungat, nisi prius adhibita diligentia inquirat,qui sint illi,vnde venerint,& rem totam ad Episcopum deferat:Peregrinorum ad Parochiam venientium vt in ea habitent fidem,Religionem,vitam,& mores scire curet,vt videat num sacramenta suscipiant, rem diuinam audiant,dies festos obseruent.

Ad tertiam partem † fructuum maiorem vel minorem potest Episcopus vicario prouidere iuxta suum arbitrium,& generatim magis probatur Concilio vt vicarij perpetui constituantur,nisi specialis circumstantia dissuadeat: & in certa re eorum potest portionem assignare.Conc.Trid.s.7 c.7.sic vbi illiteratis de vicario aut coadiutore prouidetur *iuxta cap.6.sess.*21.de sufficienti victu etiam attributa ei parte fructuum prospicitur:atque hæc loca de vicarijs agunt.porro non dissimili caussa. *cap.*13.*sess.* 24. de Rectoribus ipsis, quorum Ecclesiæ parochiales nimis tenues habent prouentus,primo, per beneficiorum vnionem eis prouidebitur,(non tamen regularium, neque ipsæ Rectoriæ Abbatijs, dignitatibus,aut præb. Cathed. vnientur)quod si fieri nequit, ibitur ad primitiarum, (ad quas populus cogi potest quadruplici casu *vt habet Choppin de sac.polit.l.*3.*t.*3.*numer.* 26.vbi primus est parochi inopia)aut decimarum,etiam infeudatarum,*vt disputat Choppin. de sac. polit.l.*3.*tit.*4.*nu.*19.20.21.22.sed secus vult edictum ad Synodum Cameracens. *ann.*1586. *an autem* 12.ad Syn. Mechl.*art.*15.16.nihil distinguit)assignationem, vel parochianorum symbola,& collectas aut aliam rationem iudicio Episcopi commodiorem, qua necessitati parochi decenter succurratur.Hæc latos terminos habent.Ideoque Pius V.statuit,vt non infra quinquaginta, & non vltra centum aureos hæc prouisio extenderetur. *Conc. Mechl.Prou.ann.*1607.*t.*17.*c.*3,non infra triginta quinque libras Fland.& non supra quinquaginta;nisi Episcoporum iudicio parochiæ amplitudo aliquid vltra requireret, computatis certis prouentibus & incertis, quæ ad certam summam inspectis tribus aut quatuor vltimis annis redigi possit. vbi si beneficia ant eorum deseruituræ concedantur citra vnionem, non eorum totus prouentus computandus est, sed quod onerum honorario soluto superest dumtaxat.vbi & hoc decretum est cap.4. vt summarie procedatur;& saltem partis responsione habita,aut aliquali informatione per prouisionem † adiudicatio fiat,quam appellatio non suspendat.quippe cum de alimentis agatur.*l.si iudex nutriri,D.de his qui sunt sui vel ali.iur.*saltem quoad ea quæ futura sunt,aut post litem pendentem cesserunt.*l de alimentis.C.de Transf.*Enimuero si, qui decimas possident, alioqnin etiam egebunt;si aliter prouideri nequit,parochi tamen prius cura habenda est.*Ant.Fab.in suo C.l.*1. *t.*2.*def.*5.3.

Ad executionem porro eorum,quæ Episcopi circa huiusmodi congruam portionem decreuerint,† mandant Principes nostri,*in edicto desuper edito art.*15.concilijs vt omnē assistentiam præbeant, datis litteris mandatorum, vt satellites realiter ea exequantur,siue per

10. *Canonica portio quāta & vnde desumēda.*

11. *Sine strepitu,summarie,per prouisionē, & remota appellatione.*

12. *Dum ad collectas deuenitur;*

Concilia præsto auxilium cõferunt. per prouisionem, siue definitiue pronuntiauerint. Quin etsi ad collectas procedendū sit, quod ea via contribuendum esse decreuerint, alijs medijs deficientibus curabunt Magistratus, vt mox erogetur; & casū quo parochi querantur Episcopos nectere moras, poterunt implorare officium Consiliorum Principum, quæ prouidebunt. ita quod in subsidium ad Concilia etiam congruæ portionis cognitio pertineat. *art.16.edicti c. statut. §. vbi autem, de decimis in 6.* nisi forte ex interdicto fiduciaria pensitatio addicatur. *Choppin. de sac. pol.l.3.t.4 num.8.Cod.Fab.l.3.t.12.def.18.* Non dissimiliter Philip.II. *ad Synod.Cam.* edicto dato statuit an.1586. Et quidem adeo ad Episcopos ea cognitio spectat, vt ne quidem exempti & sedi Apostolicæ tantum subditi illud iudicium subterfugiant. *d.c.7.sess.7.cap.1. de præb.in 6.* Porro in casu huius sess.7.cap.7. Trid. S.Cong. Concilii, ad postulationem Ioannis Miræi Episcopi Antuerp. 1608. his verbis censuit: *Tam in plebania quam in reliquis parochialibus Capitulo vnitis posse ab Episcopo constitui Vicarium perpetuum cum congrua portionis fructuum assignatione, quæ nec maior sit aureis centum, nec minor quinquaginta. Cæterum etiamsi huiusmodi vicarios amouibiles esse sinat Episcopus; posse tamen Capitulum cogere, vt ipsis congruam fructuum portionem assignet; ipsos autem vicarios siue perpetuos siue amouibiles esse, præuia Episcopi approbatione, & non aliter, deputandos.* Hactenus S.Cong. vbi tametsi, *vt dictum est c.hoc 7.* amplum arbitrium Episcopis in assignanda vicariis portione tribuisset, tamen pro hoc etiam tempore, & hoc emporio celeberrimo Belgii, quod Cong. meminerat, vtpote cum ad status Episcopatus relationem eam resolutionem dederit, non voluit excedi, inuito Capitulo taxam Const. Pij V. Serol.*pr.p.1.verb.Oeconom.§.6.* refert se vidisse per Nuncios Apostol. assignatos singulos aureos tantum in singulos menses, & emolumenta currentia. Consonat Pij V. *Constitutioni* Tridentinum *s.7.c.7.s.25.c.16.s.24.c.18. Clem.1 de iur.patr. c. extirpandæ. § qui vero.c.auaritia.c.de monach.h.t.c.1.eod.in 6.c.vnic.h.t.in extrauag.Ioann. XXII.c. ad hæc.X.de off.vicarij Clem.vnic.eod.tractatus Rebuffi de cong.port.*

13. Et cum Greg. XIII. ediderit constitutionem *incip. in tanta*. qua ad legitimam pro subiecta materia dispositionem reduxit plurimas constitutiones Pij V. quæsitū est; an hæc sit reuocata, quæ de vicariorum portione agit? & cum Cherubino dicendum est *in compendio ad eandem constitutionem Gregorij XIII.* quæstionē formante de exemptione regularium à gabellis, & hospitium militum non esse reductam. quia *licet*, inquit, *reductio sit de omnibus Pij constitutionibus statum regularium concernentibus: restringitur tamen per illa verba; de eisdem rebus editas: ita vt non possit extendi ad dictum indultum, de quo Pius non egit in suis constitutionibus hic indicatis. vt Stephan. Quaranta aduertit in suis ad not. ad hanc bullam.*

14. Legitimam autem dispositionem eam vocat, quæ erat siue ex iure communi, siue Tridentino, siue priuilegijs, vsque ad eas bullas non reuocatis. *secundum Roder.q. Reg.t.3.q.74. art.16.in fin.*

Oportet tamen ante constitutionem vicarij perpetui erigi titulum vicariæ. *Sac. Cong. apud Serol.p.2.V.vicarius §.7.* temporarium tamen esse sinere Episcopus potest. *vt habet Serol.ib.§.8.& iam relatum responsum,* Porro œconomus aut deseruitor Ecclesiæ vacantis, cōstitui statim à vacatione debet *Trid.sess.24.c.18* qui habet etiam congruam mercedē; non integros fructus percipere, vel Episcopus ei assignare potest, nisi quando essent exigui, adeoque competenter necessarij.

DE DECIMIS.

Quan-

QVanquam omnium quæ gignit humus, decimæ iure sint soluendæ, etiam leguminũ, *c. non est, extra de decimis. c. 3. verb. de blado & vniuerso legumine ib. l. 2 Paralipo c. 13.* Tamen Carol. V. Imp. anno 1520. hic cauit † ne decimæ à subditis exigerentur eorum fructuum, de quibus 40. retro annis nullæ decimæ exactæ aut solutæ essent, qui eo tempore cogniti fuissent, nullis exactis decimis: ad fruges enim incognitas constitutio trahi nõ poterat. Ita eiusdẽ Imperatoris interpretatio subsecutis annis declarauit, vt de insolitis fructibus decimæ soluerentur, si in alijs locis vbi soliti fuerũt seminari, & colligi, soleant decimæ solui; quod si consuetudo deficiat, ad ius recurratur. Amplam ergo illã decimas exigendi facultatem à Canonibus introductam restrictam esse declarauit Imperator, quatenus à consuetudine destitueretur; quæ ab ea fiuaretur, ea pleno iure obtineret. vnde certe ius ipsũ dicitur quod consuetudo firmauit. *l. pen. D. de leg.* Igitur si hic insolitę sint fruges, in eadẽ tamen Prouincia aut vicinia solitæ sint, seminatæ ibi, & in horreo cõditæ; si ibi ex ijs decimę colligantur, cũ eo onere huc transmigrarunt. Si porro ex Vltramarinis regionibus traductæ sunt, vt non constet an ibi soluantur ex ijs decimæ, aut eas regiones habitent gentes, quæ nihil pro iure habent, quam quod lubet; tunc ad ius commune recurrendum est. 1. *Decimæ insolitæ nõ exigendæ.*

Sic de panico, fagopyro, † aut pyrosago controuersiam rustici nonnullibi mouerunt, præsertim vbi primũ pro pabulo cessit, deinde ob exiguã quantitatem qua colligebatur, aduertentiam decimatorũ fugit; posteaquam autẽ publicitus seminari aut magna quãtitate colligi cœpit, decimatores etiã decimas exigere cœperũt; illi insolitas fruges dicere, & decimas nõ solitas solui. Sed cũ recurritur ad Campiniam. Taxandriã, totamque Geldriam, vbi solitũ seminari, colligi, decimari; res controuersia caret. Sic Boer. *ad Consuet. Bituric. tit. de costumes prediales*, §. 12. refert, quod cũ Episcopus Abbiensis decimas crocorũ exegisset, ac subditi solutionẽ denegarent, sub prætextu quod antea decimas nõ soluissent; Episcopus sententiam obtinuit; ea ratione, quod alijs locis decimæ de croco soluerẽtur. Et Conc. Brab. 21. Aprilis 1545. pro Abbate S. Gertrudis iudicauit non censeri nouas decimas lignorũ in locis vbi ex lignis decimæ soluuntur; quãuis syluæ infra 40. annos plantatæ vel sponte natæ essent. & in ipsa panici materia Senatus Brabantiæ pridem iudicauit contra incolas de Willebroeck & anno 1638. contra plures pagos cõterminos. quæ sententia quoad omnes ius facit, cũ decidat qualitatẽ istius frumenti, scil. quod sit decimabile. sic cũ de statu alicuius sententia lata est, omnibus nocet, etiã non vocatis. *l. ingenuũ, D de statu hom.* Sic Ioan. Faber *in § præiudiciales, vers. sed quidam causa nobilit. Institut. de Act.* si quis pronuntiatus est nobilis aut legitimus, is nobilis est & legitimus quoad omnes; neq; opus est vt apud singulos probetur. Carol. V. in eodẽ edicto interpretatiuo declarat, se nõ intẽdere prohibere quo minus si de nouo ædificetur domus, de bestijs ibi natis & nutritis decimæ soluantur, si in eodem pago solitæ sint de illis solui. *Vide latius Consult. canon. h. t.* 2. *Ex fagopyro soluẽda.*

Porro † cognitionem nouarum huiusmodi decimarum videtur Imp. suo Concilio ascripsisse. Si de facto tantum ac possessorio ageretur, facile recipi posset: sed si de iure etiã accipimus, incurritur in c. tuam, *extra hoc tit.* sic Boer. *vbi supra.* dicit huiusmodi statutum *n.* 3. seruandum. Sed tamen ex Concord. Brabantiæ decimarum cognitio in possessorio ad Principem; in petitorio ad Ecclesiã spectat: si non agatur de decimis infeudatis etiam per Ecclesiam possessis. *ex § in causis mere. in Concord. Brab.* vbi inter decimas infeudatas multo maxime censent referendas, quæ ad ipsum Principis dominium spectant: de quo priuatiue Concilium solet cognoscere: etsi Brabantia feudum non sit, neque in eo omnia soleãt obseruari, quæ in feudis, quæ ab ea mouentur.

 Ad

3. *Cognitio decimarũ.* Ad hæc Carol.V.7.Iunij 1554.& Philippus II.anno 1564.6.Iunij, edicto sub graui pœna sanxerunt, vt decimæ integre † soluantur, neque fructus ante vel post solis occasum, vel non monitis decimatoribus, neque antequam in manipulos colligantur, & in aceruos componantur, ex agro auehantur, & vt decimis suis pacifice vti frui Ecclesiastici sinantur. quod & pluries sanxerunt Galliæ Reges, *quos refert Choppin. de sac. polit. l. 2. tit. 4. num. 3. 4 ad marg.* Quod de iure, † ita faciendum asserit Riccius *in prax. Episc. decis. 544. Bugnion. leg. abr. l. 3. synt. 125. & Regum Galliæ constitutiones citat.* Decimarum solutio debita est Deo, & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt. Conc. Trident. *sess. 25. c. 12.* & eos excommunicari præcipit, & non absolui nisi plena restitutione facta. Vtique si sint soluendo. impotens enim potest absolui, cum promisso soluendi cum potens erit. *citati à Barbos. in collect. DD. ad Concil. Trident. s. 25. cap. 12.* sed & à parocho sacramenta ei posse negari, qui ex notoria iniustitia denegat decimas, & ab Ordinario percelli interdicto personali dicendum est. *vide citatos ibidem num. 8. 9. & 4.* & multo magis pecuniarijs, alijsque pœnis, si à carnalibus hominibus magis timeantur. ex ratione & modo eiusdem Concilij Tridentini *s. 25. c. 3.*

4. *Integre soluendæ.*

5. *Qui immunes.* Sed immunitatem † à decimis post Cistercienses (quorum priuilegium est in Corpore iuris, *c. 10. c. 34. ext. hoc tit.* Bull Mart. V. largior dd. cc. *quam recitat Chop. de sacra pol. l. 3. t. 2. nu 9*) omnes Mendicantes Ordines obtinuerunt quoad terras ab ipsis excultas. & Greg. XIII. *Const. incip. pastorali. 1. Ianuarij* 1578. maiorem libertatem concessit.

Quod si tamen decimæ rei ab initio fuerunt cum concederetur impositæ, seu cum ea conditione traderetur, ad quascumque manus etiam mendicantes deuenerint, solui debent. ad emphiteuticum enim canonem, seu vectigalem nummum magis spectant, quã ad ius decimarum. si autem iure parochiali exiguntur, quia monachis ea cura non præstatur: immunes sunt ij, qui priuilegium habent. *Cong. Conc. 19. Decembr.* 1596. si autem decimæ laicæ sunt, aut iure laico possideantur: quamuis controuerti aliquid ex iure possit, non facile reipsa obtinebitur, vt concessio immunitatis à sacris Pontificibus facta, ad prophanas decimas magis, quam ad dominicalia iura bonaue patrimonialia porrigatur: nisi doceantur post Concil. Lateran. magnũ ab Ecclesia demum ad seculares manus deuenisse. ex enim iure Ecclesiastico censentur, oneribusq;, & constitutionibus Ecclesiasticis obnoxiæ. *qua de re videri potest Philip. Nigri de Exempt can. c. 4. pr. n. 25.*

Decimæ non debentur vbi non est eius rei consuetudo. & quidem personales, id est, ex lucro industriæ nullibi fere sunt in vsu. *Sa. verb. decima*, §. *prim.* In his partibus vsus in materia decimarum, si qua alia, valde variat: in hoc pago decimæ non debentur lignorum, ibi animalium, ibi leguminum, aliorum alibi: vbique suus vsus est retinendus.

Generalius quidem hic (quamuis de iure ex blado *cap. 2. h. t.* pascuis *c. 4.* viuarijs *c. 5.* fæno. *c peruenit*, nutrimentis animalium, *(arg à contrario sensu c. ex parte tua. vbi priuilegium, ne de ijs soluantur decimæ, datum significat legem in contrarium esse)* syluis *c. 20. verb fructuum arborum c. 22. c. 28.* soluendæ sint decimæ, de his omnibus vt non soluantur magis obtinuit. nisi forte terræ arabiles vertantur in syluas. In hoc enim casu alijsque quibus perpetua fieret decimarum subtractio pluribus supremarum curiarum præiudicijs declaratum est, ex surrogatis prouentubus decimas deberi, prout ex frugibus ante solutæ fuerant. nisi & eo casu contraria consuetudo obtineat. Merito. quandoquidem & priuilegium de non soluendis

deci-

decimis, si nimium incipiat præiudicare, reuocetur. *cap. suggest. eod.* verum si vertantur tantum in pascua, non perpetua, sed quæ conuerso tempore rursus arentur, & seminentur: vbi ex pascuis decimæ non soluuntur, non ideo quia aliquando seminata fuerint, iam decimabuntur; sed citra fraudem poterit dominus re sua vti, prout magis ei proficuum erit. vtitur enim iure suo. Sed quid si toto pago terræ arabiles vertantur in boum pascua, vt quadantenus ibi annihilentur decimæ, & cleri alimenta? desiderabit æquitas, vt intra modum iudicis officio coarctetur hæc libertas, ad exemplum priuilegij nimium præiudicantis præsertim cum etsi dicamus quotam decimarum, vel vt ex his vel illis fructibus eæ soluantur, non esse iuris diuini: illius tamen iuris est vt singulis in locis necessaria & competentia alimenta Ecclesiasticis conseruentur. *Couar. var. resol. l. 1. c. 17.* Quibus etiam ex causis c. 1. *x. de decim. cap. decimæ 16. q. 1.* vt decimus manipulus soluatur, plerisque locis non obtinet, sed vndecimus, duodecimus, vel minor, plerisq; tantum locis soluitur. *Bugn. leg. abr. l. 3. synt. 124.* quæ consuetudo aut præscriptio etiam seruanda est. Ideoque quamuis Concil. Trid. *c. non sunt ferendi. 12. sess. 25.* integre decimas persolui mandet, tamen non aliter illud intelligendum est, quam iuxta eam quotam, quæ eo loci consueta est.

Similiter quod traditur decimas ab agricola in horreum parochi deferri debere, antiquatum est. *Bugn. ibid. synt. 125.*

In maritimis aliquibus locis † harum ditionum consuetudo obtinere dicitur, quod quando Princeps terram natantem permittit è mari vindicari & aggeribus cingi, quæ ab hominum memoria culta non fuit, & vbi nemo decimas vnquam habuit, quod is qui terram ita è mari vindicat, etiam immunitatem decimarum, seu ipsas decimas lucretur. Sonat axioma *de dyct die vvindt de thiende.* 6. *An qui recens terras aggeribus cingunt.*

Vt quidem grauium impensarum intuitu in annos aliquot immunitas in totum vel in partem detur; id æquitas exigit, cum eius opera Reip. atque Ecclesiæ cuius decimæ imposterum auctum eunt, beneficium tantum acciderit. alias rigor iuris deductionem expensarum in decimarum solutione non admittit. *c. cum homines 7. x. de decim.*

Sed quando aliquis semel percepit decimas, & aggeres post inundationem reficiuntur, recuperat is decimas. sed id ita intelligo, vt si quidem Princeps facultatem fecerit veteribus dominis terras suas aggerandi (sit verbo licentia) sicut illi recuperant per hoc indultum ius suum, seu proprietatem terrarum, etsi ad Principem deuolutam; Ita & restituantur decimæ. Cæterum si Princeps non restituat veteribus dominis fundos, neq; ad decimatores decimæ redibunt, quæ cum fundis in regalia Principis transierant: si tamen diuturno satis tempore sub aquis latuerint. nam proprietas agrorum per inundationem 7.
† flumine vel mari eodem impetu non recedente, quoad priores dominos amissa est, & *Inundatione perit domino fundus.*
rura iam natantia facta sunt iuris publici, prout flumina ipsa; præcipue accedente longissimo tempore, quo submersa remanserunt, mutata plane eorum forma per inundationem. *l. si ager, la v. D. quib. mod. vsusfr. amit.* quæ flumina inter regalia numerantur: *in vsib. feud. in titul. quæ sunt regalia c. vn.* & idcirco ad Principem spectare intelliguntur: cui propterea accedunt insulæ, & quicquid in flumine nascitur, & exinde emergit. neque moribus nostris obtinent, quæ in iure, quoad adiacentes agros, decisa sunt *in l adeo. §. præterea. & sequent. D. de acquirend. rer. domin. & § præterea. & sequent. Instit. de rerum diuis.* hinc traditur axioma. *Alluuio spectat ad Principem.*

Id ipsumque credi potest etiam obtinere in decimis, † quæ etsi ex fructib. debeantur 8.

 & col-

Et decimæ. & colligantur, fundamentum tamen habent in fundo; vt ad limitatum hunc fundum limitatæ sint hæ decimæ: atqui quamuis circumscriptio quæ in aere duci possit, ob circumferentiam locorum vicinorum, in imaginatiua adhuc superesse possit, non tamen re ipsa ea est superficies quæ olim fuit, quæque fundo adhæsit, at non sunt nunc ijdem fundi, qui olim fuerunt, sed noui, adeoque omnia quæ inde dependent, aut in ijs fundantur, cum illis interierunt, nouaque facta sunt omnia, & tanquam nullius, occupantis fierent: nisi vsus ea ad regalia Principis transferret. Propter enim formę mutationem, quæ dat esse rei, *l. Iulianus. § prim. D. ad exhibend.* dictas decimas, exemptas censeri oportet à dominio priorum proprietariorum.

9. *Et seruitutes.* Sic decisum † de vsufructu, vt eo casu quo agri dominium per inundationem amittatur, etiam vsusfructus amittatur *in l. si ager in prin. ff. quib. mod. vsus fruct. amitt. & in l. cum vsumfructum, sequen.* vbi dicit Iurisconsultus, quod si flumen hortum vnum occupauerit, & alueo mutato inde manare cœperit, quod amittitur vsusfr. ratio est, quia locus aluei publicus esse cœpit, nec in pristinum statum restitui potest.

Idem in seruitutibus obtinet; ita vt si tanto tempore steterint interruptæ, quanto seruitutes amittuntur, quod seruitutes non restituuntur primo domino, licet flumen in alueum suum redierit. *Bart Cepol. in tract. suo de seruit. Rust. præd. in tit. de seruit. aquaduct. vers. sed iuxta prædicta quæro, inducens gloss. in l. hoc iure, § si aqua, in versi interrupta. ff. de aqua quot. & æst.*

Nec obstat quod contra allegari posset, quod in agris ex quibus decimæ debebantur, incultis per centum annos, si fruges ibi nascantur, & metantur, quod decimæ auferentur: quia tali casu ager cui decimæ inhærent & adhærent, semper fuit nec desijt esse, mutata forma & specie per longam & diutinam inundationem, vt hoc nostro casu.

10. *Ad regalia & dispositionē Principū transeunt.* Et cum ad Regalia † Principis, vt diximus, ius decimarum, vt etiam proprietas terrarum, fuit deuolutum, de ijs liberam habet potestatem pro libitu suo disponendi, & sic vel relinquendi sub aquis, & vetandi exaggerari ab aliquo, vel id prioribus dominis permittendi (quo casu & Decimatori fauisse, qui olim ius habuit, præsumetur) vel alijs totum suum ius proprietatis & decimarum donandi, simpliciter; vel sub modo. Et hæc quidem de praxi dicuntur in his ditionibus. Neque tamen ea praxis huius tantum temporis est, sed & priorum sæculorum. nam cum monasterio S Michaelis territorium Santulitanum à Principibus nostris olim est concessum, adiecta est ea clausula, vt si quando contingeret illud inundari, nunquam tamen ad Regalia Principis rediret, sed maneret in dominio Monasterij. virtute cuius clausulæ superarunt monachi his annis consilium præfecti aggerum, & supremorum Rationalium, qui omnia Principi vendicare volebant, litteræ sunt Ioannis Ducis, anni 1355. 22. Iulij. cum per sententiam illa & alia inundata bona domanio eius applicata, & adiudicata essent. Sed & memini me in archiuis Monasterij Sancti Bernardi legisse arbitralem sententiam à quatuor viris præclaris, quorum duo erant vtriusque iuris Doctores ante annos 100. circiter latam inter Abbatem S. Bernardi vti decimatorem in Wouda, & Dominum de Breda: vti Dominum de Steenbergen: qua duæ tertiæ decimarum terrarum certarum, in isto districtu sub aquis tunc sitarum in casu, quo è mari eriperentur, addicebantur Domino de Steenberghen, ob futuræ exaggerationis sumtus, dominiumque natantium terrarum, & vna tertia Abbati: vt decimatori ecclesiastico.

Igitur

Igitur hæc quæ dixi intelligo de decimis laicis & patrimonialibus, quæ ſicut vel aliæ proprietates rerum, vel ſeruitutes per inundationes à prioribus dominis ad alios, quorum vicina ſunt prædia, vel Principes talia alluuionum iura occupantes transferri poſſunt. Cæterum decimæ Eccleſiaſticæ cum non priuato aliquo acquiſitionis titulo debeantur, ſed per conſtitutiones ac canones; numquam depereunt: ſed etiam ex terris quæ nullius vnquam fuerunt debentur Eccleſiæ, ab occupante nouas terras, ex nouis fructibus: quia leges mutationibus rerum non mutantur. Deperire tamen cenſebuntur ijs decimæ, qui ſingularibus titulis eas ante poſſidebant. *per dicta iura.* Sed in quantum per Canones ex omnibus fructibus decimæ præſtari debent, eo tantum iure ex nouis terris; ex nouis fructib. exigentur. Ideoque ab ijs ſolum, qui decimandi ius per Canones, non ſingulares titulos, fundatum habent: adeoque paſtoribus ſeu ijs, qui parochorum iura poſſident, ſi locus exaggeratus intra limites certæ parochiæ conſtitutus ſit: ſin minus; ab Epiſcopo intra cuius diœceſim, quæ eius parochia eſt, exiſtunt. *ca. quoniam* 13. *x. b. t.* quamuis nonnulli in his locis & aliam praxim allegent.

Quinimo ſcio quoſdam qui iura fiſci tuentur, contendere, ex vſu ad Principem ſpectare, terram incultam, in emphiteuſem dare ad decimum, ſi velit, manipulum; vti infinitis libris cenſualibus decimi manipuli inter Canones Dominicales inſerti inueniuntur: quo caſu credant nulli alteri decimam deberi: modo parocho contribuantur alimenta; in quam cauſſam tertia plerumque relinqui ſoleat. Neque hæc extra veriſimilitudinem putant: quaſi decimæ abſolute non ſint iuris diuini, (prout hactenus in Friſia decimæ nunquam ſolutæ dicuntur) ſed alimenta tantum Cleri: quibus conſtitutis potuerint Principes Chriſtiani eadem ſibi iura vindicare, quæ ante illos, alij: quaſi etiam fides circa rerum dominia nihil vnquam mutet; quæ corrupta demum natura inuexerit; cum Innocentia omnia feciſſet communia.

Moris autem olim † fuit vt homines decimam fructuum Regib. ſuis præſtarent. Sicilia, Sardiniaque Romanis dabat decumanum frumentum: deinde aliæ Prouinciæ ex agro culto, decimam fructuum, ex paſcuo quintam; quin & Samuel inter iura Regum *l.* 1. *cap* 8 *Rex*, inquit, *vineas veſtras addecimabit.* 11.

Qua de cauſſa obligatio decimarum tempore noui teſtamenti refertur ad primorum Eccleſiæ patrum conſtitutionem, conſenſumque Chriſtianorum, qui exemplum à lege Moyſaica ſumpſerant. *Couar. d. c.* 17.

Sed de † iure ſcripto vt dixi noualium decimæ Epiſcopo Curato vel primitiuo parocho accreſcunt. quod alias difficultatem non habet, ſi decimæ veteres à laicis poſſideantur; quia poſt Concil. Lateran. magnum nullæ decimæ de nouo ad manum laicam venire poſſunt. *c. prohibemus, h. t. c. cum Apoſtolica, de his quæ fiunt à prælat.* ſed ſi ab Eccleſiaſticis decima poſſideatur, indefinite eis conceſſa; eis & noualium decimas accedere credit ex communi Duar. *de ſacr. eccl. miniſt. l.* 7. *cap.* 1. ſi præſcripſerint autem tantum; ſecus: quia ſi nouæ & nunquam poſſeſſæ ante, ergo nec præſcriptæ ſunt, ſed ſi veteres certis terminis poſſideantur, & nouales conceſſæ ſint aliquibus; intelligitur conceſſio tantum de illis terris, & ad ratam vti colligunt veteres, *cap.* 2 *b. t. in* 6. & vbi poſſidebant ex integro, nouales tamen tantum debentur pro dimidia. *d. c.* 2. §. 1. ſemper tamen primitiuos paſtores excipio. qui tamen conueniri poſſunt pro Canonica portione. *d. c.* 2. §. 2. 12. *Iure noualès parocho cedunt.*

In

Post crebra scilicet monita,† panis & aqua, sequestratio in mensa & choro, vt separatim quæ corrigitur consistat, ac per hoc confundatur; deinde verberum disciplina cum discretione; carcer; tandem Episcopi iudicium: cui etiam omnia peccata criminalia reseruantur. Eadem Regula Canonissas has vocat sanctimoniales. Sigebertus autem ad annum 820. c/e. icales sanctimoniales. Aliqui de huiusmodi accipiunt quæ tradit Iustinianus *Nouell.* 59. vbi mulierum Canonicarum mentionem facit. Ante tempora Conc. Aquisg. constat multis in locis congregationes fuisse ex literis Ludouici Pij ad Archiepiscopum Salisburgensem datis, quæ ad calcem eiusdem Regulæ adiunctæ sunt. Quod & censet Molan. Doct. Louan. *lib. 1. de Canonicis cap. 15.* præsertim ob Niuellenses & Andenses, cum libero, vt asserunt se documenta habere, instituto: sine voto, inquam, regulari fundatas à D. Gerdrude, & Begga Pipini I. Braban. Ducis prolibus. Habebant autem regulam aliquam ex aliquibus S. Patrum præscriptis desumtam, vt ex ea liberiori vita plures ad monasticam transierint. Niuellense porro Collegium à Pascali II. breuem vitæ formam habet, sub vita tamen communi: sed an. 1136 Lotharius Imp. bona diuisit; partem hospitali, alteram Abbatissæ, tertiam Congregationi 72. fratrum & sororũ attribuit. In electionibus huiusmodi Abbatissarum Bonif. VIII. etiam earum statu non approbato, decreta in canonicis electionibus præscripta iubet seruari *c. indemnitatibus, de elect. §. penult. in 6.* 6. *Earum religiosa disciplina.*

Quod porro spectat ad Beghinas,† quanquam, vt diximus non sunt regulares, nec, vt dicit Clemen. *vbi supra*, Religiosæ, quia nec obedientiam vlli promittant, nec proprijs renuncient, nec profiteantur regulam approbatam: etsi habitum quem Beghinarum vocat, deferant, & adhæreant religiosis aliquibus, ad quos specialiter trahitur affectio earundẽ, quem quidem statum damnat; non itidem si in domibus & hospitijs suis pie conuersentur, vt initio diximus: Quæri tamen non male potest, an saltem religiosæ sint eo sensu, quo loca pia & Congregationes religiosæ dicuntur; sc. vt inde effectus surgat tituli Decretalium, *de Religios. domibus, vt Episcopo sint subiecta.* Sub quo titulo adeoq; sensu Clem. V. statum damnatum Beghinarum negat esse; prout nec sunt fideles illæ mulieres, quas non damnat, quæ in domibus suis pie conuersantur, pœnitentiam agunt, non ex aliquo præscripto, sed prout Dominus ipsis inspirat, inquit. Tamen Beghinæ, vt hodie in Belgio sũt, habitum gerentes, propriam Ecclesiam, reditus, mensam sancti spiritus, & parochum habentes, muris & septis clausæ, quo ante certam horam nocturnam regredi debent, voto quamdiu ibi fuerint obstrictæ continentiæ, & obedientiæ Ordinario & superioribus, secundum consuetudinem loci: Quæritur, inquam, an talis locus & congregatio dicatur religiosa, vt illius personæ Episcopo sint subiectæ? Non dico ad effectum vt à tributis immunes sint, vt non essent, *secundum Molin. de iust. & iur. t. 3 de tribut. d. 672.* nec vt eximantur à potestate laica, vt nec eximitur Clericus non se gerens iuxta requisita Conc. Trid. s. 23. c. 6. sed ad effectum, vt saltem coram Episcopo iuri stare teneantur, nec forum illius declinare possint. Idem Clem. *in d. c. Attendentes*, Canonicas sæculares. *quæ vt Canonici sæculares vitam ducant*, inquit, etsi earum statum non probet, statum aliquem tamen, qualem qualem habere non diffitetur, adeoq; mandat sub pœna anathematis, vt Ordinarij visitationem recipiant: vt ad eam teneri Conc. Brab. contra Niuellanas iudicauit. *vt alibi diximus.* Et Beghinæ quoque ab Episcopis vbiq; visitantur, non sine indicio quin ad Ecclesiæ iudicium spectent. In Beghinis tamen temporale quamuis & simplex votum amplius est, 7. *Beghinæ & Canonissæ an Ecclesiasticæ, & coram Ecclesi. conuenibiles sint.*

Ee quam

quam in Canonissis; quæ ex instituto tantum continent: sed contra hæ videntur beneficium Ecclesiasticum possidere, quod non illæ: adeoq; quia beneficium obtinens, Ecclesiasticus censetur, etiam ad exclusionem tributorum; *Mol. vbi sup. nu.* 4. tamen in fœminis magis præbenda quā Ecclesiasticum beneficium, quod sine Canonica institutione obtineri nequit, & cuius capacitas per tonsuram inducitur, apparet: pro anomala autem præbenda considerari potest in Beghinis prouisio mensę Sancti Spiritus, aliæq; fundationes: adeoq; videri possunt Beghinæ & Canonicæ, quoad hanc quæstionem, vel pari passu ambulare, vel se habere vt excedens & excessum, vt loquuntur Philosophi. Pleraq; Beghuinagia cum instituto, vt modo diximus, à Pontificibus declarationem habent, quod non comprehendantur sub *d. Clem. 1. de Relig. domib.* Capitula Canonicarum Montensium & Niuellanarum, etiam à sede Apostolica priuilegia habent, vt exemptæ sint à iure Ordinariorum: præsupponitur ergo sine ijs subiectio alioquin, vt ex priuatione habitus, & lex ex priuilegio infertur. Adeoq; de vtrisque censuero quod forum Ecclesiæ declinare non possint, tametsi nec eximantur à sæcularibus, vt de clerico non secundum requisita Concilij viuente modo diximus, & in iure de eo traditur qui duobus in locis domicilium æque principaliter constitutum habet. Et d. quidem Capitula Montense & Niuellense coram Principe eiusque Concilio iuri stant, ab inferioribus priuilegio exemptæ, ob dignitatem, de qua alibi, vt sint Collegia quadantenus mixta, vt de Vniuersitate studiorum diximus, *tit. de Relig. domib.*

Pontifex *in c dilecta x. de Maior. & obed.* dicit quod Abbatissæ obedire debeant reuerenter canonicæ suæ & clerici: & quamuis eos excommunicare non possit, suspendere tamen queat. de cuius ca. interp. vid. Steph. *de Alum in tract. de potest. cpor.* Habet ergo Pontifex eiusmodi Abbatissam l. Superiorem canonicarum pro Ecclesiastica: alioquin clericos ei non declararet subiectos, quos primitiui Ecclesiæ canones ab omni seculari superioritate exemerint.

Neque secundum ordinationes Episcopi illi; secundum cætera, Magistratui sæculari subiectas censuero. Ea distinctio locum habeat, quando persona ratione rerum, officiorum, administrationum &c. ad non suos alioquin iudices trahitur: quæstio hic est de ipsa conditione personæ, quæ vbique comitatur, vt nigredo Æthiopem: vti diximus, *tit. de decim.* ingenuum seu nobilem, vbique & quoad omnes esse talem.

Enimuero ad alium effectum quęri potest, congregationes hæ Ecclesiasticæ sint an sæculares Phil. II. 1. Iun. 1587. in edicto ad Conc. Prou. Camer. ar. 11. & in Regulamento de Reparat Eccles. 2. Oct. 1613. Principes nostri, ab onere congruæ portionis pastorum, & reparationum Ecclesiarum eximunt decimas à laicis possessas, non autem ab Ecclesiasticis: Quæri posset, sub quo membro hæ congregationes locari deberent? *Rot. dec. 332 in antiq.* earū *ius* patronatus ecclesiasticū esse declarauit: tamen insigne CapitulūThorense in quæstione reparandæ Ecclesię, sustinuit decimas suas in contributionem vocari non posse, quod Collegiū suum esset sæculare. quo etiam facit quod decimæ à laicis talibus Collegijs datæ, vt sunt pleræque à Principibus fundatoribus, non videntur perfecte redijsse ad naturam primigeniam: quam tamen caussam valde inculcant præfata edicta: quippe ea natura, non ad omnia loca, aut caussas pias se porrigit, sed decimæ sacerdotibus & Leuitis iure diuino assignatæ fuerunt. Nihilominus regulamentum Principum, etsi non itidem Philip. edictum diserte in contributionem vocat omnes decimas in manu mortua existen-

existentes, vt facile inducar in eandem sententiam; pro ijs locis etiam tenendam, vbi illud non ligat, præsertim cum dicat, id in conformitatem prioris edicti statui.

Quæ quæstiones quo planius innotescant, prætertim vbi institutum Beghinarum non adeo innotuit, putaui non abs re me facturum, si paucis, quæ ad earum statum spectant, hic proponerem Itaque † Lambertus le Begue Patriarcha Beghuinarum eas Leodij primum instituit, templum ædificauit, ædes dedit & pomarium; opibus quas amplissimas habebat auxit; tametsi eundem titulum Radulphus sibi vt Ordinario loci, vbi cœpit institutum, arrogare voluerit. Sanctus Ludouicus Lutetiæ Paris. maximam multitudinem Beghinarum collegit Philippus Nonmirallius V.N. Beghinarum quinque millia diuersis in locis Christi iugo mancipauit. Authores qui de his tractarunt, videri possunt apud Aub. Miræum *in Chronico Cisterciensi ad an.* 1216. 8. *Origo Beghinarū*

Lambertus ob rei nouitatem captus, ac Romam ductus anno 1186. ab Vrbano remissus perfecit institutum, & templum Sancto Christophoro sacrum, obijt in Martio 1187. ex effectu creditur Vrbanus institutum pro pio habuisse: probasse non dicam; etsi quidam velint, & chartas Leodij incendio absumptas; siue sub Henrico siue sub Carolo Audace Ducibus Brabantiæ, eius vrbis victoria intemperanter vsis. Ioann. Molan. *Doctor Louan. in Natal. Sanct. Belgij ad diem 6. Ianuar. in vita Venerab. Gertrudis ab Oosten, quæ ex hoc instituto fuit*, refert Petrum Herentalium existimasse hoc institutum cœpisse anno 1207. quia tum magis cœperit dilatari. nonnulli deducunt à S. Begga Pipini Landensis filia, quæ Canonissas Andenses fundauit, ob nominis similitudinem: quanquam Miræus *loco citato* asserat, & Niuellenses ab eius sorore B. Gertrude fundatas olim, in diplomatibus Pontificum, Beghinas agnominatas. ea de re videri possunt libelli Zegheri van Honsum pœnitentiarij, & Petri Coens Canonici Antuerp.

Enatis autem per Allemaniam † sub hoc nomine forte & habitu passim grato hæreticis Beghuinis & Beghuardis, Belgicæ quasi in commune crimen ab aliquibus vocatæ sunt, non aliter quam de Lamberto diximus, vt Antuerpiæ omnia earum bona fiscales ratiocinatores arripuerint, quæ deinde vix trigesimo post anno integre restituta sunt, mandante Ioan. XXII. literis Auenienie datis ann. 1322. (qualia & alibi accidere) vnde narrat diploma eiusdem Ioan. quod ob eas aliquibus in locis guerrarum pericula excitata sunt, adeo Principum ac potentium virorum studio hoc institutum promotum fuit. 9. *Belgicæ multa passæ ob reprobatas Allemannas.*

Qui quidem Pontifex Fratricellos Beghuardos & Beghuinas, sicut Clem. V. damnauit, *c. sancta, extr. Ioan* excepit tamen huiusmodi nostras, *ca. ratio, extr. Com. de relig. dom.* generali constitutione, † & specialibus litteris Episcopo Camerac. ann. 1324. & Tornac. an. 1327. (idem credo de Leod. & Vltraiectino) destinatis: quibus mandauit, vt in religionem, vitam, ac mores Beghinarum suarum dioecesium inquirerent; & si tales forent, quales d. c. *recta* describit, quæ prælatis reuerenter obediunt, & per virtutum odoramenta currentes honeste viuunt: non paterentur innocentes cum nocentibus ad paria iudicari, sed ab omni molestia eximerent: compescendo contrarios per censuras, etiam appellatione postposita. Ea inquisitione facta passim tutatæ sunt. Ipse idem Pontifex vno anno post dictam suam damnatoriam Constit. *sancta* scil. 1318. Beghinagium Bruxellense sub B. Petri & sua protectione suscepit, Antuerp. ann. 1322. Herental. & Louan. similia diplomata habet, quod Molan. ann. 1357. intra mœnia redactum refert. Sed ante hæc Innoc. IV. an. suo 2. Domini 1245. Diestense Beghinagium sub simili protectione 10. *Deinde tutatæ à S. Pontif. & Episcopis.*

 suscepe-

Concilia presto auxilium cõferunt. per prouisionem, siue definitiue pronuntiauerint. Quin etsi ad collectas procedendũ sit, quod ea via contribuendum esse decreuerint, alijs medijs deficientibus curabunt Magistratus, vt mox erogetur; & casu quo parochi querantur Episcopos nectere moras, poterunt implorare officium Consiliorum Principum, quæ prouidebunt. ita quod in subsidium ad Concilia etiam congruæ portionis cognitio pertineat. *art. 16. edicti c. statut. §. vbi autem, de decimis in 6.* nisi forte ex interdicto fiduciaria pensitatio addicatur. *Choppin. de sac. pol. l. 3. t. 4 num.* 8. *Cod. Fab. l. 3. t. 12. def.* 18. Non dissimiliter Philip. II. *ad Synod. Cam.* edicto dato statuit an. 1586. Et quidem adeo ad Episcopos ea cognitio spectat, vt ne quidem exempti & sedi Apostolicæ tantum subditi illud iudicium subterfugiant. *d. c. 7. sess. 7. cap. 1. de prab. in 6.* Porro in casu huius sess. 7. cap. 7. Trid. S. Cong. Concilii, ad postulationem Ioannis Miræi Episcopi Antuerp. 1608. his verbis censuit: *Tam in plebania quam in reliquis parochialibus Capitulo vnitis posse ab Episcopo constitui Vicarium perpetuum cum congrua portionis fructuum assignatione, quæ nec maior sit aureis centum, nec minor quinquaginta. Cæterum etiamsi huiusmodi vicarios amouibiles esse sinat Episcopus; posse tamen Capitulum cogere, vt ipsis congruam fructuum portionem assignet; ipsos autem vicarios siue perpetuos siue amouibiles esse, præuia Episcopi approbatione, & non aliter, deputandos.* Hactenus S. Cong. vbi tametsi, *vt dictum est c. hoc* 7. amplum arbitrium Episcopis in assignanda vicariis portione tribuisset, tamen pro hoc etiam tempore, & hoc emporio celeberrimo Belgii, quod Cong. meminerat, vtpote cum ad status Episcopatus relationem eam resolutionem dederit, non voluit excedi, inuito Capitulo taxam Const. Pij V. Serol. *pr. p. 1. verb. Oeconom. §. 6.* refert se vidisse per Nuncios Apostol. assignatos singulos aureos tantum in singulos menses, & emolumenta currentia. Consonat Pij V. *Constitutioni* Tridentinum *s. 7. c. 7. s. 25. c. 16. s. 24. c. 18. Clem. I de iur. patr. c. extirpandæ. § qui vero. c. auaritia. c. de monach. h. t. c. 1. eod. in 6. c. vnic. h. t. in extrauag. Ioann. XXII. c. ad hæc. X. de off. vicarij Clem. vnic. eod. tractatus Rebuffi de cong. port.*

13. Et cum Greg. XIII. ediderit constitutionem *incip. in tanta.* qua ad legitimam pro subiecta materia dispositionem reduxit plurimas constitutiones Pij V. quæsitũ est; an hæc sit reuocata, quæ de vicariorum portione agit? & cum Cherubino dicendum est *in compendio ad eandem constitutionem Gregorij XIII.* quæstionẽ formante de exemptione regularium à gabellis, & hospitium militum non esse reductam. quia *licet*, inquit, *reductio sit de omnibus Pij constitutionibus statum regularium concernentibus: restringitur tamen per illa verba; de eisdem rebus editas: ita vt non possit extendi ad dictum indultum, de quo Pius non egit in suis constitutionibus hic indicatis. vt Stephan. Quaranta aduertit in suis ad not. ad hanc bullam.*

14. Legitimam autem dispositionem eam vocat, quæ erat siue ex iure communi, siue Tridentino, siue priuilegijs, vsque ad eas bullas non reuocatis. *secundum Roder. q. Reg. t. 3. q. 74. art. 16. in fin.*

Oportet tamen ante constitutionem vicarij perpetui erigi titulum vicariæ. *Sac. Cong. apud Serol. p. 2. V. vicarius* §. 7. temporarium tamen esse sinere Episcopus potest. *vt habet Serol. ib. §. 8. & iam relatum responsum*, Porro œconomus aut deseruitor Ecclesiæ vacantis, cõstitui statim à vacatione debet *Trid. sess. 24. c.* 18 qui habet etiam congruam mercedẽ; non integros fructus percipere, vel Episcopus ei assignare potest, nisi quando essent exigui, adeoque competenter necessarij.

DE DECIMIS.

Quan-

QVanquam omnium quæ gignit humus, decimæ iure sint soluendæ, etiam leguminũ, *c. non est, extra de decimis. c. 3. verb. de blado & vniuerso legumine ib. l. 2 Paralipo c. 13.* Tamen Carol. V. Imp. anno 1520. hic cauit † ne decimæ à subditis exigerentur eorum fructuum, de quibus 40. retro annis nullæ decimæ exactæ aut solutæ essent, qui eo tempore cogniti fuissent, nullis exactis decimis: ad fruges enim incognitas constitutio trahi nõ poterat. Ita eiusdẽ Imperatoris interpretatio subsecutis annis declarauit, vt de insolitis fructibus decimæ soluerentur, si in alijs locis vbi soliti fuerũt seminari, & colligi, soleant decimæ solui; quod si consuetudo deficiat, ad ius recurratur. Amplam ergo illã decimas exigendi facultatem à Canonibus introductam restrictam esse declarauit Imperator, quatenus à consuetudine destitueretur; quæ ab ea fiuaretur, ea pleno iure obtineret. vnde cette ius ipsũ dicitur quod consuetudo firmauit. *l. pen. D. de leg.* Igitur si hic insolitę sint fruges, in eadẽ tamen Prouincia aut vicinia solitæ sint, seminatæ ibi, & in horreo cõditæ; si ibi ex ijs decimę colligantur, cũ eo onere huc transmigrarunt. Si porro ex Vltramarinis regionibus traductæ sunt, vt non constet an ibi soluantur ex ijs decimæ, aut eas regiones habitent gentes, quæ nihil pro iure habent, quam quod lubet; tunc ad ius commune recurrendum est. 1. *Decimæ insolitæ nõ exigendæ.*

Sic de panico, fagopyro, † aut pyrofago controuersiam rustici nonnullibi mouerunt, præsertim vbi primũ pro pabulo cessit, deinde ob exiguã quantitatem qua colligebatur, aduertentiam decimatorũ fugit; posteaquam autẽ publicitus seminari aut magna quãtitate colligi cœpit, decimatores etiã decimas exigere cœperũt; illi insolitas fruges dicere, & decimas nõ solitas solui. Sed cũ recurritur ad Campiniam. Taxandriã, totamque Geldriam, vbi solitũ seminari, colligi, decimari; res controuersia caret. Sic Boer. *ad Consuet. Bituric. tit. de costumes predials*, §. 12. refert, quod cũ Episcopus Abbiensis decimas crocorũ exegisset, ac subditi solutionẽ denegarent, sub prætextu quod antea decimas nõ soluissent; Episcopus sententiam obtinuit; ea ratione, quod alijs locis decimæ de croco soluerẽtur. Et Conc. Brab. 21. Aprilis 1545. pro Abbate S. Gertrudis iudicauit non censeri nouas decimas lignorũ in locis vbi ex lignis decimæ soluuntur; quãuis syluæ infra 40. annos plantatæ vel sponte natæ essent. & in ipsa panici materia Senatus Brabantiæ pridem iudicauit contra incolas de Willebroeck & anno 1638. contra plures pagos cõterminos. quæ sententia quoad omnes ius facit, cũ decidat qualitatẽ istius frumenti, scil. quod sit decimabile. sic cũ de statu alicuius sententia lata est, omnibus nocet, etiã non vocatis. *l. ingenuũ, D de statu hom.* Sic Ioan. Faber in § *præiudiciales, vers. sed quidam causa nobilit. Instit. de Act.* si quis pronuntiatus est nobilis aut legitimus, is nobilis est & legitimus quoad omnes; neq; opus est vt apud singulos probetur. Carol. V. in eodẽ edicto interpretatiuo declarat, se nõ intẽdere prohibere quo minus si de nouo ædificetur domus, de bestijs ibi natis & nutritis decimæ soluantur, si in eodem pago solitæ sint de illis solui. *Vide latius Consult. canon. h. t.* 2. *Ex fagopyro soluẽda.*

Porro † cognitionem nouatum huiusmodi decimarum videtur Imp. suo Concilio asscripsisse. Si de facto tantum ac possessorio ageretur, facile recipi posset: sed si de iure etiã accipimus, incurritur in *c. tuam, extra hoc tit.* sic Boer. *vbi supra.* dicit huiusmodi statutum *n.* 3. seruandum. Sed tamen ex Concord. Brabantiæ decimarum cognitio in possessorio ad Principem; in petitorio ad Ecclesiã spectat: si non agatur de decimis infeudatis etiam per Ecclesiam possessis. *ex § in causis mere. in Concord. Brab.* vbi inter decimas infeudatas multo maxime censent referendas, quæ ad ipsum Principis dominium spectant: de quo priuatiue Concilium solet cognoscere: etsi Brabantia feudum non sit, neque in eo omnia soleãt obseruari, quæ in feudis, quæ ab ea mouentur.

3. *Cognitio decimarũ.* Ad hæc Carol.V.7.Iunij 1554.& Philippus II.anno 1564.6.Iunij, edicto sub graui pœna sanxerunt, vt decimæ integre † soluantur, neque fructus ante vel post solis occasum, vel non monitis decimatoribus, neque antequam in manipulos colligantur, & in aceruos componantur, ex agro auehantur, & vt decimis suis pacifice vti frui Ecclesiastici sinantur. quod & pluries sanxerunt Galliæ Reges, *quos refert Choppin. de sac. polit. l.2 tit. 4. num.3.4 ad marg.* Quod de iure, † ita faciendum asserit Riccius *in prax. Episc. decis.544. Bugnion. lég. abr. l.3. synt. 125. & Regum Galliæ constitutiones citat.* Decimarum solutio debita est Deo, & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt. Conc. Trident. *sess.25. c.12.* & eos excommunicari præcipit, & non absolui nisi plena restitutione facta. Vtique si sint soluendo. impotens enim potest absolui, cum promisso soluendi cum potens erit. *citati à Barbos. in collect. DD. ad Concil. Trident s.25. cap.12.* sed & à parocho sacramenta ei posse negari, qui ex notoria iniustitia denegat decimas, & ab Ordinario percelli interdicto personali dicendum est. *vide citatos ibidem num.8.9. &* 4. & multo magis pecuniarijs, alijsque pœnis, si à carnalibus hominibus magis timeantur. ex ratione & modo eiusdem Concilij Tridentini *s.25. c.3.*

4. *Integre soluenda.*

5. *Qui immunes.* Sed immunitatem † à decimis post Cistercienses (quorum priuilegium est in Corpore iuris, *c.10. c.34. ext. hoc tit.* Bull Mart. V. largior dd. cc. *quam recitat Chop. de sacra pol. l 3. t.2. nu 9.*) omnes Mendicantes Ordines obtinuerunt quoad terras ab ipsis excultas. & Greg. XIII. *Const. incip. pastorali. 1. Ianuarij* 1578. maiorem libertatem concessit.

Quod si tamen decimæ rei ab initio fuerunt cum concederetur impositæ, seu cum ea conditione traderetur, ad quascumque manus etiam mendicantes deuenerint, solui debent. ad emphiteuticum enim canonem, seu vectigalem nummum magis spectant, quã ad ius decimarum. si autem iure parochiali exiguntur, quia monachis ea cura non præstatur: immunes sunt ij, qui priuilegium habent. *Cong. Conc. 19. Decembr.* 1596. si autem decimæ laicæ sunt, aut iure laico possideantur: quamuis controuerti aliquid ex iure possit, non facile reipsa obtinebitur, vt concessio immunitatis à sacris Pontificibus facta, ad prophanas decimas magis, quam ad dominicalia iura bonaue patrimonialia porrigatur: nisi doceantur post Concil. Lateran. magnũ ab Ecclesia demum ad seculares manus deuenisse. ex enim iure Ecclesiastico censentur, oneribusq; & constitutionibus Ecclesiasticis obnoxiæ. *qua de re videri potest Philip. Nigri de Exempt can. c.4. pr. n.25.*

Decimæ non debentur vbi non est eius rei consuetudo. & quidem personales, id est, ex lucro industriæ nullibi fere sunt in vsu. *Sa. verb. decima*, §. *prim.* In his partibus vsus in materia decimarum, si qua alia, valde variat: in hoc pago decimæ non debentur lignorum, ibi animalium, ibi leguminum, aliorum alibi: vbique suus vsus est retinendus.

Generalius quidem hic (quamuis de iure ex blado *cap.2. h.t.* pascuis *c.4.* viuarijs *c.5.* fæno. *c. peruenit*, nutrimentis animalium, *(arg à contrario sensu c. ex parte tua. vbi priuilegium, ne de ijs soluantur decimæ, datum significat legem in contrarium esse)* syluis *c.20. verb fructuum arborum c. 22. c.28.* soluendæ sint decimæ, de his omnibus vt non soluantur magis obtinuit. nisi forte terræ arabiles vertantur in syluas. In hoc enim casu alijsque quibus perpetua fieret decimarum subtractio pluribus supremarum curiarum præiudicijs declaratum est, ex surrogatis prouentubus decimas deberi, prout ex frugibus ante solutæ fuerant. nisi & eo casu contraria consuetudo obtineat. Merito. quandoquidem & priuilegium de non soluendis deci-

decimis, si nimium incipiat præiudicare, reuocetur. *cap. suggest. eod.* verum si vertantur tantum in pascua, non perpetua, sed quæ conuerso tempore rursus arentur, & seminentur: vbi ex pascuis decimæ non soluuntur, non ideo quia aliquando seminata fuerint, iam decimabuntur; sed citra fraudem poterit dominus re sua vti, prout magis ei proficuum erit. vtitur enim iure suo. Sed quid si toto pago terræ arabiles vertantur in boum pascua, vt quadantenus ibi annihilentur decimæ, & cleri alimenta? desiderabit æquitas, vt intra modum iudicis officio coarctetur hæc libertas, ad exemplum priuilegij nimium præiudicantis præsertim cum etsi dicamus quotam decimarum, vel vt ex his vel illis fructibus eæ soluantur, non esse iuris diuini: illius tamen iuris est vt singulis in locis necessaria & competentia alimenta Ecclesiasticis conseruentur. *Couar. var. res. l. 1. c. 17.* Quibus etiam ex causis c. 1. *x. de decim. cap. decimæ 16. q. 1.* vt decimus manipulus soluatur, plerisque locis non obtinet, sed vndecimus, duodecimus, vel minor, plerisq; tantum locis soluitur. *Bugn. leg. abr. l. 3. synt.* 124. quæ consuetudo aut præscriptio etiam seruanda est. Ideoque quamuis Concil. Trid. *c. non sunt ferendi.* 12. *sess.* 25. integre decimas persolui mandet, tamen non aliter illud intelligendum est, quam iuxta eam quotam, quæ eo loci consueta est.

Similiter quod traditur decimas ab agricola in horreum parochi deferri debere, antiquatum est. *Bugn. ibid. synt.* 125.

In maritimis aliquibus locis † harum ditionum consuetudo obtinere dicitur, quod quando Princeps terram natantem permittit è mari vindicari & aggeribus cingi, quæ ab hominum memoria culta non fuit, & vbi nemo decimas vnquam habuit, quod is qui terram ita è mari vindicat, etiam immunitatem decimarum, seu ipsas decimas lucretur. Sonat axioma *de dyct die vvindt de thiende.* 6. *An qui recens terras aggeribus cingunt.*

Vt quidem grauium impensarum intuitu in annos aliquot immunitas in totum vel in partem detur, id æquitas exigit, cum eius opera Reip. atque Ecclesiæ cuius decimæ imposterum auctum eunt, beneficium tantum acciderit. alias rigor iuris deductionem expensarum in decimarum solutione non admittit. *c. cum homines 7. x. de decim.*

Sed quando aliquis semel percepit decimas, & aggeres post inundationem reficiuntur, recuperat is decimas. sed id ita intelligo, vt si quidem Princeps facultatem fecerit veteribus dominis terras suas aggerandi (sit verbo licentia) sicut illi recuperant per hoc indultum ius suum, seu proprietatem terrarum, etsi ad Principem deuolutam; Ita & restituantur decimæ. Cæterum si Princeps non restituat veteribus dominis fundos, neq; ad decimatores decimæ redibunt, quæ cum fundis in regalia Principis transierant: si tamen diuturno satis tempore sub aquis latuerint. nam proprietas agrorum per inundationem † flumine vel mari eodem impetu non recedente, quoad priores dominos amissa est, & rura iam natantia facta sunt iuris publici, prout flumina ipsa; præcipue accedente longissimo tempore, quo submersa remanserunt, mutata plane eorum forma per inundationem *l. si ager, la 1. D. quib. mod. vsusfr. amit.* quæ flumina inter regalia numerantur: *in vsib. feud. in titul. quæ sunt regalia c. vn.* & idcirco ad Principem spectare intelliguntur: cui propterea accedunt insulæ, & quicquid in flumine nascitur, & exinde emergit. neque moribus nostris obtinent, quæ in iure, quoad adiacentes agros, decisa sunt *in l adeo. §. præterea. & sequent. D. de acquirend. rer. domin. & § præterea. & sequent. Instit. de rerum diuis.* hinc traditur axioma. *Alluuio spectat ad Principem.* 7. *Inundatione perit domino fundus.*

Id ipsumque credi potest etiam obtinere in decimis, † quæ etsi ex fructib. debeantur 8.

 & col-

Et decima. & colligantur, fundamentum tamen habent in fundo; vt ad limitatum hunc fundum limitatæ sint hæ decimæ: atqui quamuis circumscriptio quæ in aere duci possit, ob circumferentiam locorum vicinorum, in imaginatiua adhuc superesse possit, non tamen re ipsa ea est superficies quæ olim fuit, quæque fundo adhæsit, at non sunt nunc ijdem fundi, qui olim fuerunt, sed noui, adeoque omnia quæ inde dependent, aut in ijs fundantur, cum illis interierunt, nouaque facta sunt omnia, & tanquam nullius, occupantis fierent: nisi vsus ea ad regalia Principis transferret. Propter enim formę mutationem, quæ dat esse rei *l. Iulianus. § prim. D. ad exhibend.* dictas decimas, exemptas censeri oportet à dominio priorum proprietariorum.

9. *Et seruitutes.* Sic decisum † de vsufructu, vt eo casu quo agri dominium per inundationem amittatur, etiam vsusfructus amittatur *in l. si ager in prin. ff. quib. mod. vsus fruct. amitt. & in l. cum vsumfructum, sequen.* vbi dicit Iurisconsultus, quod si flumen hortum vnum occupauerit, & alueo mutato inde manare cœperit, quod amittitur vsusfr. ratio est, quia locus aluei publicus esse cœpit, nec in pristinum statum restitui potest.

Idem in seruitutibus obtinet; ita vt si tanto tempore steterint interruptæ, quanto seruitutes amittuntur, quod seruitutes non restituuntur primo domino, licet flumen in alueum suum redierit. *Bart. Capol. in tract. suo de seruit. Rust. præd. in tit. de seruit. aquæduct. vers. sed iuxta prædicta quæro, inducens gloss. in l. hoc iure, § si aqua, in versi interrupta. ff. de aqua quot. & æst.*

Nec obstat quod contra allegari posset, quod in agris ex quibus decimæ debebantur, incultis per centum annos, si fruges ibi nascantur, & metantur, quod decimæ auferentur: quia tali casu ager cui decimæ inhærent & adhærent, semper fuit nec desijt esse, mutata forma & specie per longam & diutinam inundationem, vt hoc nostro casu.

10. *Ad regalia & dispositionē Principis transeunt.* Et cum ad Regalia † Principis, vt diximus, ius decimarum, vt etiam proprietas terrarum, fuit deuolutum, de ijs liberam habet potestatem pro libitu suo disponendi, & sic vel relinquendi sub aquis, & vetandi exaggerari ab aliquo, vel id prioribus dominis permittendi (quo casu & Decimatori fauisse, qui olim ius habuit, præsumetur) vel alijs totum suum ius proprietatis & decimarum donandi, simpliciter; vel sub modo. Et hæc quidem de praxi dicuntur in his ditionibus. Neque tamen ea praxis huius tantum temporis est, sed & priorum sæculorum. nam cum monasterio S Michaelis territorium Santulitanum à Principibus nostris olim est concessum, adiecta est ea clausula, vt si quando contingeret illud inundari, nunquam tamen ad Regalia Principis rediret, sed maneret in dominio Monasterij. virtute cuius clausulæ superarunt monachi his annis consilium præfecti aggerum, & supremorum Rationalium, qui omnia Principi vendicare volebant, litteræ sunt Ioannis Ducis, anni 1355. 22. Iulij. cum per sententiam illa & alia inundata bona domanio eius applicata, & adiudicata essent. Sed & memini me in archiuis Monasterij Sancti Bernardi legisse arbitralem sententiam à quatuor viris præclaris, quorum duo erant vtriusque iuris Doctores ante annos 100. circiter latam inter Abbatem S. Bernardi vti decimatorem in Wouda, & Dominum de Breda: vti Dominum de Steenbergen: qua duæ tertiæ decimarum terrarum certarum, in isto districtu sub aquis tunc sitarum in casu, quo è mari eriperentur, addicebantur Domino de Steenberghen, ob futuræ exaggerationis sumtus, dominiumque natantium terrarum, & vna tertia Abbati: vt decimatori ecclesiastico.

Igitur

Igitur hæc quæ dixi intelligo de decimis laicis & patrimonialibus, quæ ficut vel aliæ proprietates rerum, vel feruitutes per inundationes à prioribus dominis ad alios, quorum vicina funt prædia, vel Principes talia alluuionum iura occupantes transferri poffunt. Cæterum decimæ Ecclefiafticæ cum non priuato aliquo acquifitionis titulo debeantur, fed per conftitutiones ac canones; numquam depereunt: fed etiam ex terris quæ nullius vnquam fuerunt debentur Ecclefiæ, ab occupante nouas terras, ex nouis fructibus: quia leges mutationibus rerum non mutantur. Deperire tamen cenfebuntur ijs decimæ, qui fingularibus titulis eas ante poffidebant. *per dicta iura.* Sed in quantum per Canones ex omnibus fructibus decimæ præftari debent, eo tantum iure ex nouis terris; ex nouis fructib. exigentur. Ideoque ab ijs folum, qui decimandi ius per Canones, non fingulares titulos, fundatum habent: adeoque paftoribus feu ijs, qui parochorum iura poffident, fi locus exaggeratus intra limites certæ parochiæ conftitutus fit: fin minus; ab Epifcopo intra cuius diocefim, quæ eius parochia eft, exiftunt. *ca. quoniam 13. x. h. t.* quamuis nonnulli in his locis & aliam praxim allegent.

Quinimo fcio quofdam qui iura fifci tuentur, contendere, ex vfu ad Principem fpectare, terram incultam, in emphiteufem dare ad decimum, fi velit, manipulum; vti infinitis libris cenfualibus decimi manipuli inter Canones Dominicales inferti inueniuntur: quo cafu credant nulli alteri decimam deberi: modo parocho contribuantur alimenta; in quam cauffam tertia plerumque relinqui foleat. Neque hæc extra verifimilitudinem putant: quafi decimæ abfolute non fint iuris diuini, (prout hactenus in Frifia decimæ nunquam folutæ dicuntur) fed alimenta tantum Cleri: quibus conftitutis potuerint Principes Chriftiani eadem fibi iura vindicare, quæ ante illos, alij: quafi etiam fides circa rerum dominia nihil vnquam mutet; quæ corrupta demum natura inuexerit; cum Innocentia omnia feciffet communia.

Moris autem olim † fuit vt homines decimam fructuum Regib. fuis præftarent. Sicilia, Sardiniaque Romanis dabat decumanum frumentum: deinde aliæ Prouinciæ ex agro culto, decimam fructuum, ex pafcuo quintam; quin & Samuel inter iura Regum *l. 1. cap 8 Rex,* inquit, *vineas veftras addecimabit.* 11.

Qua de cauffa obligatio decimarum tempore noui teftamenti refertur ad primorum Ecclefiæ patrum conftitutionem, confenfumque Chriftianorum, qui exemplum à lege Moyfaica fumpferant. *Couar. d. c. 17.*

Sed de † iure fcripto vt dixi noualium decimæ Epifcopo Curato vel primitiuo parocho accrefcunt. quod alias difficultatem non habet, fi decimæ veteres à laicis poffideatur; quia poft Concil. Lateran. magnum nullæ decimæ de nouo ad manum laicam venire poffunt. *c. probibemus, h. t c. cum Apoftolica, de his quæ fiunt à prælat.* fed fi ab Ecclefiafticis decima poffideatur, indefinite eis conceffa; eis & noualium decimas accedere credit ex communi Duar. *de facr. eccl. minift. l. 7. cap. 1.* fi præfcripferint autem tantum; fecus: quia fi nouæ & nunquam poffeffæ ante, ergo nec præfcriptæ funt, fed fi veteres certis terminis poffideantur, & nouales conceffæ fint aliquibus; intelligitur conceffio tantum de illis terris, & ad ratam vti colligunt veteres, *cap. 2 h. t. in 6.* & vbi poffidebant ex integro, nouales tamen tantum debentur pro dimidia. *d. c. 2 §. 1.* femper tamen primitiuos paftores excipio. qui tamen conueniri poffunt pro Canonica portione. *d. c. 2. §. 2.* 12. *Iure nouales parocho cedunt.*

In notitia *iuris Belgici tit. de Episcopis §. de decimis diximus..* Brabantiæ Duces nouales olim sibi postulasse, rectius instructos Ecclesiæ resignasse.

DE REGVLARIBVS.

1. *Regularis non est qui non emisit vota solennia.* AD hoc nomen Regularium vel Religiosorum non spectant † quicumque votum solemne (præter Societatem Iesu) non emiserunt, vt Beghinæ, quæ vere statum peculiarem non habent. *Clem. 1. de rel. dom.* quanquam *ibidem* dicatur, si fideles aliquæ mulieres promissa vel non promissa continentia in suis hospitijs conuersantes, pœnitentiam agere voluerint, & virtutum Domino in humilitatis spiritu deseruire; hoc eisdem liceat, prout Dominus ipsis inspirabit.

2. *Neque Canonissæ, neque Beghinæ.* Idem censendũ est de Canonicis † fœminis, *de quibus in Clem. attendentes, de statu Monach.* quarum statum, Ordinem, aut Regulam, Pontifex ibi declarat, se non intendere approbare: interim tamen iubet eas per eos Ordinarios, sua; vel si exemptæ sint, Apostolica authoritate visitari: nisi vt pleræque in Belgio sub immediata Regum sint protectione, quorum Ordinarij habere licentiam Principis debent. *cap. 8. sess. 22.* Quare hæ nulla ratione ad clausuram cogi possunt. *Azor. l. 13 Inst. Mor. c. 9.* vbi & tradit, eam viuendi rationem, non esse damnatam: etsi nec approbata sit. Quot porro hactenus Religiosorum regulæ approbatæ sint, tradit idem Azor. *eod. l. c* 11. sed multo plures recenset Aubert. Miræus *in Codice Regul. ad fin vbi recitat elenchum.*

3. *Sed qui in Soc. Iesu profitētur.* Porro Iulius III. institutum Societatis probauit: † Pius V. in eius desertores tamquam apostatas censuras & pœnas constituit, Societatem, Ordinem & Religionem mendicantem esse declarauit: Gregor. XIII. emittentes in Societate tria vota substantialia, etsi simplicia, exacto probationis biennio vere & proprie Religiosos esse decreuit. *vt eorum diplomata refert Azor. Inst. Mor l. 13. c. 7.*

4. *Canonissæ quando cœperint, & earum institutũ.* Regula Canonicarum, vt ad eas redeamus † seu, vt loquimur Canonissarum, in Conc. Aquisgranensi, an. Christi 817, Ludouico Pio monente edita, & *tom. Concil. Gall. & demum ab Aub. Miræo 1638. cum pluribus alijs in Codice Regularium typis vulgata. c. 27.* Presbyteros in his Monasterijs non diutius hærere permittit, quam conciones & sacra exigant; omniaque ita publice agere, vt nec confessiones aliter excipi velit, quam in Ecclesia, sic vt ab alijs videantur; c. 11. habitationem talem esse præcipit, vt viris non pateat ingressus; c. 19. 20. 26. accessus & frequentias virorum cauere vetat, commune dormitorium, & refectorium præscribit; cap. 10. & magis ex professo c. 12. paupertatem perfecte non colebant, sed tamen ante ingressum, (si quidem facultates suas nollent offerre Ecclesiæ,) ita iubebantur disponere, vt sæcularia negotia eis postmodum in exercitijs spiritualibus impedimenta non afferrent. c. 9. In cap. autem 18. hæc verba obseruantur: *quia nullatenus huic* (Canonissæ) *sæculum repetere fas est*, atque inde colligitur. Canonissis olim nuptias † inhibitas. sed &

5. *Olim obligata vinculo continentiæ, vt videtur.* eadem Reg. *c. 2.* æque diserte id innuit: quippe post monita castimonialis propositi, iubet; vt admittenda scrutetur prius arcana cordis sui, *ne minus*, inquit, *caute vinculum continẽtiæ & virginitatis arripiens, redeat post Satan. & fiat sicut canis reuersus ad vomitum.* correctionis autem & disciplinæ modus eadem Reg. c. 18. proponitur religiosus magis quam hodierni mores ferunt.

Post

6. *Earum religiosa disciplina.*

Post crebra ſcilicet monita,† panis & aqua, ſequeſtratio in menſa & choro, vt ſeparatim quæ corrigitur conſiſtat, ac per hoc confundatur; deinde verberum diſciplina cum diſcretione; carcer; tandem Epiſcopi iudicium: cui etiam omnia peccata criminalia reſeruantur. Eadem Regula Canoniſſas has vocat ſanctimoniales. Sigebertus autem ad annum 820. eſe. icales ſanctimoniales. Aliqui de huiuſmodi accipiunt quæ tradit Iuſtinianus *Nouell.* 59. vbi mulierum Canonicarum mentionem facit. Ante tempora Conc. Aquiſg. conſtat multis in locis congregationes fuiſſe ex literis Ludouici Pij ad Archiepiſcopum Salisburgenſem datis, quæ ad calcem eiuſdem Regulæ adiunctæ ſunt. Quod & cenſet Molan. Doct. Louan. *lib. 1. de Canonicis cap.* 15. præſertim ob Niuellenſes & Andenſes, cum libero, vt aſſerunt ſe documenta habere, inſtituto: ſine voto, inquam, regulari fundatas à D. Gerdrude, & Begga Pipini I. Braban. Ducis prolibus. Habebant autem regulam aliquam ex aliquibus S. Patrum præſcriptis deſumtam, vt ex ea liberiori vita plures ad monaſticam transierint. Niuellenſe porro Collegium à Paſcali II. breuem vitæ formam habet, ſub vita tamen communi: ſed an. 1136 Lotharius Imp. bona diuiſit; partem hoſpitali, alteram Abbatiſſæ, tertiam Congregationi 72. fratrum & ſororũ attribuit. In electionibus huiuſmodi Abbatiſſarum Bonif. VIII. etiam earum ſtatu non approbato, decreta in canonicis electionibus præſcripta iubet ſeruari *c. indemnitatibus, de elect. §. penult. in 6.*

7. *Beghinæ & Canoniſſæ an Eccleſiaſticæ, & eorum Eccleſ. conuenibiles ſint.*

Quod porro ſpectat ad Beghinas,† quanquam, vt diximus non ſunt regulares, nec, vt dicit Clemen. *vbi ſupra*, Religioſæ, quia nec obedientiam vlli promittant; nec proprijs renuncient, nec profiteantur regulam approbatam: etſi habitum quem Beghinarum vocat, deferant, & adhæreant religioſis aliquibus, ad quos ſpecialiter trahitur affectio earundẽ, quem quidem ſtatum damnat; non itidem ſi in domibus & hoſpitijs ſuis pie conuerſentur, vt initio diximus: Quæri tamen non male poteſt, an ſaltem religioſæ ſint eo ſenſu, quo loca pia & Congregationes religioſæ dicuntur; ſc. vt inde effectus ſurgat tituli Decretalium, *de Religioſ. domibus, vt Epiſcopo ſint ſubiecta.* Sub quo titulo adeoq; ſenſu Clem. V. ſtatum damnatum Beghinarum negat eſſe; prout nec ſunt fideles illæ mulieres, quas non damnat, quæ in domibus ſuis pie conuerſantur, pœnitentiam agunt, non ex aliquo præſcripto, ſed prout Dominus ipſis inſpirat, inquit. Tamen Beghinæ, vt hodie in Belgio sũt, habitum gerentes, propriam Eccleſiam, reditus, menſam ſancti ſpiritus, & parochum habentes, muris & ſeptis clauſæ, quo ante certam horam nocturnam regredi debent, voto quamdiu ibi fuerint obſtrictæ continentiæ, & obedientiæ Ordinario & ſuperioribus, ſecundum conſuetudinem loci: Quæritur, inquam, an talis locus & congregatio dicatur religioſa, vt illius perſonæ Epiſcopo ſint ſubiectæ? Non dico ad effectum vt à tributis immunes ſint, vt non eſſent, *ſecundum Molin. de iuſt. & iur. t. 3 de tribut. d.* 671. nec vt eximantur à poteſtate laica, vt nec eximitur Clericus non ſe gerens iuxta requiſita Conc. Trid. ſ. 23. c. 6. ſed ad effectum, vt ſaltem coram Epiſcopo iuri ſtare teneantur, nec forum illius declinare poſſint. Idem Clem. *in d. c. Attendentes*, Canonicas ſeculares. *quæ vt Canonici ſeculares vitam ducunt*, inquit, etſi earum ſtatum non probet, ſtatum aliquem tamen, qualem qualem habere non diffitetur, adeoq; mandat ſub pœna anathematis, vt Ordinarij viſitationem recipiant: vt ad eam teneri Conc. Brab. contra Niuellanas iudicauit. *vt alibi diximus.* Et Beghinæ quoque ab Epiſcopis vbiq; viſitantur, non ſine indicio quin ad Eccleſiæ iudicium ſpectent. In Beghinis tamen temporale quamuis & ſimplex votum amplius eſt,

existentes, vt facile inducat in eandem sententiam; pro ijs locis etiam tenendam, vbi illud non ligat, præsertim cum dicat, id in conformitatem prioris edicti statui.

Quæ quæstiones quo planius innotescant, præsertim vbi institutum Beghinarum non adeo innotuit, putaui non abs re me facturum, si paucis, quæ ad earum statum spectant, hic proponerem Itaque † Lambertus le Begue Patriarcha Beghuinarum eas Leodij primum instituit, templum ædificauit, ædes dedit & pomarium; opibus quas amplissimas habebat auxit; tametsi eundem titulum Radulphus sibi vt Ordinario loci, vbi cœpit institutum, arrogare voluerit. Sanctus Ludouicus Lutetiæ Parisi. maximam multitudinem Beghinarum collegit Philippus Nonmirallius V.N. Beghinarum quinque millia diuersis in locis Christi iugo mancipauit. Authores qui de his tractarunt, videri possunt apud Aub. Miræum *in Chronico Cistercienst ad an.1216.* 8. *Origo Beghinarũ*

Lambertus ob rei nouitatem captus, ac Romam ductus anno 1186. ab Vrbano remissus perfecit institutum, & templum Sancto Christophoro sacrum, obijt in Martio 1187. ex effectu creditur Vrbanus institutum pro pio habuisse: probasse non dicam; etsi quidam velint, & chartas Leodij incendio absumptas; siue sub Henrico siue sub Carolo Audace Ducibus Brabantiæ, eius vrbis victoria intemperanter vsis. Ioann. Molan. *Doctor Louan. in Natal. Sanct. Belgij ad diem 6. Ianuar. in vita Venerab. Gertrudis ab Oosten, quæ ex hoc instituto fuit*, refert Petrum Herentalium existimasse hoc institutum cœpisse anno 1207. quia tum magis cœperit dilatari. nonnulli deducunt à S. Begga Pipini Landensis filia, quæ Canonissas Andenses fundauit, ob nominis similitudinem: quanquam Miræus *loco citato* asserat, & Niuellenses ab eius sorore B. Gertrude fundatas olim, in diplomatibus Pontificum, Beghinas agnominatas. ea de re videri possunt libelli Zegheri van Honsum pœnitentiarij, & Petri Coens Canonici Anruerp.

Enatis autem per Allemaniam † sub hoc nomine forte & habitu passim grato hæreticis Beghuinis & Beghuardis, Belgicæ quasi in commune crimen ab aliquibus vocatæ sunt, non aliter quam de Lamberto diximus, vt Antuerpiæ omnia earum bona fiscales ratiocinatores arripuerint, quæ deinde vix trigesimo post anno integre restituta sunt, mandante Ioan. XXII. literis Auenien e datis ann. 1322. (qualia & alibi accidere) vnde narrat diploma eiusdem Ioan. quod ob eas aliquibus in locis guerrarum pericula excitata sunt, adeo Principum ac potentium virorum studio hoc institutum promotum fuit. 9. *Belgicæ multa passa ob reprobatas Allemannas.*

Qui quidem Pontifex Fratricellos Beghuardos & Beghuinas, sicut Clem. V. damnauit, *c. sancta, extr. Ioan* excepit tamen huiusmodi nostras, *ca. ratio, extr. Com. de relig. dom.* generali constitutione, † & specialibus litteris Episcopo Camerac. ann. 1324. & Tornac. an. 1327. (idem credo de Leod. & Vltraiectino) destinatis: quibus mandauit, vt in religionem, vitam, ac mores Beghinarum suarum diocesium inquirerent; & si tales forent, quales d. c. *recta* describit, quæ prælatis reuerenter obediunt, & per virtutum odoramenta currentes honeste viuunt: non paterentur innocentes cum nocentibus ad pari iudicari, sed ab omni molestia eximerent: compescendo contrarios per censuras, etiam appellatione postposita. Ea inquisitione facta passim tutatæ sunt. Ipse idem Pontifex vno anno post dictam suam damnatoriam Constit. *sancta* scil. 1318. Beghinagium Bruxellense sub B. Petri & sua protectione suscepit, Antuerp. ann. 1322. Herental. & Louan. similia diplomata habet, quod Molan. ann. 1357. intra mœnia redactum refert. Sed ante hæc Innoc. IV. an. suo 2. Domini 1245. Diestense Beghinagium sub simili protectione 10. *Deinde tutatæ à S. Pontif. & Episcopis.*

 suscepe-

suſceperat, Mechlinienſe eodem anno: & deinde anno ſuo quarto indulſit, vt tempore interdicti ianuis clauſis ſacra ſua peragant. Gandenſe inſignes indulgentias ex eo tempore habet à Card. Patriarchis, Epiſcopis an. 1295. 1322. Antuerp. rurſus à Clem. VI. defenſum anno ſuo 8. Domini 1349. 7. Martij: qui & irritauit contractus, emphiteuſes, oppignorationes, & locationes non vtiliter factas in dicta tempeſtate à Magiſtris ſeu præfectis infirmariæ. Magiſtratus Antuer. an. 1294. eis vendidit certos fundos, ſub hoc elogio, dilectis noſtris perſonis Eccleſiaſticis Magiſtris & Conuentui Beghinarum: Lirenſe ab Epiſcopo Cameracenſi Magiſtratu ſacro & politico admiſſum eſt.

11. *A Principib. aucta.* Ad Principes † quod ſpectat, Ioanna Conſtantinopolitana extruxit Beghuinagium Gandæ & Brugis circa annum 1234. Sophia domina Mechlin. prædia ædeſq; ſuas aſſignauit anno 1276. Ioann. I. Dux Loth. & Braban. Bruxellenſem fundum ad molæ conſtructionem dono dedit: illudq; cū perſonis & bonis, ſub ſua guardia recepit an. 1293. & Lirenſe. an. 1274. eiuſque filius Ioann. II. an. 1304. & Ioanna Brabant. & Luxenburgi Duciſſa. an 1380. & Philip. Bonus ann. 1441. Ioan. II. Brab. Dux Antu. Ioan. III. Buſcoducenſe condidit cum priuilegio immunitatis exactionum. quod aliqui commune voluerunt facere, ſed non ſuffragatur vſus: & credo ſpecialem prærogatiuam iſti loco eum facere voluiſſe, quod conditor illius vrbis quaqua occaſione augere eam voluerit. Ioan Duciſſa diuerſas ordinationes Beghinagio Bruxellenſi edidit an. 1369. 1372. Ioan. II. Dux in citatis litteris omnibus mandat, *vt locum Beghinagij Antuerp. in deuotione habeant, & reuerentia, ſicut noſtrum, inquit, diligunt amorem & honorem.*

12. *Primum earum ſtatus ſub Innoc. IV.* Enimuero generalium litterarum † quæ extent, vetuſtiſſimas credo Innoc. IV. datas 14. Calend. Iul. an. ſuo tertio, quibus filias virgines continentes, caſtitatem Deo vouentes per Teuthoniam conſtitutas laudat, quod poſt odorem vnguentorum Reginæ virginum perfectionis imitationem quærerent: & congaudet, quod expectatione modica laborantes ad ſponſi cœleſtis æterna gaudia pertingerent: obteſtatur, vt continuent finem principio, agonem illarum commendat, perſonas & bona ſub B. Petri & ſua protectione ſuſcipit. Extat earum literarum tranſſumptum ſub ſigillo Capituli Antuerp. quod ipſius Innoc. litteras ſe vidiſſe teſtatur, ſeruatum à Beghinis; quod adeo ad ipſas ſpectare videtur, etſi non ita in ijs nominentur, quamuis idem Innoc. in literis Beghinagio Dieſtenſi datis eo nomine eas appellet: ſed forte nondum vbique idem nomen & paſſim vſurpabatur, & ipſa inſtituti deſcriptio ſatis eas manifeſtat; nullæ enim per Teuthoniam virgines aliæ fuiſſe ſciuntur eo tempore quales ibi deſcribuntur, niſi certam aliquam regulam profeſſæ: niſi forte Canoniſſæ; ſed de his ſi loqueretur Pontifex, non omiſiſſet ſpeciales notas huius inſtituti, quarum nulla mentio. Hæ literæ tamen, vt paulo ante de Canoniſſis diximus, inſinuant Beghinas olim votum habuiſſe continentiæ, neque tantum temporalis, ſed addunt Chriſtum zelotypum, vltorem iniuriæ, qui aliquem ſibi præferri non patitur; adeoque vt ei tuli, obteſtantur vt continuent ſacrificium veſpertinum matutino: non hortando tantum ex monito, ſed comminando vltionem ex debito. Sed ratio viuendi harum mulierum eo tempore talis fere mihi fuiſſe videtur qualis hodie † earum filiarum quas deuotarias nonnulli vocant; Hiſpani Beatas: quæ priuatim

13. *Qualis hodie deuotariarum.* cœlibes ex ſuo arbitrio viuunt. ſed Ioannes Epiſcop. Leod. vt refert Molan. motus forte ijs rationibus quæ ſæpe priuatæ pietati nulliuſq; cenſuræ ſubiectæ incommodant: decreuit; vt Beghinæ in congregationes locumque communem ſe redigerent, ſi priuilegijs ſibi

con-

conceſſis frui vellent. Ita deinceps ſeruatum. Tabitha diſcipula in Actis Apoſtolorum mortua, in ædibus eius Eccleſia ſeu Congregatio religioſarum viduarum fuit, quibus ea prouidere ſolita erat de veſtibus & victu: Eius porro veſtes Petro oſtendebantur; veriſimiliter non communi & ſæculari modo factæ: quid enim has digito monſtrari conueniſſet? Vita Beghinarum ad hoc prototypon producenda eſt. Itaque in Congregationes redactæ primas ſuas ordinationes ab Epiſcopis (quibus eam curam iniungi r d. c. recta) acceperunt; & Prælatis ſuis, vt inquit diploma Ioan. XXII. obediuerunt. Vnde iam inde ab Eccleſiaſticis & ſæcularibus ſuperioribus pro perſonis Eccleſiaſticis habitæ ſunt, bona earum & loca communia pro Eccleſiaſticis, ſtatus pro Eccleſiaſtico: etſi non in eo rigore ac perfectione quam valde conatur ei aſcribere Ioan. Fredericus Lumnius M. S. libro ſuo, quem de hoc inſtituto ſcripſit, qui maiorem mihi huius materiæ partem ſuppeditauit.

Religiones ducentium vxores † non ſunt ſimpliciter Religiones, nec Ordo, qui tertius dicitur S Franciſci, *Sa. V. relig.* §. 41. id tamen non procedit vbi emittuntur vota ſubſtantialia religionis, vt Tertiariæ hic plerumque nunc faciunt, & Bogardi; ſed horum ordo ſub tertio S. Franciſci deliteſcit. habet tamen aliquot priorum PP. diplomata pro Congregatione Sepperenſi, & confirmationem Clementis VIII. & Conſeruatorem Archidiaconum Antuerpienſem per eum deputatum. 14. *Ordines vxorati.*

Ad validam profeſſionem † bene docet nouem requiri Leſſ. *de Iuſt. l. 2. c. 41 d. 7.* 1. ætatem nunc 16. annorum expletorum, 2. annum probationis expletum, 3. animum profitendi, 4 non fraude vel metu impulſum, 5. admiſſionem per ſuperiorem habito conſilio ſui Conuentus, etſi non aſſenſu, 6. in religione approbata, 7. nuncupatis expreſſim vel implicite tribus votis ſubſtantialibus, 8. nulla adiecta conditione ſubſtantiæ Religionis repugnante, 9. & nullo obſtante profitenti impedimento; quod in eo Ordine cenſetur eſſentiale, quod profeſſionem redderet nullam, ob inhabilitatem quam indit regula profitenti: quod ſi non ſit eſſentiale, ſed valde obſtat Ordinis functionibus, verbi gratia, morbus caducus, aut ſimilis à Regula pro eſſentiali impedimento non habitus, profeſſionem non irritabit. *Farin. crim. deciſ. 346. nu. 1.* ſi tamen profitens eum celauerit, ob dolum eijci poteſt: ſi tamen ſuperior nouit impedimentum, qui poteſt diſpenſare, admittendo diſpenſaſſe cenſetur. 15. *Requiſita ad profeſſionem.*

Clemens VIII. ſalubres aliquot Conſt. *relatas à Quar. V. Monaſt.* edidit; primo, de non recipiendis nouitijs † ad habitum niſi in locis deſignandis; de forma nouitios recipiendi & inſtitutiones ac decreta ſuper educatione nouitiorum. Concil. Trident. *cap. 15 ſeſſ. 25. de Reg.* ſtatuit annum probationis exigi ſub pœna nullitatis, abrogato *c. ad Apoſtol. extra h. t.* non obtinet id tamen in Ordinibus militaribus, ex ſententia Cong. quamuis pro Ord. Milit. D. Ioann. ex nouo illorum ſtatuto ſecus ſenſerit; quia non ſunt in ſtrictiſſimo rigore Religioſi, de quibus loquitur dict. cap. 15; quod deprehenditur ex continuatione cap. nulla quoque 16. & dict. *quoque* connexionem vtriuſque cc. importante, vt de iiſdem accipienda ſint. at d. c. 16. vbi de Religioſis agit, de veram paupertatem vouentibus loquitur, vt non ſunt hi *Sanchez l. 7. d. 44. num. 48. de matrim. vt declaraſſe Cardinales refert Aſor. Inſt. mor. lib. 13. cap. 4. qu. 2.* nam vel ſtricte religioſi non ſunt; vt diximus; vel ſaltem profeſſionem emittunt iuxta regulæ præſcriptum, non Concilij decretum & quidem generaliter religioſorum nomine comprehenduntur in fauorabilibus, non in odioſis. vt 16. *De nouitijs inſtituendis.*

3. *Cognitio decimarũ.* Ad hæc Carol.V.7.Iunij 1554.& Philippus II.anno 1564.6.Iunij, edicto sub graui pœna sanxerunt, vt decimæ integre † soluantur, neque fructus ante vel post solis occasum, vel non monitis decimatoribus, neque antequam in manipulos colligantur, & in aceruos componantur, ex agro auehantur, & vt decimis suis pacifice vti frui Ecclesiastici sinantur. quod & pluries sanxerunt Galliæ Reges, *quos refert Choppin. de sac. polit. l. 2 tit. 4. num. 3. 4 ad marg.* Quod de iure, † ita faciendum asserit Riccius *in prax. Episc. decis. 544. Bugnion. lég. abr. l. 3. synt. 125. & Regum Galliæ constitutiones citat.* Decimarum solutio debita est Deo, & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt. Conc. Trident. *sess. 25. c. 12.* & eos excommunicari præcipit, & non absolui nisi plena restitutione facta. Vtique si sint soluendo. impotens enim potest absolui, cum promisso soluendi cum potens erit. *citati à Barbos. in collect. DD. ad Concil. Trident. s. 25. cap. 12.* sed & à parocho sacramenta ei posse negari, qui ex notoria iniustitia denegat decimas, & ab Ordinario percelli interdicto personali dicendum est. *vide citatos ibidem num. 8. 9. & 4.* & multo magis pecuniarijs, alijsque pœnis, si à carnalibus hominibus magis timeantur. ex ratione & modo eiusdem Concilij Tridentini *s. 25. c. 3.*

4. *Integre soluenda.*

5. *Qui immunes.* Sed immunitatem † à decimis post Cistercienses (quorum priuilegium est in Corpore iuris, *c. 10. c. 34. ext. hoc tit.* Bull Mart. V. largior dd. cc. *quam recitat Chop. de sacra pol. l. 3. t. 2. nu 9.*) omnes Mendicantes Ordines obtinuerunt quoad terras ab ipsis excultas. & Greg. XIII. *Const. incip. pastorali. 1. Ianuarij* 1578. maiorem libertatem concessit.

Quod si tamen decimæ rei ab initio fuerunt cum concederetur impositæ, seu cum ea conditione traderetur, ad quascumque manus etiam mendicantes deuenerint, solui debent. ad emphiteuticum enim canonem, seu vectigalem nummum magis spectant, quã ad ius decimarum. si autem iure parochiali exiguntur, quia monachis ea cura non præstatur: immunes sunt ij, qui priuilegium habent. *Cong. Conc. 19. Decembr. 1596.* si autem decimæ laicæ sunt, aut iure laico possideantur: quamuis controuerti aliquid ex iure possit, non facile reipsa obtinebitur, vt concessio immunitatis à sacris Pontificibus facta, ad prophanas decimas magis, quam ad dominicalia iura bonaue patrimonialia porrigatur: nisi doceantur post Concil. Lateran. magnũ ab Ecclesia demum ad seculares manus deuenisse. ex enim iure Ecclesiastico censentur, oneribusq;, & constitutionibus Ecclesiasticis obnoxiæ. *qua de re videri potest Philip. Nigri de Exempt can. c. 4. pr. n. 25.*

Decimæ non debentur vbi non est eius rei consuetudo. & quidem personales, id est, ex lucro industriæ nullibi fere sunt in vsu. *Sa. verb. decima, §. prim.* In his partibus vsus in materia decimarum, si qua alia, valde variat: in hoc pago decimæ non debentur lignorum, ibi animalium, ibi leguminum, aliorum alibi: vbique suus vsus est retinendus.

Generalius quidem hic (quamuis de iure ex blado *cap. 2. h. t.* pascuis *c. 4.* viuarijs *c. 5.* fæno. *c. peruenit*, nutrimentis animalium, *(arg à contrario sensu c. ex parte tua. vbi priuilegium, ne de ijs soluantur decimæ, datum significat legem in contrarium esse)* syluis *c. 20. verb fructuum arborum c. 22. c. 28.* soluendæ sint decimæ, de his omnibus vt non soluantur magis obtinuit. nisi forte terræ arabiles vertantur in syluas. In hoc enim casu alijsque quibus perpetua fieret decimarum subtractio pluribus supremarum curiarum præiudicijs declaratum est, ex surrogatis prouentibus decimas deberi, prout ex frugibus ante solutæ fuerant. nisi & eo casu contraria consuetudo obtineat. Merito. quandoquidem & priuilegium de non soluendis

deci-

decimis, si nimium incipiat præiudicare, reuocetur. *cap. suggest. eod.* verum si vertantur tantum in pascua, non perpetua, sed quæ conuerso tempore rursus arentur, & seminentur: vbi ex pascuis decimæ non soluuntur, non ideo quia aliquando seminata fuerint, iam decimabuntur; sed citra fraudem poterit dominus re sua vti, prout magis ei proficuum erit. vtitur enim iure suo. Sed quid si toto pago terræ arabiles vertantur in boum pascua, vt quadantenus ibi annihilentur decimæ, & cleri alimenta? desiderabit æquitas, vt intra modum iudicis officio coarctetur hæc libertas, ad exemplum priuilegij nimium præiudicantis præsertim cum etsi dicamus quotam decimarum, vel vt ex his vel illis fructibus eæ soluantur, non esse iuris diuini: illius tamen iuris est vt singulis in locis necessaria & competentia alimenta Ecclesiasticis conseruentur. *Couar. var. res. l. 1. c. 17.* Quibus etiam ex causis *c. 1. x. de decim. cap. decima 16. q. 1.* vt decimus manipulus soluatur, plerisque locis non obtinet, sed vndecimus, duodecimus, vel minor, plerisq; tantum locis soluitur. *Bugn. leg. abr. l. 3. synt.* 124. quæ consuetudo aut præscriptio etiam seruanda est. Ideoque quamuis Concil. Trid. *c. non sunt ferendi. 12. sess.* 25. integre decimas persolui mandet, tamen non aliter illud intelligendum est, quam iuxta eam quotam, quæ eo loci consueta est.

Similiter quod traditur decimas ab agricola in horreum parochi deferri debere, antiquatum est. *Bugn. ibid. synt.* 125.

In maritimis aliquibus locis † harum ditionum consuetudo obtinere dicitur, quod 6. *An qui recens terras aggeribus cingunt.*
quando Princeps terram natantem permittit è mari vindicari & aggeribus cingi, quæ ab hominum memoria culta non fuit, & vbi nemo decimas vnquam habuit, quod is qui terram ita è mari vindicat, etiam immunitatem decimarum, seu ipsas decimas lucretur. Sonat axioma. *de dyct die vvindt de thiende.*

Vt quidem grauium impensarum intuitu in annos aliquot immunitas in totum vel in partem detur; id æquitas exigit, cum eius opera Reip. atque Ecclesiæ cuius decimæ imposterum auctum eunt, beneficium tantum acciderit. alias rigor iuris deductionem expensarum in decimarum solutione non admittit. *c. cum homines 7. x. de decim.*

Sed quando aliquis semel percepit decimas, & aggeres post inundationem reficiuntur, recuperat is decimas. sed id ita intelligo, vt si quidem Princeps facultatem fecerit veteribus dominis terras suas aggerandi (sit verbo licentia) sicut illi recuperant per hoc indultum ius suum, seu proprietatem terrarum, etsi ad Principem deuolutam; Ita & restituantur decimæ. Cæterum si Princeps non restituat veteribus dominis fundos, neq; ad decimatores decimæ redibunt, quæ cum fundis in regalia Principis transierant: si tamen diuturno satis tempore sub aquis latuerint. nam proprietas agrorum per inundationem 7.
† flumine vel mari eodem impetu non recedente, quoad priores dominos amissa est, & *Inundatione perit domino fundus.*
rura iam natantia facta sunt iuris publici, prout flumina ipsa; præcipue accedente longissimo tempore, quo submersa remanserunt, mutata plane eorum forma per inundationem. *l. si ager, la* 1. *D. quib. mod. vsufr. amit.* quæ flumina inter regalia numerantur: *in vsib. feud. in titul. quæ sunt regalia c. vn.* & idcirco ad Principem spectare intelliguntur: cui propterea accedunt insulæ, & quicquid in flumine nascitur, & exinde emergit. neque moribus nostris obtinent, quæ in iure, quoad adiacentes agros, decisa sunt *in l adeo. §. præterea. & sequent. D. de acquirend. rer. domin. & § præterea. & sequent. Instit. de rerum diuis.* hinc traditur axioma. *Alluuio spectat ad Principem.*

Id ipsumque credi potest etiam obtinere in decimis, † quæ etsi ex fructib. debeantur 8.

 & col-

Et decimæ. & colligantur, fundamentum tamen habent in fundo; vt ad limitatum hunc fundum limitatæ sint hæ decimæ: atqui quamuis circumscriptio quæ in aere duci possit, ob circumferentiam locorum vicinorum, in imaginatiua adhuc superesse possit, non tamen re ipsa ea est superficies quæ olim fuit, quæque fundo adhæsit, at non sunt nunc ijdem fundi, qui olim fuerunt, sed noui, adeoque omnia quæ inde dependent, aut in ijs fundantur, cum illis interierunt, nouaque facta sunt omnia, & tanquam nullius, occupantis fierent: nisi vsus ea ad regalia Principis transferret. Propter enim formę mutationem, quæ dat esse rei *l. Iulianus.§ prim. D. ad exhibend.* dictas decimas, exemptas censeri oportet à dominio priorum proprietariorum.

9. Et seruitutes. Sic decisum † de vsufructu, vt eo casu quo agri dominium per inundationem amittatur, etiam vsusfructus amittatur *in l. si ager in prin. ff. quib. mod. vsus fruct. amitt. & in l. cum vsumfructum, sequen.* vbi dicit Iurisconsultus, quod si flumen hortum vnum occupauerit, & alueo mutato inde manare cœperit, quod amittitur vsusfr. ratio est, quia locus aluei publicus esse cœpit, nec in pristinum statum restitui potest.

Idem in seruitutibus obtinet; ita vt si tanto tempore steterint interruptæ, quanto seruitutes amittuntur, quod seruitutes non restituuntur primo domino, licet flumen in alueum suum redierit. *Bart. Cepol. in tract. suo de seruit. Rust. præd. in tit. de seruit. aquaduct. vers. sed iuxta prædicta quæro, inducens gloss. in l. hoc iure, § si aqua, in versi interrupta. ff. de aqua quot. & æst.*

Nec obstat quod contra allegari posset, quod in agris ex quibus decimæ debebantur, incultis per centum annos, si fruges ibi nascantur, & metantur, quod decimæ auferentur: quia tali casu ager cui decimæ inhærent & adhærent, semper fuit nec desijt esse, mutata forma & specie per longam & diutinam inundationem, vt hoc nostro casu.

10. Ad regalia & dispositionẽ Principis transeunt. Et cum ad Regalia † Principis, vt diximus, ius decimarum, vt etiam proprietas terrarum, fuit deuolutum, de ijs liberam habet potestatem pro libitu suo disponendi, & sic vel relinquendi sub aquis, & vetandi exaggerari ab aliquo, vel id prioribus dominis permittendi (quo casu & Decimatori fauisse, qui olim ius habuit, præsumetur) vel alijs totum suum ius proprietatis & decimarum donandi, simpliciter; vel sub modo. Et hæc quidem de praxi dicuntur in his ditionibus. Neque tamen ea praxis huius tantum temporis est, sed & priorum sæculorum, nam cum monasterio S Michaelis territorium Santulitanum à Principibus nostris olim est concessum, adiecta est ea clausula, vt si quando contingeret illud inundari, nunquam tamen ad Regalia Principis rediret, sed maneret in dominio Monasterij. virtute cuius clausulæ superarunt monachi his annis consilium præfecti aggerum, & supremorum Rationalium, qui omnia Principi vendicare volebant, litteræ sunt Ioannis Ducis, anni 1355. 22. Iulij. cum per sententiam illa & alia inundata bona domanio eius applicata, & adiudicata essent. Sed & memini me in archiuis Monasterij Sancti Bernardi legisse arbitralem sententiam à quatuor viris præclaris, quorum duo erant vtriusque iuris Doctores ante annos 100. circiter latam inter Abbatem S. Bernardi vti decimatorem in Wouda, & Dominum de Breda: vti Dominum de Steenbergen: qua duæ tertiæ decimarum terrarum certarum, in isto districtu sub aquis tunc sitarum in casu, quo è mari eriperentur, addicebantur Domino de Steenberghen, ob futuræ exaggerationis sumtus, dominiumque natantium terrarum, & vna tertia Abbati: vt decimatori ecclesiastico.

Igitur

Igitur hæc quæ dixi intelligo de decimis laicis & patrimonialibus, quæ ſicut vel aliæ proprietates rerum, vel ſeruitutes per inundationes à prioribus dominis ad alios, quorum vicina ſunt prædia, vel Principes talia alluuionum iura occupantes transferri poſſunt. Cæterum decimæ Eccleſiaſticæ cum non priuato aliquo acquiſitionis titulo debeantur, ſed per conſtitutiones ac canones; numquam depereunt: ſed etiam ex terris quæ nullius vnquam fuerunt debentur Eccleſiæ, ab occupante nouas terras, ex nouis fructibus: quia leges mutationibus rerum non mutantur. Deperire tamen cenſebuntur ijs decimæ, qui ſingularibus titulis eas ante poſſidebant. *per dicta iura.* Sed in quantum per Canones ex omnibus fructibus decimæ præſtari debent, eo tantum iure ex nouis terris; ex nouis fructib. exigentur. Ideoque ab ijs ſolum, qui decimandi ius per Canones, non ſingulares titulos, fundatum habent: adeoque paſtoribus ſen ijs, qui parochorum iura poſſident, ſi locus exaggeratus intra limites certæ parochiæ conſtitutus ſit: ſin minus; ab Epiſcopo intra cuius diœceſim, quæ eius parochia eſt, exiſtunt. *ca. quoniam 13. x. b. t.* quamuis nonnulli in his locis & aliam praxim allegent.

Quinimo ſcio quoſdam qui iura fiſci tuentur, contendere, ex vſu ad Principem ſpectare, terram incultam, in emphiteuſem dare ad decimum, ſi velit, manipulum; vti infinitis libris cenſualibus decimi manipuli inter Canones Dominicales inſerti inueniuntur: quo caſu credant nulli alteri decimam deberi: modo parocho contribuantur alimenta; in quam cauſſam tertia plerumque relinqui ſoleat. Neque hæc extra veriſimilitudinem putant: quaſi decimæ abſolute non ſint iuris diuini, (prout hactenus in Friſia decimæ nunquam ſolutæ dicuntur) ſed alimenta tantum Cleri: quibus conſtitutis potuerint Principes Chriſtiani eadem ſibi iura vindicare, quæ ante illos, alij: quaſi etiam fides circa rerum dominia nihil vnquam mutet; quæ corrupta demum natura inuexerit; cum Innocentia omnia feciſſet communia.

Moris autem olim † fuit vt homines decimam fructuum Regib. ſuis præſtarent. Sicilia, Sardiniaque Romanis dabat decumanum frumentum: deinde aliæ Prouinciæ ex agro culto, decimam fructuum, ex paſcuo quintam; quin & Samuel inter iura Regum *l. 1. cap 8 Rex*, inquit, *vineas veſtras addecimabit.* 11.

Qua de cauſſa obligatio decimarum tempore noui teſtamenti refertur ad primorum Eccleſiæ patrum conſtitutionem, conſenſumque Chriſtianorum, qui exemplum à lege Moyſaica ſumpſerant. *Couar. d. c. 17.*

Sed de † iure ſcripto vt dixi noualium decimæ Epiſcopo Curato vel primitiuo parocho accreſcunt. quod alias difficultatem non habet, ſi decimæ veteres à laicis poſſideantur; quia poſt Concil. Lateran. magnum nullæ decimæ de nouo ad manum laicam venire poſſunt. *c. prohibemus, h. t c. cum Apoſtolica, de his quæ fiunt à prælat.* ſed ſi ab Eccleſiaſticis decima poſſideatur, indefinite eis conceſſa; eis & noualium decimas accedere credit ex communi Duar. *de ſacr. eccl. miniſt. l. 7. cap. 1.* ſi præſcripſerint autem tantum; ſecus: quia ſi nouæ & nunquam poſſeſſæ ante, ergo nec præſcriptæ ſunt, ſed ſi veteres certis terminis poſſideantur, & nouales conceſſæ ſint aliquibus; intelligitur conceſſio tantum de illis terris, & ad ratam vti colligunt veteres, *cap. 2 h. t. in 6.* & vbi poſſidebant ex integro, nouales tamen tantum debentur pro dimidia *d. c. 2 §. 1.* ſemper tamen primitiuos paſtores excipio. qui tamen conueniri poſſunt pro Canonica portione. *d. c. 2. §. 2.* 12. *Iure noualeſ parocho cedunt.*

In

Post crebra ſcilicet monita,† panis & aqua, ſequeſtratio in menſa & choro, vt ſeparatim quæ corrigitur conſiſtat, ac per hoc confundatur; deinde verberum diſciplina cum diſcretione; carcer; tandem Epiſcopi iudicium: cui etiam omnia peccata criminalia reſeruantur. Eadem Regula Canoniſſas has vocat ſanctimoniales. Sigebertus autem ad annum 820. cle. icales ſanctimoniales. Aliqui de huiuſmodi accipiunt quæ tradit Iuſtinianus *Nouell. 59.* vbi mulierum Canonicarum mentionem facit. Ante tempora Conc. Aquiſg. conſtat multis in locis congregationes fuiſſe ex literis Ludouici Pij ad Archiepiſcopum Salisburgenſem datis, quæ ad calcem eiuſdem Regulæ adiunctæ ſunt. Quod & cenſet Molan. Doct. Louan. *lib. 1. de Canonicis cap. 15.* præſertim ob Niuellenſes & Andenſes, cum libero, vt aſſerunt ſe documenta habere, inſtituto: ſine voto, inquam, regulari fundatas à D. Gerdrude, & Begga Pipini I. Braban. Ducis prolibus. Habebant autem regulam aliquam ex aliquibus S. Patrum præſcriptis deſumtam, vt ex ea liberiori vita plures ad monaſticam tranſierint. Niuellenſe porro Collegium à Paſcali II. breuem vitæ formam habet, ſub vita tamen communi: ſed an 1136 Lotharius Imp. bona diuiſit; partem hoſpitali, alteram Abbatiſſæ, tertiam Congregationi 72. fratrum & ſororũ attribuit. In electionibus huiuſmodi Abbatiſſarum Bonif. VIII. etiam earum ſtatu non approbato, decreta in canonicis electionibus præſcripta iubet ſeruari. *c. indemnitatibus, de elect. §. penult. in 6.* 6. *Earum religioſa diſciplina.*

Quod porro ſpectat ad Beghinas,† quanquam, vt diximus non ſunt regulares, nec, vt dicit Clemen. *vbi ſupra*, Religioſæ, quia nec obedientiam vlli promittant, nec proprijs renuncient, nec profiteantur regulam approbatam: etſi habitum quem Beghinarum vocat, deferant, & adhæreant religioſis aliquibus, ad quos ſpecialiter trahitur affectio earundẽ, quem quidem ſtatum damnat; non itidem ſi in domibus & hoſpitijs ſuis pie conuerſentur, vt initio diximus: Quæri tamen non male poteſt, an ſaltem religioſæ ſint eo ſenſu, quo loca pia & Congregationes religioſæ dicuntur; ſc. vt inde effectus ſurgat tituli Decretalium, *de Religioſ. domibus, vt Epiſcopo ſint ſubiectæ.* Sub quo titulo adeoq; ſenſu Clem. V. ſtatum damnatum Beghinarum negat eſſe; prout nec ſunt fideles illæ mulieres, quas non damnat, quæ in domibus ſuis pie conuerſantur, pœnitentiam agunt, non ex aliquo præſcripto, ſed prout Dominus ipſis inſpirat, inquit. Tamen Beghinæ, vt hodie in Belgio ſũt, habitum gerentes, propriam Eccleſiam, reditus, menſam ſancti ſpiritus, & parochum habentes, muris & ſeptis clauſæ, quo ante certam horam nocturnam regredi debent, voto quamdiu ibi fuerint obſtrictæ continentiæ, & obedientiæ Ordinario & ſuperioribus, ſecundum conſuetudinem loci: Quæritur, inquam, an talis locus & congregatio dicatur religioſa, vt illius perſonæ Epiſcopo ſint ſubiectæ? Non dico ad effectum vt à tributis immunes ſint, vt non eſſent, *ſecundum Molin. de iuſt. & iur. t. 3. de tribut. d. 671.* nec vt eximantur à poteſtate laica, vt nec eximitur Clericus non ſe gerens iuxta requiſita Conc. Trid. *ſ. 23. c. 6.* ſed ad effectum, vt ſaltem coram Epiſcopo iuri ſtare teneantur, nec forum illius declinare poſſint. Idem Clem. *in d. c. Attendentes*, Canonicas ſeculares. *quæ vt Canonici ſeculares vitam ducant*, inquit, etſi earum ſtatum non probet, ſtatum aliquem tamen, qualem qualem habere non diffitetur, adeoq; mandat ſub pœna anathematis, vt Ordinarij viſitationem recipiant: vt ad eam teneri Conc. Brab. contra Niuellanas iudicauit. *vt alibi diximus.* Et Beghinæ quoque ab Epiſcopis vbiq; viſitantur, non ſine indicio quin ad Eccleſiæ iudicium ſpectent. In Beghinis tamen temporale quamuis & ſimplex votum amplius eſt, 7. *Beghinæ & Canoniſſæ an Eccleſiaſticæ, & coram Eccleſ. conuenibiles ſint.*

existentes, vt facile inducat in eandem sententiam; pro ijs locis etiam tenendam, vbi illud non ligat, præsertim cum dicat, id in conformitatem prioris edicti statui.

Quæ quæstiones quo planius innotescant, præsertim vbi institutum Beghinarum non adeo innotuit, putaui non abs re me facturum, si paucis, quæ ad earum statum spectant, hic proponerem Itaque † Lambertus le Begue Patriarcha Beghuinarum eas Leodij primum instituit, templum ædificauit, ædes dedit & pomarium; opibus quas amplissimas habebat auxit; tametsi eundem titulum Radulphus sibi vt Ordinario loci, vbi cœpit institutum, arrogare voluerit. Sanctus Ludouicus Lutetiæ Paris. maximam multitudinem Beghinarum collegit Philippus Nonmirallius V.N. Beghinarum quinque millia diuersis in locis Christi iugo mancipauit. Authores qui de his tractarunt, videri possunt apud Aub. Miræum *in Chronico Cistercienssi ad an. 1216.* 8. *Origo Beghinarū*

Lambertus ob rei nouitatem captus, ac Romam ductus anno 1186. ab Vrbano remissus perfecit institutum, & templum Sancto Christophoro sacrum, obijt in Martio 1187. ex effectu creditur Vrbanus institutum pro pio habuisse: probasse non dicam; etsi quidam velint, & chartas Leodij incendio absumptas; siue sub Henrico siue sub Carolo Audace Ducibus Brabantiæ, eius vrbis victoria intemperanter vsis. Ioann. Molan. *Doctor Louan. in Natal. Sanct. Belgij ad diem 6. Ianuar. in vita Venerab. Gertrudis ab Oosten, quæ ex hoc instituto fuit*, refert Petrum Herentalium existimasse hoc institutum cœpisse anno 1207. quia tum magis cœperit dilatari. nonnulli deducunt à S. Begga Pipini Landensis filia, quæ Canonissas Andenses fundauit, ob nominis similitudinem: quanquam Miræus *loco citato* asserat, & Niuellenses ab eius sorore B. Gertrude fundatas olim, in diplomatibus Pontificum, Beghinas agnominatas. ea de re videri possunt libelli Zegheri van Honsum pœnitentiarij, & Petri Coens Canonici Antuerp.

Enatis autem per Allemaniam † sub hoc nomine forte & habitu passim grato hæreticis Beghuinis & Beghuardis, Belgicæ quasi in commune crimen ab aliquibus vocatæ sunt, non aliter quam de Lamberto diximus, vt Antuerpiæ omnia earum bona fiscales ratiocinatores atripuerint, quæ deinde vix trigesimo post anno integre restituta sunt, mandante Ioan. XXII. literis Auenien e datis ann. 1322. (qualia & alibi accidere) vnde narrat diploma eiusdem Ioan. quod ob eas aliquibus in locis guerratum pericula excitata sunt, adeo Principum ac potentium virorum studio hoc institutum promotum fuit. 9. *Belgicæ multa passa ob reprobatas Allemannas.*

Qui quidem Pontifex Fratricellos Beghuardos & Beghuinas, sicut Clem. V. damnauit, *c. sancta, extr. Ioan* excepit tamen huiusmodi nostras, *ca. ratio, extr. Com. de relig. dom.* generali constitutione, † & specialibus litteris Episcopo Camerac. ann. 1324. & Tornac. an. 1327. (idem credo de Leod. & Vltraiectino) destinatis: quibus mandauit, vt in religionem, vitam, ac mores Beghinarum suarum diocesium inquirerent; & si tales forent, quales d. c. *recta* describit, quæ prælatis reuerenter obediunt, & per virtutum odoramenta currentes honeste viuunt: non paterentur innocentes cum nocentibus ad paria iudicari, sed ab omni molestia eximerent: compescendo contrarios per censuras, etiam appellatione postposita. Ea inquisitione facta passim turatæ sunt. Ipse idem Pontifex vno anno post dictam suam damnarotiam Constit. *sancta* scil. 1318. Beghinagium Bruxellense sub B. Petri & sua protectione suscepit, Antuerp. ann. 1322. Herental. & Louan. similia diplomata habet, quod Molan. ann. 1357. intra mœnia redactum refert. Sed ante hæc Innoc. IV. an. suo 2. Domini 1245. Diestense Beghinagium sub simili protectione 10. *Deinde tutatæ à S. Pontif. & Episcopis.*

 suscepe-

susceperat, Mechliniense eodem anno : & deinde anno suo quarto indulsit, vt tempore interdicti ianuis clausis sacra sua peragant. Gandense insignes indulgentias ex eo tempore habet à Card. Patriarchis, Episcopis an. 1295. 1322. Antuerp. rursus à Clem. VI. defensum anno suo 8. Domini 1349. 7. Martij: qui & irritauit contractus, emphiteuses, oppignorationes, & locationes non vtiliter factas in dicta tempestate à Magistris seu praefectis infirmariae. Magistratus Antuer. an. 1294. eis vendidit certos fundos, sub hoc elogio, dilectis nostris personis Ecclesiasticis Magistris & Conuentui Beghinarum: Lirense ab Episcopo Cameracensi Magistratu sacro & politico admissum est.

11. *A Principib. aucta.* Ad Principes † quod spectat, Ioanna Constantinopolitana extruxit Beghuinagium Gandae & Brugis circa annum 1234. Sophia domina Mechlin. praedia aedesq; suas assignauit anno 1276 Ioann. I. Dux Loth. & Braban. Bruxellensem fundum ad molae constructionem dono dedit: illudq; cũ personis & bonis, sub sua guardia recepit. an. 1293. & Lirense. an 1274. eiusque filius Ioann. II. an. 1304. & Ioanna Brabant. & Luxenburgi Ducissa. an 1380. & Philip. Bonus ann. 1441. Ioan. II. Brab. Dux Antu. Ioan. III. Buscoducense condidit cum priuilegio immunitatis exactionum. quod aliqui commune voluerunt facere, sed non suffragatur vsus: & credo specialem praerogatiuam isti loco eum facere voluisse, quod conditor illius vrbis quaqua occasione augere eam voluerit. Ioan. Ducissa diuersas ordinationes Beghinagio Bruxellensi edidit an. 1369. 1372. Ioan. II. Dux in citatis litteris omnibus mandat, *vt locum Beghinagij Antuerp. in deuotione habeant, & reuerentia, sicut nostrum, inquit, diligunt amorem & honorem.*

12. *Primus earum status sub Innoc. IV.* Enimuero generalium litterarum † quae extent, vetustissimas credo Innoc. IV. datas 14. Calend. Iul. an. suo tertio; quibus filias virgines continentes, castitatem Deo vouentes per Teuthoniam constitutas laudat, quod post odorem vnguentorum Reginae virginum perfectionis imitationem quaererent: & congaudet, quod expectatione modica laborantes ad sponsi caelestis aeterna gaudia pertingerent: obtestatur, vt continuent finem principio, agonem illarum commendat, personas & bona sub B. Petri & sua protectione suscipit. Extat earum literarum transsumptum sub sigillo Capituli Antuerp. quod ipsius Innoc. litteras se vidisse testatur, seruatum à Beghinis; quod adeo ad ipsas spectare videtur, etsi non ita in ijs nominentur; quamuis idem Innoc. in literis Beghinagio Diestensi datis eo nomine eas appellet : sed forte nondum vbique idem nomen & passim vsurpabatur, & ipsa instituti descriptio satis eas manifestat; nullae enim per Teuthoniam virgines aliae fuisse sciuntur eo tempore quales ibi describuntur, nisi certam aliquam regulam professae: nisi forte Canonissae; sed de his si loqueretur Pontifex, non omisisset speciales notas huius instituti, quarum nulla mentio. Hae literae tamen, vt paulo ante de Canonissis diximus, insinuant Beghinas olim votum habuisse continentiae, neque tantum temporalis, sed addunt Christum zelotypum, vltorem iniuriae; qui aliquem sibi praeferri non patitur; adeoque vt retuli, obtestantur vt continuent sacrificium vespertinum matutino: non hortando tantum ex monito, sed comminando vltionem ex debito. Sed ratio viuendi harum mulierum eo tempore talis fere mihi fuisse videtur qualis hodie † earum filiarum quas deuotarias nonnulli vocant; Hispani Beatas : quae priuatim caelibes ex suo arbitrio viuunt, sed Ioannes Episcop. Leod: vt refert Molan. motus forte ijs rationibus quae saepe priuatae pietati nulliusq; censurae subiectae incommodant: decreuit, vt Beghinae in congregationes locumque communem se redigerent, si priuilegijs sibi

13. *Qualis hodie deuotariarum.*

con-

conceſſis frui vellent. Ita deinceps ſeruatum. Tabitha diſcipula in Actis Apoſtolorum mortua, in ædibus eius Eccleſia ſeu Congregatio religioſarum viduarum fuit, quibus ea prouidere ſolita erat de veſtibus & victu: Eius porro veſtes Petro oſtendebantur; veriſimiliter non communi & ſæculari modo factæ: quid enim has digito monſtrari conueniſſet? Vita Beghinarum ad hoc prototypon producenda eſt. Itaque in Congregationes redactæ primas ſuas ordinationes ab Epiſcopis (quibus eam curam iniungit d. c. recta) acceperunt; & Prælatis ſuis, vt inquit diploma Ioan. XXII. obediuerunt. Vnde iam inde ab Eccleſiaſticis & ſæcularibus ſuperioribus pro perſonis Eccleſiaſticis habitæ ſunt, bona earum & loca communia pro Eccleſiaſticis, ſtatus pro Eccleſiaſtico: etſi non in eo rigore ac perfectione quam valde conatur ei aſſcribere Ioan. Fredericus Lumnius M. S. libro ſuo, quem de hoc inſtituto ſcripſit, qui maiorem mihi huius materiæ partem ſuppeditauit.

Religiones ducentium vxores † non ſunt ſimpliciter Religiones, nec Ordo, qui tertius dicitur S Franciſci, *Sa. V. relig.* §. 41. id tamen non procedit vbi emittuntur vota ſubſtantialia religionis, vt Tertiariæ hic plerumque nunc faciunt, & Bogardi; ſed horum ordo ſub tertio S. Franciſci delireſcit. habet tamen aliquot priorum PP. diplomata pro Congregatione Sepperenſi, & confirmationem Clementis VIII. & Conſeruatorem Archidiaconum Antuerpienſem per eum deputatum. 14. *Ordines vxorati.*

Ad validam profeſſionem † bene docet nouem requiri Leſſ. *de Iuſt. l. 2. c. 41 d. 7. 1.* ætatem nunc 16. annorum expletorum, 2. annum probationis expletum, 3. animum profitendi, 4 non fraude vel metu impulſum, 5. admiſſionem per ſuperiorem habito conſilio ſui Conuentus, etſi non aſſenſu, 6. in religione approbata, 7. nuncupatis expreſſim vel implicite tribus votis ſubſtantialibus, 8. nulla adiecta conditione ſubſtantiæ Religionis repugnante, 9. & nullo obſtante profitenti impedimento; quod in eo Ordine cenſetur eſſentiale, quod profeſſionem redderet nullam, ob inhabilitatem quam indit regula profitenti: quod ſi non ſit eſſentiale; ſed valde obſtat Ordinis functionibus; verbi gratia, morbus caducus, aut ſimilis à Regula pro eſſentiali impedimento non habitus, profeſſionem non irritabit. *Farin. crim. deciſ. 346 nu. 1.* ſi tamen profitens eum celauerit, ob dolum eijci poteſt: ſi tamen ſuperior nouit impedimentum, qui poteſt diſpenſare, admittendo diſpenſaſſe cenſetur. 15. *Requiſita ad profeſſionem.*

Clemens VIII. ſalubres aliquot Conſt. *relatas à Quar. V. Monaſt.* edidit; primo, de non recipiendis nouitijs † ad habitum niſi in locis deſignandis; de forma nouitios recipiendi & inſtitutiones ac decreta ſuper educatione nouitiorum. Concil. Trident. *cap. 15 ſeſſ. 25. de Reg.* ſtatuit annum probationis exigi ſub pœna nullitatis, abrogato *c. ad Apoſtol. extra h. t.* non obtinet id tamen in Ordinibus militaribus, ex ſententia Cong. quamuis pro Ord. Milit. D. Ioann. ex nouo illorum ſtatuto ſecus ſenſerit; quia non ſunt in ſtrictiſſimo rigore Religioſi, de quibus loquitur dict. cap. 15; quod deprehenditur ex continuatione cap. nulla quoque 16. & dict. *quoque* connexionem vtriuſque cc. importante, vt de iiſdem accipienda ſint. at d. c. 16. vbi de Religioſis agit, de veram paupertatem vouentibus loquitur, vt non ſunt hi *Sanchez l. 7. d. 44. num. 48 de matrim. vt declaraſſe Cardinales refert Aſor. Inſt. mor. lib. 13. cap. 4. qu. 2.* nam vel ſtricte religioſi non ſunt; vt diximus; vel ſaltem profeſſionem emittunt iuxta regulæ præſcriptum, non Concilij decretum & quidem generaliter religioſorum nomine comprehenduntur in fauorabilibus, non in odioſis. vt 16. *De nouitijs inſtituendis.*

 docet.

docet ibid. Afor qu. 4. qui & antecedenti, & subsequentibus duobus cap. pluribus quæstionibus eorum statum & religionem elucidat. Qui votum castitatis seruant minus dubij habent: qui vxores ducunt amplius. quos tamen & fori priuilegio gaudere Nauar. *de Reg. conf.* 11. demonstrat. Etsi enim imperfectius votum sit; tamen foro non derogat: si nec coniugium cum vnica virgine: *c. 1. de cler. con. in 6. Conc. Trid. sess. 23. c 6. § clerici Concord. Brab. instruct. crim. an. 1570. ar. 65.* & nouitiatus ad fori priuilegium, *Molin. de iust. 3. tit. 2 d. 671. num. 2.* & ordo non sacer sufficit. *cap 2. x. de for. comp.* Ex voto parentum infantes religioni offerri non vetuit Concil. Trid. & propterea *s. 25. c. 17. de regul.* vtitur his verbis; *si puella quæ habitum regularem suscipere voluerit maior* 12 *annis sit. &c.* ibi iubet bis examinari illas, quæ maiores sunt duodecim annis l. in vestitione 2. in professione, anterius examen in minoribus ob iudicij imbecillitatem superuacuum putauit Concilium. *Diana p. 3. t. 2. r. 47.* vbi quamuis consuetudine obtentum dicat, vt vnicum in professione sufficiat: non tamen illa est vbique vniformis: sed magis reuerentes canonum sacrorum vtrumque examen obseruant. cum habitu tamen nunc clericali. *Trid. s. 23. c. 6.*

17. *Morbus superueniens non nocet professioni.*

18. *Annus probationis de momento in momentum currit.*

Computandus autem † & complendus est annus de momento ad momentum; semper enim de momento ad momentum computatur, vbi decretum aliquod requirit certum tempus. *l. 3. § minorem. D. de minor.* non tamen requiritur anno addi vnum diem, *Sanchez de matrim. l. 2. d. 24. num. 22. Less de Iust l. 2 cap. 41. d. 7. numer. 59.* forte neque eas horas quæ singulis annis supercrescunt, sed eum diem qui in bissextili additur, si in bissextili annus ætasue completur. *Riccius in prax. Reg. dec. 656.* sic enim annos computare solemus, nisi post completum Februarium profiteatur; quia ei mensi additus est dies quem illæ sex horæ conficiunt. *Lessius ibidem.* & sic professio paucis quamuis horis facta ante expletum annum nouitiatus, vel 16. ætatis, nulla reputabitur. *Diana p. 3 t. 2. r. 57.* quamuis annus naturalis non omnino exigi in Concil. Trident. *sess. 23. Can. 11.* intelligitur in ordinum sacrorum interstitijs: sed qui præcedenti anno in quadragesima promotus est, potest & hoc anno in quadragesima vlteriorem gradum ascendere, & si pascha hoc anno citius, quam præterito celebretur. *Prosper. de August. in Add. ad Quar ex S. Cong. Conf. in V. ord. ad fin.* quia hunc annum concilium ad Ordinarij arbitrium remittit, non illum: sed eum sine dispensatione præcipit exspectari. Atque adeo quidem integer annus requiritur, vt nec renunciare anno probationis quis possit. quia non in eius priuati fauorem, sed publicæ politiæ caussa inductus est. In mortis autem articulo taliter professus, si conualescat; peragere nouitiatum & repetere professionem debet, & egredi potest: si autem defungatur corā Deo habebit meritū ordinis. sed an absolute professio valida censebitur quærunt Emmanuel, Ledesma, & Beja, & hic quidem validam professionem esse sustinet. quod mihi contra verba Concilij esse videtur. quod *d. cap. 15.* nullam esse declaret professionem ante expletum annum factam, nullamque inducere obligationem ad quoscumque effectus: neque in genere neque in specie. *Cong. Con 6. Aug. 1593. & 2. Sep. 1594.* erunt igitur taliter professi bona restituenda consanguineis, nisi testamentum scripserit *infra n. 28.* Annus probationis etiam non interruptus esse debet & priuilegium Iulij II. reuocatum esse S. Cong. respondit. *apud Dianam p. 3. t. 2. r. 89.* Sed Pius V. concessisse dicitur, vt nouitius in articulo mortis profiteri possit. sed illud priuilegiū alij per Greg. XIII. reuocatum, & ad terminos Conc. Trid. reductum, vt cæteras illius super priuilegijs constitutiones; alij tantum ad effectum indulgentiarum, quæ regulam aliquam profitentibus

dan-

dantur, non ad alios iuris effectus concessum volunt. ita vt intestati nouitij successio ad agnatos non monasterium pertineat. *vide quos citat Diana p.3.t.2.r.17. & Barbos. in Collect. DD. ad Conc. Trid. de regular. c.15. num.23.*

Quæsitum fuit, an sponsus † ingrediens Religionem debeat profiteri intra duos menses, an habeat integrum annum, adeoque correctum sit ius antiquum, duos menses assignans, aut saltem tempus ad arbitrium iudicis? Et verior opinio est habere integrum annum. *Sanchez dict. l.2.d.24. numer 7.8.10. Garc. de benef. p.11. capit.9. numer.7. ex declar. Card.* 19. *Sponsus hodie ad profitendũ habet annum.*

Ab hoc tamen generali decreto excipiuntur *iuxta cap.21. in fine.* qui monasteria quæ capita Ordinum aut primates sunt, aut Abbatias, aut Prioratus administrationem habentes † in Commendam obtinent, tenentur tamen intra sex menses solemniter profiteri, aut cedere. deinde in Reg.58. Canc. habetur, vt executores gratiarum de admittendis sæcularibus ad Religionem & aliquod beneficium Ecclesiasticum conferendo, possint ad receptionem professionis, non expectato probationis anno, procedere. 20. *Qui nõ est necessarius in prouisis Commendatarys.*

Obtinet tamen in transeunte † ad aliam Religionem, cum nihilominus egeat anno probationis, quia in eo rationes illius subsunt. *Sanchez l. septim. dist.37. numer.47. de matrim.* cæterum citati *ibid n.19 per Barbos. & 20.* negant reuocatum à Cõcilio priuilegium à Leone X. concessum Minoribus vt transeuntes ad suam religionem recipere possent nõ perfecto anno probationis. & sane dispar ratio videtur in professo semel rite post annalem moram, & ordinis obseruantias quasdam non vota substantialia religionis mutante: & in eo qui nihildum est expertus: nihilominus tamen cum c.15. *Trid. de regular.* indistincte de quacumque professione loquatur; & c.22 indistincte deroget omnibus priuilegijs decretis de regularibus aduersantibus; verius dicendum est priuilegium huiusmodi esse abrogatum. Iterum in ordine Minimorum statutum est ne quis profiteatur ante annum decimumoctauum & in ordine sanctissimæ Trinitatis ante annum 20. à sede Apostolica confirmatum; decisum est tamen post annum 16. validas esse professiones: quoniam decretum irritans sedes Apostolica non adiecit. *citati ibid. num.15.16 19 20.* 21. *Sed in transeuntibus ad aliam Rel.*

Quare idem dicendum erit in casu *c.6.x.h.t. quia*, inquit, *in insulis dura est Congregatio monachorum, puero s in eorum monasterijs ante 18. annũ suscipi prohibemus*; adeo vt vbi austera est religio, & aër, vt in insulis, grauis; professio emitti non debeat ante plenam pubertatem; emissa tamen valeat. quia decretum irritans non sit adiectum. quod Capitulum in regionibus æstus vel frigoris intemperati, & religionibus austeræ obseruantiæ, etiam hodie admodum deberet expendi etsi vix vllibi in insulis, durisque monachorum congregationibus seruetur.

Quamuis autem & habitum assumi & annum probationis expleri ante etiã oportuerit; professio tamen de facto emissa valebat. *c. ad Apost. h.t.* nunc Conc. Trid. nullitatem adiecit & iam ante Alex. IV. & Bonifacius VIII. *in c.2. & 3. h.t. in 6.* in Mendicantibus professionem antea factam declarauit profitentes non obligare ordini, in quo votum fecerint, sed in genere religioni: nunc autem Trid professionem esse decernit nullam, nullamque inducere obligationem ad alicuius regulæ, religionis, vel ordinis obseruationem, vel ad alios quoscumque effectus. *de regular. s.25. c.15.* quod omnia illa priora iura corrigit.

Quoniam autem ætas sedecim annorum *d.c.15* generaliter exigitur, eo existimem cõprehendi omnes etiam militares ordines, si stricte sint religio; propter vniuersale verbum Concilij; *in quacumque religione*: nisi disertis priuilegijs eximantur. Qui

22. *Ante tempus professus eo expleto non repetit nouitiatum.* Qui ante 16. annum professus † est. non ideo debet repetere nouitiatum; quia is ante eam ætatem non est irritatus : neque circa nouitiatum quando incipi aut perfici possit, Conc. quicquam innouauit, modo eo perfecto tamen ante annum 16. expletum professio non fiat *Less. de Iust. l. 2. c. 41. dist. 7. num. 59.* & idem Concil. *cap. 16.* vbi mandat eos qui expleuerunt nouitiatum admitti, † vt eijci; loquitur de habilibns in quibus non est

23. *Eo expleto ideo admittendi, alij dimittendi.* iusta caussa differendi: *ibid. & Azor. Inst. Mor. l. 12. cap. 18. qu. 54. ex Cong. Conc 31. Martij 1597. quam & habet Quar. V. Monast.* In alijs enim qui nondum habiles spem præbent habiles se infra sex menses fore, superiores possunt tempus prorogare : Sed vbi superuenerit ætas, ante eam professus sine alio nouitiatu profiteri rursum potest. *San. l. 7. d. 37. num. 49 vbi in seq. plura circa hoc.*

Admitti inquam habiles mox debent, non statim autem profiteri iubet Concil. vt notat Nauar. *lib. 3 de Reg. consil. 30.* quod admitti & profiteri diuersa sint: nec iuris mutatio in vno inferat mutationem in altero. quare & hodie professio vt olim differri poterit, non admissio; nisi iusta de causa. nec Concilium irritat professionem aut admissionem post moram factam. *Dian. p. 3. t. 2 r 128.*

Habilitates sunt in iure, & plerisque institutis expressæ, & Sixt. V. duabus Constit. multas, & formam sub pœna nullitatis exegerat. sed Gregor. XIV. & Clem. VIII. *quas omnes Const. refert Quar. V. Monast.* moderatus est, & nullitatem abstulit, vt tacita professio induci post eam possit, per taciturnitatem quinquennij, à sciente nullitatem præsertim publicata in loco Clementina. Professio autem in scriptum debet redigi & in libro asseruari. *Cong. Conc. Serol. V. Monial. §. 13. Edictum Principum ann. 1611. art. 20. 21.* quod idem sanxit, in tonsura & alijs Ordinibus: mandans vbi opus erit probationem eorum fieri per instrumenta, & non per testes. Nulliter professus, quod verbi gratia nouitiatus ob impedimentum aliquod fuit irritus, & nullitas etiam notoria cum factus est habilis, non eget nouo nouitiatus anno, iuxta hoc c. 15. vt diximus, quia cessat caussa finalis, vt scilicet nouitius probet austeritatem Religionis, & Religio eius mores, quod vtique factum satis, etsi irritus fuerit nouitiatus. Itaque cessante caussa finali huius decreti, non dicemus illud vltra extendendum, cum ex ea sequetur correctio in speciali, quod ratificatio professionis irritæ nō indigebat nouo nouitiatu, *c cum virum, c. significauit de reg c. 1. extra eodem in 6. Sanch. de Mat. l. 7. d 37. num. 47. 48.* alioquin semel interruptus per egressum annus nouitiatus repeti debet *arg c. 26. de elect in 6. Cong. Concil. 17. Nouemb. 1597. Nauar. de reg. cons. 17.* non interrumpitur autem per interpellationem paucorum dierum. *Less. de Iust. l. 2. c. 41 d. 7. num. 59.* aut per latitationem momentaneam, & exiguæ moræ, etiam cum animo fugiendi. *Nauar. ibidem.* neque per mansionem ex causa extra monasterium de licentia superiotis, etiam post Trid. *Sa. V. Relig. § 9.*

24. *An cessent hodie tacita professiones?* Quærunt Nauar. *de Reg. cons. 35. numer. 5. Azor. Inst. Mor. l. 12. cap. 4.* an per hoc c. 15 sublatæ sint tacitæ professiones †? Et censent eam quæ fit per gestationem habitus proprij professorum ad triduum, aut quod quis habitum deferens, sciens & vltro opus faceret proprium professorum, *vt in c. vidua de Reg.* ad exemplum, *cap. is qui fidem de spons.* matrimonij carnalis esse sublatam, cum Concil. integrum annum probationis requirat; at vero si quis expleto probationis, & 16. ætatis anno, per alium annum habitum professorum, & nouitiorum communem, & non manifeste distinctum detulerit, censebitur tacite etiam nunc professus. Sic c. quicumque *f. 25. de Reg.* in tacentibus per quinquennium professionem

fessionem tacitam seu inualidæ ratificationem inducit, si quidem scientiam nullitatis tacens habuerit, alioqui nulli actus sufficiunt. *Azor. vbi sup. q. 7.*

Qui enim inualide professus est, † tractu solo temporis non firmauit suam professionem, nisi sciens esse irritam ratificauerit, vel ita expresse apud se statuerit, volo illam esse validam; etsi ob aliquam caussam initio non fuit: & ideo si abesset scandalum, posset egredi. Sed quia huic rei facile fraus fieret, Conc. hic statuit *s. 25. h. t. c. 19.* vt nemo audiatur nisi intra quinquennium à die professionis, allegatis causis coram superiore & Ordinario: si autem antea habitum dimiserit, nunquam audiatur, sed ad monasterium redigatur, & vt Apostata puniatur, nec interim priuilegio vllo religionis iuuetur. 25. *Nullitor professus cũ sciẽtia debet reualidare.*

Ex nouitij † bonis ad sæculum reuertentis ne vel minimum accipiendum; etsi fecerit testamentum, morte tamen non subsecuta *c. 16. s. 25. de reg. Menoch. de arb. l. 2. cent. 5. cas. 463. num. 17.* 26. *Nouitio exeunti omnia reddenda.*

Quamquam Bonifacius VIII. *in c. quamuis de pact. in 6.* pactum patri factum à filia super renuntiatione hæreditatis, cum nubens dotaretur, ob iuramentum seruari iusserit *cum non vergat* inquit, *in æternæ salutis dispendium, nec redundet in alterius detrimentum*: tamen Conc. Trident. *s. 25. de reg. c. 15.* nullam renunciationem aut obligationem antea quam expletus sit nouitiatus annus, & decimus sextus annus ætatis factam etiam cum iuramento vel in fauorem cuiuscumque causæ piæ valere permittit, nisi cum licentia Episcopi, siue eius vicarii fiat, intra duos menses proximos ante professionem: ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione: *aliter vero facta, etiam si cum huius fauoris expressa renunciatione, etiam iurata sit irrita & nullius effectus. videri possunt citati à Barbos. in collect. DD. ad Concil. Trid. ad d. c. 16.* vt ad religionem tendentium inualidi sint omnes contractus lucratiui, donationes inter viuos, liberationes tutorum, renuntiationes officiorum publicorum, etiam temporalium, non tamen testamenta, aut vltimæ voluntates, etiam priorum reuocatoriæ: eleemosynæ modicæ, expensæ pro victu & vestitu nouitij. quæ autem secundum formam huius decreti fiunt, requirunt professionem validam, aut inualidam valide ratificatam subsequentem. *d. c. 16. vers. nisi secuta professione.* vt hæc in morte ciuili obtineant sicut in morte naturali, vt donatio mortis caussa expiret, si mors non sequatur, & purificetur matrimonium spirituale carnali, vt sicut dos restituitur si matrimonium non sequatur, sic donationes nouitiorum renunciationes, & obligationes, si professio non fuerit subsecuta, citra formam factas, quamuis cum iuramento ideo facit Concilium irritas, quod ad priorum temporum incommoda & scandala considerat d. c. 15. & 16. fauorem publicum: in cuius præiudicium priuati renunciare non possunt. *cap. si diligenti. de for. comp.*

Quod autem excipit Conc. victum & amictum non eo spectat vt solui eum iubeat; sed id priori iuri relinquit & statutis Religionum: sed ne quid amplius exigatur præcipit. *Suarez. l. 4. de simon. c. 17. n. 19.*

Quoniam monasteriorum fundationes tam pro nouitijs, quam pro professis institutæ sunt; seruiendo altari, seu monasterio meriti sunt vt viuerent de altari. quamuis toleretur consuetudo in multis monialium monasterijs *de qua Diana p. 3. t. 2. r. 16.* vt exeuntes soluant expensas quas Tridentinum, ne quidem voluit, vt diximus, exigi; sed vetuit ne monasterio, præter illas, quidquam tribuatur: ne illa occasione libertati exeundi remora præberi possit. ex illis ergo quæ monasterio forte tributa sunt, retineri permittit expensas:

si nihil tributum est, si specialis consuetudo non est, exigi non permittit: recipi tamen nō vetat, quod sponte dare forte voluerint exeuntes; siue in eleemosynam: siue quia nolint graues fuisse monasterio, aut videri de bonis ecclesiæ vixisse; cum proprias haberēt facultates. vt id in primitiua ecclesia non admittebatur. Et ampla quidem sunt verba Cōcilij: *d.cap.16. quocumq; prætextu aliquid ex bonis nouitij tribuatur.* vt & mutuum & commodatum comprehendat, si quam occasionem non libere discedendi, quam considerat Concilium, præbere queat. *vide Dian.p.3.t.2.r.100.*

27. *Profitens testari potest.* Nouitius ante professionem, vt iure antiquo, ita Concilij Trid. non obstante, c.16. *de reg.* testamentum † condere potest. *Guttierres Can. quæstion.l.2.cap.1. num. 26.& sequen. vsque 34.*

Et quamuis ante Conc. Trid. ipso ingressu dominium & possessionem bonorum ingressi acquiri aliqui voluerunt, hodie tamē post Concil. Trid. nulla acquiritur actio monasterio nisi † secuta professione. *dict.c.16.* vbi post egressionem (intellige & mortem accidentem ante professionem *vt post Menoch. Gutierres vbi sup. n.107 vers. qua sententia, Serol pr. p.2. V. Monial. §.11.*) omnia à monasterio restitui debent: & ca.15. *Trid. de Reg. sess.25.* dicitur, omnem professionem ante annum factam nullum prorsus effectum parere. neq; id mirum, cum vt diximus, dos in matrimonium data, eo nō subsecuto integre restituenda sit, & vniuersim ob caussam dati caussa non secuta condictio competat.

28. *Ante professionem sine effectu.*

29. *Etiam id in resignatione benef. obtinet.* Pariformiter Pius V. *in Bulla, quanta ann 1568.* statuit resignationes † factas ab ingressuris religionem, non esse validas, nisi reipsa id exequantur, & conferre Episcopum non posse nisi post professionem, *Riccius in prax. dec.724 Azor. Inst. Mor. p.1.l.7.cap.20.quæst.6. ex Cong. Conc.* atque adeo effectu non ante esse validas censet M.Ant. *Gen. in prax. cap. 54.* cui rei hoc c. argumentum esse potest. *Azor. vbi supr. ex Cong. Conc.* quin etiam id obtinet in renunciatione facta in sæculo ab eo qui meditabatur ingressum, cum non habet vnde viuat, vel ad illum titulum est promotus. Vt mox dicemus, quantum autem hoc cap. in Religiosis Societatis Iesv iuxta probatissimum ac Reipubl. vtilissimum institutum illorum obtineat, iuxta diuersa illorum vota, ample habet L. Moli. *de iust. t.1.d.139.num. 1. vsque 13.* in genere id dicendum, cap. hoc innouationem instituto Societatis nullam inferre.

Imprimis autem hoc c. non procedit in testamentis nouitiorum; vt mox diximus donatione caussa mortis. & codicillis, aliisue vltimis voluntatibus. *Cong. Conc. 22. Ian. 1598. & citati à Barbosa in Remiss. ad d.c.16.* cum neque verba, neque finis constitutionis (scilic. ne retardentur ab egressu nouitij, si monasterium eorum bona retineat, cum testamentum sit ad eorum arbitrium reuocabile) ea comprehendat. *L. Molin. vbi supra num.13.* locum tamen habet in renunciationibus factis ante susceptum nouitiatum in sæculo, intuitu tamen & animo ingrediendi Religionem, *Serol. pr. p.1. V. Monach. §. finem.* quamuis Riccius *decis.651.* contra sentiat. & ita intelligo resolutionem Card. quam habet Quar. qua id licere ait ante habitum. nam in reliquis sine hoc respectu factis, nec verba nec finis militat, forte nec Ecclesiæ potestas. *L. Molin. ibid. num.14. & Dian. p.3.t.2.r.55* quæ respōdit Congregatio non comprehendi d. c. 16. renuntiationem in sæculo factam ab ingressuro, alioquin non id satis cum intentione Concilij, & indistinctis verbis, & bullæ Pij V. conueniet, adeoque declaratio authentica esset dubitandum esset.

Donatio etiam sub verbo obligationis & renunciationis venit. *ibid. num.15.* Non compre-

comprehenduntur etiam renunciationes aut obligationes puellarum, quæ solius educationis & institutionis gratia in monasterijs recipiuntur, nec quæ suscipiendi institutum caussa ibi sunt, si quid in eleemosynas erogant. *Azor. Inst. Mor. l. 13. c. 9. q. 2.*

Renunciatio igitur vt iuxta præscriptum Concilij fiat, debet fieri peracto demum & probationis & decimo sexto ætatis ann. eo enim respicit vocabulum antea relatiuum decreti immediate præcedentis. quod de vtroque loquitur. Ideoque & quia negatiue concepta est dispositio *c. 16.* si in alterutro fuerit defectus, nihil actum erit: (vnde qui ætatis 16. non tamen probationis annum expleuit, si se obliget, aut renunciet; non subsistet actus. *Cong. Conc. 15. Ianu. 1601.*) vel duobus dumtaxat ante professionem mensibus, & tum (quod alias necessarium non est) cum licentia Episcopi, vel eius vicarij, si tamen lapso ætatis 16. & probationis an. non statim professus est, sed tempus à superiore prorogatum, valet renunciatio facta cum ea licentia intra duos menses proximos tempori quo legitime emitti professio potuisset. *Cong. Conc. 17. Oct. 1594.*

Oportet autem in recipiendis nouitijs, eorumq; testamentis ordinandis, meminisse Concilij Mogunt. *16. qu. 7. cap. constitut.* ne superiores piscentur Religiosos, ob facultates; quas eo casu agnatis restitui iubet, quo circumuentio, & turpis lucri cupiditas appareant, *quod rursus repetitur ca fin. 20. q. 3.*

Ne libertati egressus derogetur Concil. Mechl. 1607. *h. t. c. 7.* vetat virginum capillos ante professionem resecari, quam tunc laudat D. Hier. *epist. 48 ad Sabinam.*

Pœnæ excommunicationis † ipso facto incurrenda imponitur, tam cogentibus, non quoscumque, *L. Mol. tract. 4. d. 51. in fin.* sed mulieres ingredi Religionem, quam impedientibus illas volentes Religionem ingredi ab ingressu. *Trid. 18. h. t.* Quod ipsum olim placuit Concil. Tolet. 3. *Can. 10.* vt & de Matrim. idem Concil. Trid. statuit. *c. 9. sess. 24. de Ref. mat.* nec licet cogere habitare in Monasterio ad annos nubiles in habitu sæculari. De quo vide plenius Dianam *p. 2. t. 1. Misc. r. 56.* quamuis non videantur cogentes incidere in excommunicationem d. c. 18. quod eo non videtur spectare, sed ad solam libertatem regularium. & vt certius de libertate constet mandat Concil. vt ante indutionem, & rursus ante professionem, virgo ab Ordinario examinetur. *h. t. cap. decim. sept* in Ecclesia aut circa, præsentibus Notario & duabus grauibus matronis, non consanguineis vel puellæ coniunctis. *Cong. Conc. Serol. verb. Monia. §. 3. p. 1.* Quod si ea examinatio omissa fuerit, Ordinarius nihil à professa debet sciscitari, sed eam sibi relinquere, & in præfectas animaduertere. *Serol. ibid. ex Cong. Conc.* (& contradicente etiam Patre hæretico, examinatio à Senatu Paris. indicta est, & filia arbitrio suo permissa, *Chop. Monast. l. 1. t. 2. n. 4.*) & quamuis monasterium sit exemptum Episcopus examinat. *Ex Cong. Conc. 21. Sep. 1591. Pias. in prax. p. 2. c. 3. num. 55.*

30. Excommunicantur qui cogunt ad Relig.

Qui professionem suam inualidam dicere vult, & ad libertatem proclamare: debet caussas deducere coram Ordinario, † & superiore suo. *c. 19. sess. 25. h. t.* Porro si Ordinarius simul sit superior, v g. si Episcopatui monasterium est vnitum, solus Ordinarius de nullitate potest cognoscere; nam Concilium dum vtrumque coniungit, præsupponit vtrumque adesse.

31. Qui inualidam dicit professionē, corā ordin. & super reg. id facit

Quæ etiam obtinent in militaribus ordinibus. *Gonz. ad reg. 8. Cancell. gl. 8. n. 61.*

Conc. Trid. *sess. 25. cap. 10.* mandat vt moniales † singulis mensibus confiteantur, & sacram Eucharistiam sumant: (quod olim de monachis constitutum erat, *in Clemen. ne in agro,*

32. Moniales tenentur singulis

menſibus confiteri. *agro*, §. *ſane, de ſtatu Monach.* cum antiquitus pauciores eſſent Clerici aut ſacerdotes.) &, vt liberius conſcientiam ſuam aperiant, aliquoties quotannis eis extraordinarium confeſſarium offerri. Qua in re Cong. cenſuit, ſi monaſterium ſit exemptum à iuriſdictione Ordinarij, & Regularibus ſubiectum, extraordinarium huiuſmodi confeſſorem eſſe offerendum ab ijſdem ſuperioribus Regularibus, & ita reſponſum ad poſtulat Epiſcopi Antuerp. an. 1608. Quamuis Synodus Audomatenſ. an. 1583. tit. 17. cap. 11. videatur ſenſiſſe id ad Ordinarium ſpectare: ſed magis placet ſententia Cong. quia Concil. non delegat diſerte Epiſcopo in exemptas aliquám iuriſdictionem. Ideo copula, &, in toto d. c. 10. ſumenda eſt reſpectiue quoad Epiſcoporum, & aliorum ſuperiorum ſubditas, alioquin deberent procedere ſimul & coniunctim. Quod ſi Monialis non poteſt induci vt ſuis Regularibus confiteatur, poterit Epiſcopus ei dare ex alia Religione, vel ſæcularem, vt volet, etiam ordinarium. *Sa. verb. Epiſcop.* §. 33. *ex Cong. Conc.* & menſtruam quidem confeſſionem olim fuiſſe obligationis ſub mortali *ex Clemen.* 1. § *ſane. de ſtat. mon.* multi voluerunt. Serol. *vbi ſupra* §. 7. negat nunc eſſe, quia Trident. dicit ad hoc moniales tantum eſſe monendas; quod ſonat conſilium, non præceptum. ego & ante Concil. non fuiſſe mortale exiſtimo, ob non vſum, ſaltem ſub figura talis reatus.

Ad promouendam monaſticam diſciplinam, prouide ſtatuit Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de reg. cap.* 8. vt Monaſteria † quæ generalibus Capitulis aut Epiſcopis, non ſubſunt, nec habent

33. *Cõgregatio nes Regul.* Ordinarios Viſitatores Regulares, in Congregationes ſe redigant. Choppin. *l.* 2. *Monaſt. t.* 2. *num.* 17. iuxta hanc ordinationem refert Benedictinos exemptos apud Turones, Senones, & Bituriges, ſe in congregationes redegiſſe, ac varia condidiſſe Regularis diſciplinæ ſtatura, quæ à Sixto V. & Greg. XIII. confirmata ſint. idemque in Belgio fecerunt Benedictini quidam exempti. Quod ſi id negligant Regulares, Metropolita eos cogere poteſt, eoque negligente Epiſcopus in cuius diœceſi monaſteria ſunt. *Serol. p. p.* 2. *v. Monaſt.* §. 2.

34. *Numerus regulariũ ſtatuendus ne egeant.* Is tantum numerus † in monaſterijs *ex ſeſſ.* 25. *de reg. ca.* 3. conſtitui mandatur, qui ex reditibus aut conſuetis eleemoſynis viuere poſſit. Quod ſerio eſt à ſuperioribus animaduertendum. nam ſi monaſterium eſt feminarum, viuens ex reditibus, receptio eſt irrita, ſi plures recipiantur, quam ſine penuria poſſint ſuſtentari. *cap. periculoſo.* § *ſane. de ſtatu Reg. in* 6. cui incommodo ſolet prouideri per dotem, quam communiter exigunt monaſteria. *de qua Leſſius l.* 2. *de Iuſt. cap.* 35. *d.* 12. *&* 23. & Serol. *pr. p.* 1. *verb. Monial.* §. 15. *vbi ex Cong Concil.* aſſerit alimentorum nomine non dotis aliquid accipi debere, neque intromitti, niſi de ijs monaſterio cautum ſit, alioquin probatas ob dotis defectum non reijci. ſumptum vero veſtitionis & profeſſionis ab Ordinario taxari debere. & *ibid.* explicat priorum Pontificum ſanctiones.

In erectione nouorum monaſteriorum, vt in veteribus, etiam exemptis, numerus per Ordinarium eſt ſtatuendus; nec erigi poſſunt niſi is ſaltem ad duodenarium perueniat. alioquin exemptione careant. non tamen prohibeantur moniales ſupernumerariæ recipi, quæ dotem adferant: ſed duplam taxæ numerariarum: quæ nec has impediant, nec ſuccedant: dos vt ſpontanea ſit, non pactitia, ad dictam ratam taxæ: & quanta illa ex patrimonio conſtituenda, quæſiuimus *in Conſultat. canon. h. t. conſult.* 3.

Et bene habet quod hæc Conſtit. Bonifacij VIII. non ita publice ſit nota, nam ſunt moni-

moniales alicubi ita pauperes, vt vix medietatem habeant sufficientis victus; quæ si ad eam Const, refugerent, liberæ declararentur, iure quidem: sed id negant aliqui vsurpari. sed huiusmodi tamen penuriæ æstimatio latitudinem habet pro arbitrio iudicis. Concil. porro hic non tantum requirit, ne sine penuria sustententur, sed vt commode sustententur. vnde sublata est quæstio quam Azor. *l.13. Inst. Mor. cap.9.* refert Ioan. Andreæ tractasse, an si commode non possent sustentari, sed tamen sine penuria, augeri posset numerus, locusue fiat d. §. sane. quanquam existimo nec olim licuisse numerum augeri eousque vt sine penuria citra commoditatem viuere posset: sed si id factum esset, nō induxisse nullitatem, sicut inducitur à penuria. Porro Concilium comprehendit etiam monasteria virorum, etiam mendicantium, quibus licet possidere, quæ non comprehendebat Bonifaciana. & Pius V. *in Const. inc. circa.* hanc curam in Episcopum reijcit. Extat etiam specialis Ordinatio S. Cong. *quam refert Pias. in pr. p.2. cap.3. num.56.* de numero non excedendo, quem Ordinarius pro monasterij circumstantijs statuerit. & Pij V. decretum. *quod refert Quar. verb. Monast.* de certo numero cuique monasterio, conuentui, & domui Regulari præfiniendo.

Sine Episcopi etiam licentia † prius obtenta, Conc. Trid. c.3. in fin. vetat de cætero similia loca erigi. & Clem. VIII. *in Const. inc. Quoniam 23. Iul. 1603.* (quam Paul. V. anno 1618. obseruari iniunxit Episcop. Belgicæ literis ad eos datis) statuit etiam alios conuentus in loco prius existentes, & qui interesse habere possint audiendos; declarans, nec aliter Ordinarios facultatem dare posse, & nisi constiterit nouos huiusmodi conuentus, sine aliorum detrimento commode sustentari posse. quo etiam spectat connexio d. §. *in p. dict. d. c. 3. sess. 25. Trid. de Reg.* dum excedi numerum in monasterijs vetat Regularium, vt commode viuere possint, vt non erigantur similiter noua monasteria, supra numerum, qui in locis illis ali possit. Quo argumento vtitur & procedit d. Clementinæ præfatio quod Episcopo dispiciendum incumbit, antequam det licentiam, quippe quæ, seposita etiam d. Clementina, à solo eius arbitrio non pendet, *in Auth. Coll. 1. t.3. vt determinatus sit numerus Clericorum, in princip. & § cum autem Deo amabiles Episcopi ad aliquorum preces semper respicientes protracti sunt ad Ordinationum multitudinem, aucta est expensarum quantitas.* &c. *non oportet*, inquit, *ad expensarum mensuram quærere possessiones: hoc enim simul ad auaritiam impietatemque perducit, sed ex ijs quæ sunt, expensas metiri, & quæ sequuntur. tot. tit. Auth. de Mon. cap.1. & Auth. de Eccl. tit. §. si quis, colum.9. & expressius Auth. vt nullus fabricet oratorij domos, c.1.2.* vbi nulli licet ædificare Ecclesiam aut Monasterium priusquam Episcopus definierit necessaria ad Ecclesiã ministrorum aliméta, & de ijs spondeatur. Quæ ratio neq; in Mendicãtibus cessat: quippe in illis saltem requiritur, vt constet ex consuetis eleemosynis incolas & aduenas ali posse, priusquam admittantur. quæ eadem ratio etiam valet ad expendendum quousque procedat reuocatio d. Clementinæ facta per Paul. V. 12. *Decemb.* 1605. in gratiam excalceatorum Carmelitarum, quæ permittit Episcopis sine aliorum conuentuum consensu licentiam dare, noua monasteria extruendi, non autem præcipit, nec derogat iuri communi, quod ante Clementinam fuit, de quo mox egimus, nec *cap.1.2.3.4. extra de nou. op. nunc. Guid. Pap. qu.* 360. Et quidem c. ad audient. *ext. de Eccl. ædif.* vult antiquæ Ecclesiæ prouisum & nouæ. *vt d.t. dicemus.* quam licentiam etiam ob hanc caussam tam derogatoria excalceatorum quam Trid. *d. c.3.* requirit, vt Episcopi omnia supra dicta expendere possint, antequam eam dent. nam cui fini ea alioquin fieret, cum à sede Apostolica om-

35. *Eadem ratio ineunda cum noua monasteria eriguntur.*

nes præsertim Mendicantes haberent generatim facultatem construendi monasteria *ad derogationem.cap. vnic. de excess. prælatorum in 6* quod id eis inhibebat sine sedis Apostolicæ authoritate? vltra quam d.Concil. *ad finem supra.* voluit Episcopi cognitionem interuenire ad modum, quo procedit d.ca.audientiam in parochialibus, & ad illius imitationem d.Clementina in Regularibus; vt scil.ita nouis admissionis gratificatio fieret, vt veteribus penuriam, egestatem, & famem non inferrent. ne ipsi Ordinarij occasionem darent per facilem admissionem controuersiæ multarum professionum in ijs conuentibus, qui re ipsa, penuriam patiuntur, & in maiorem inciderent aliorum accessu: quippe nouitas semper est grata, ac magis mouet.

Vtinam Regulares cum dilatare Religiones suas gestiunt, eam pietatem spirarent, quæ eluxit in Abraham *Genes.*13.ac probe expenderent, imitarenturque quæ Patriarcha ille nepoti Loth proposuit: *Cum enim eos non poterat capere terra, vt habitarent simul: Ne quæso, inquit, sit iurgium inter me & te; & inter pastores meos & pastores tuos; fratres enim sumus. Recede à me, si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris; ego ad sinistram pergam.* Si super admissione appellatum fuerit, suspēdi omnia debere, iubet d.Clem.VIII.Const. donec sedes Apostolica decreuerit; decernens irritum quicquid secus, vel ignoranter cōtigerit attentari. Quare cum neglecto Episcopo seu potius contempto, ob quasdam conditiones, quas iuxta dictam Const.prius expleri voluerat, erectum esset aliquorum propria authoritate sub obtentu suarum exemptionum licentius peccantium, monasterium, nouitiæque receptæ; non absque ratione visum fuit dici posse, nulla licentia, admissione, cæterisq; requisitis interuenientibus, legitimum conuentum, dici non posse. Quidam obijcient eam Const. solenniter non esse publicatam: est tamen hic in pluribus casibus practicata, prout forte præter Concilij Trid. decreta ab annis 70.hic nullæ sunt publicatæ, nisi forte in Synodis paucissimæ; quæ synodi quam hic raræ sunt, nemo nescit. Sed animaduertant d.Const.loqui declarando, non omnino nouum ius statuendo; vnde si per eius neglectum inducatur penuria, de qua supra, videant quæ eliciatur consequētia. Quin & Bonifac.VIII.*in d.c.vn.de excess.prælat.in 6.* constituerat ne Mendicantes noua loca ad habitandum acquirerent, vel vetera mutarent, nisi de licentia Papæ speciali, mentionem faciente huiusmodi prohibitionis Sic & Carol. V.*in Ordin.ann.*1520.19.*Octob.* vetuit ne in Brabantia nouæ Ecclesiæ aut Capellæ ædificentur, sub pœna ædificatori infligenda, & demolitionis, *iuxta c.1.& 2.ext.de nou.op.* sicuti nec oportet nouos Ordines sine Pontificis authoritate institui; *Innoc.III.in Conc.Lateran.cap.*13. Ita Collegia illicita & Confraternitates censentur, quæ non sunt à superioribus probatæ, & huiusmodi Collegæ punibiles. *Charond.l.*12.*Resp.*65.Bulla tamen Clem.VIII.non vetat Mendicantes sibi constituere sine Ordinarij interuentu hospitia, in quibus non residere, sed vt viatores recipi velint. *Ruccius in prax.Reg.dec.*652.

Non n. militat in hospitijs transitorijs ratio, quæ in monasterijs, conuentibus & domibus quæ summa omnino est. Quantumcunque enim sunt exempti cuiuscumque ordinis regulares, fateri oportet saltem tanquam auxiliares copias in acie Ecclesiæ quæ bene ordinata esse prædicatur, vel sari oportere, cum iuuandæ saluti animarum omnes Religiones in succursum parochialium sacerdotum Ordinariorumque instituti sint. Ordinariorum igitur est in ea statione quemque collocare, quam non admittendorum commoditas, qui non sibi, sed ouibus pascendis opportuna quæsituri veniunt, salus populi ab

eo

eo requirit. Ideo licentia Episcopi, diligens ab eo inspectio, designatio & circumscriptio locorum facienda à iure *d. c. 3. §. 25. de Reg. Trid. d. c. 1. in Auth. vt nullus fabricet*, exigitur. Hæc Ordinario cura vt populi, clerique, exercitusque Ecclesiæ duci demandatur, non singulis eligenda statio, functioque permittitur. Quid speres de exercitu vbi quisque non ex iussu ducis, sed ex lubitu suo quæ vult sumit? & eam in Ecclesia Dei disciplinam desideremus?

Quæ ratio facit vt æquius credam nec sine licentia Ordinarij transferri hodie debere monasteria etiam infra eandem diœcesim, tametsi in rigore verborum contendat Thomas à IESV *in Expos. Reg. Carm. p. 3. cap. 2. Diana p. 3. t. 2. r. 136.* posse: cum & vsu receptum fateatur Roderic *loco ibi citato* ne sine Ordinarij licentia translatio fiat. in qua non minor ratio apparet, quam in erectione. Quam nec hodie sine Papæ cognitione & licentia fieri posse extat S. Cong responsum. quod tamen Thomas à IESV accipit quasi iure nō liceat. *d. c. vn.* cui non derogarit Concil. Trid. sed vi priuilegiorum liceat. qui ergo non habent communicationem priuilegiorum nec hodie ex sola Ordinarij licentia noua poterunt erigere cœnobia. qui habent, an possint, vt censet Thomas, dubito: quod tunc magis ea Cardinal. qui nec ea priuilegia ignorarint: declaratio scolæ, quam actioni conueniret.

Clausura † Sanctimonialium (quas Ægyptij & Africani Nonnas vocabant, vt ex Arnobio & Hieronymo refert Choppin. *de sac. polit. l. 2. t. 8. num. 22.*) de iure *cap. vn. de statu reg. in 6.* & Concil. Trid. *sess. 25. cap. 5. de reg.* & Const. Pij V. *inc. circa*, 4. *Calend. Iunij 1566. quam per extensum refert Pias. in prax. p. 2. cap. 3. num.* 53. (quam publicari mandat sub obtestatione diuini iudicij & maledictionis æternæ) spectat ad Ordinarios, vt illam † iuxta Bonifacij VIII. *Conc. Trid. ad d. Const.* tenorem obseruari curent, quamprimum poterunt, vt loquitur dict. Constit. id est, quamprimum sine offensa maioris boni introducere eam poterunt. Quod si Moniales etiam exemptæ egressæ fuerint sine licentia Episcopi, debent ipsæ & earum superiores, de quorum licentia egressæ fuerint, per Ordinarium censuris ecclesiasticis, ac alias puniri. *Serol. pr. p. 1. verb. mon. §. 14. ex Cong. Conc. vt insuper.* Gregorius XV. *Constit Inscrutabili* 1622. omnes omnino delinquentes circa clausuram non tantum, sed & circa personas intra septa degentes ab Ordinario puniri, & corrigi posse decreuit.

36. *Moniales ad clausuram tenentur.*

Ex præscri. pto Ordin.

Itaque quamuis Moniales alijs superioribus subsint, egrediendi tamen licentiam ab Ordinario nihilominus etiam petere tenentur, *vt habet alia Constit. Pij V. inc. decori. Calend. Febr.* 1570. *quam similiter ibi refert Pias.* quantumcunque legitimis ex causis egredi petant: quas ibi idem Pontifex specificat, ita vt alias admitti vetet. Sic & *cap. 4. sess. 25. de reg.* vtriusque sexus Religiosi è conuentu suo recedere prohibentur, ne quidem caussa adeundi superiorem, nisi licentia in scriptis obtenta. Tamen religiosus inique tractatus aut vexatus à suo superiore tuta conscientia è monasterio exit nescio & inuito superiore, nec Apostatæ pœnas incurrit. *post Nauar. Azor. Inst. Mor. lib. 12. ca. 11. quæst. 7.* nam iustam hic caussam habet, quam c. 4. non excludit: neque iustam appellationem, *Idem quæst.* 8. sed iniusta & leuidensis prohibetur. *in c. ad nostram de appellat. c. reprehensibilis, eod.* Et ne quidem transire potest sine superioris licentia ad Ordinem etiam strictiorem, non obstātibus omnibus prioribus indultis. *Pius V. Const. incip. Quæcunque. quam habet Quar. verb. Monast. & ibid.* &

canon

ea non conceditur, nisi caussa cognita, inspecta anteacta vita; nec vnquam datur ad Ordines non claustrales.

Vetat Concilium *eodem capite* 19. licentiam cuiquam regulari dari occulte ferendi habitum suæ religionis. sine licentia, & causa habitum religionis occultantes incidunt in excommunicationem. sed quid si alterius religionis habitum assumant? & ne quidem monachum ad episcopatum promotum sine censura habitum omittere, & episcopalem induere creditum est. sed hodie ex Rituali Clementis VIII. retento colore habitus suæ religionis formam indumentorum episcopalium assumunt. *citati apud Barbosam in Collect. Concil. Trid. de regul. c.* 19. *n.* 41. *& seqq.*

Ingressus vero in monasterium etiam cum simili licentia fieri debet. Ingrediendi tamen exempta ea monasteria licentiam dare ad regulares Superiores, *vt videtur declarasse Sac. Cong.* 19. *Ianuar.* 1597. *&* 17. *Iul.* 1597. duntaxat spectat. quamuis in Hispanijs *ex Ioanne de la Cruz* Barbosa *ad dict. cap.* 5. referat etiam pro monialium egressu solam superiorum regularium licentiam, requiri tamen Concilij verba vt ab episcopo causa sit probanda Cōstit. & Cardinalium responsa sint clara in contrarium. nihilominus in his etiam locis non solent petere exemptæ egrediendi licentiam ab Episcopo quasi quod Concil. dicit dandam ab Episcopo vel superiore reg. licentiam, sit respectiuum ad singulorum subditas. Greg. XIII. *Constit. Id. Iun.* 1575. omnes licentias reuocauit: & alia Const. 23. *Decem.* 1582. etiam Episcopis & alijs qui de iure ingredi possunt vetuit, ne id faciant nisi iusta de caussa. *quam vtramq; Const. refert Piaf. vbi supra.*

Qualis etiam est vt ipsi coram inspiciant vtrum clausura bene constituta, seruataq; sit, & si monasteria sibi non subdita si ob eam causam ingredi velint, Superiores reg. impedire non possunt. *Cong. Conc.* 28. *April.* 1594 & quod clausuram toties Episcopus visitare potest, quoties ei visum fuerit. *Cong. Conc.* 17. *Iulij.* 1597. non tamen electionis caussa, ingredi potest. *c.* 7. *de reg. Trid.* nisi forte ad vitandam subornationem votorum, inquietudinem, aut causas similes, ob quas alioquin canonicè non posset fieri electio. *Ioan. de la Cruz. de stat. Rel. l.* 1. *c.* 5. *disp.* 2. *concl.* 3.

Repentina necessitas recursum non permittens per Epikeiam ingressum permittit: vt inundationis, incendij, ruinæ, &c. eademque necessitas moraliter accipitur, non physicè aut pharisaicè. eodemque modo accipienda est in confessore, medico, chirurgo, operarijs, artificibus, dum non æquè foris possunt opus suum peragere, atque in re præsenti; superioribus, visitantibus officinas, religioni necessarias; discribentibus noua ædificia extruenda, ruinam minantia sustinenda; clausuram, & quæ ad rectam monasticarum obseruantiarum rationem requiruntur; ad compescendos motus, & subornationes in electionibus. Episcopo septa ingredienti mandat Greg. XIII. vt secum ducant seniores. quod de ætate non moribus accipit *Riccius dec.* 704.

Gregor. XIII. *in d. Const. Deo sacris* 1573. vetuit ne Moniales ostium habeant per quod in Ecclesiam earum exteriorem introire possint.

37. Porro clausuræ leges † non offendit receptio puellarum maiorum septennio, & minorum 25. annis, *Serol. in prax. verb. Mon.* §. 11. *Cong. Conc.* in Monasterijs causa educationis; modo neque vestitus, neque alia pudorem virginalem, & conuersationem claustralem dedeceant, *vt respondit S. Cong. vt refert post Quar. Piaf. vbi supra num.* 57. *Serol. par.* 1. *verb. Mon.* §. 10.

Puellæ institutionis ergo in monasterijs admittuntur.

Vbi

Vt nouem conditiones requirit, sub quibus hæ virgines ingredi possunt. & monasteria quæ sunt adhuc *in fieri*, seu dum ædificantur nondum habent clausuram: neque pœnas ingredientiũ. *Cong. Conc. Quar. verb. Monast.* & Reginæ & fundatrices pro deuotione sua ingredi possunt *ibid.* quod modo reuocatum creditur quoad fundatrices inferiores. Non tamen monasteria virorum. *vt constituit Pius V. & declarauit Sac. Cong.* 24. *Febr.* 1598. *respectu minorum S Francisci de paula*, & Gregor. XIII. *Bulla* 40. & 41. reuocauit omnes licentias ducissis, Comitissis, & Marchionissis concessas; sub grauibusque pœnis ne intrare audeant; alijsque ne permittant mandauit. mulieres etiam quæ in discordia sunt cum marito, à quo graue malum timent, de consensu superiorum & Monialium ibi esse possunt; & cessante causa debent egredi, nec reuerti. *Serol. ibid.* §. 12. Ingredientes autem monasteria sine licentia in excommunicationem Concilij incidunt, quæ reseruata non est. sed Greg. XIII. motus *incip. vbi gratia* reseruatam, infligit ijs, qui ingrediuntur prætextu facultatum antè concessarum. quare sine illarum prætextu, & sine præsumptione intrantes, in reseruatum non incidunt. *citati ibid. num.* 83 *& seqq.* 38.

Enimuero † Conuersæ in domibus contiguis haberi possunt in monasterijs; quæ ex eleemosynis viuunt, quæ ad eleemosynas exeant. *Serol. ibid.* §. 16. dummodo aliter haberi non queant, & quadraginta annos cõuersæ superent, foris nõ pernoctent, specie non excedant, vt quem illiciant. quod alij ex motu Pij V. *incip. circa* & Gregorij XIII. *incip. Deo sacris* negant. *citati ibid. num.* 40. consuetudo fere vbique permittit. Si monialis energumena fuerit exorcizanda; in exteriorem partem templi educi potest: non ipse exorcista monasterij septa ingredi: omniaque circumspectissime & modestissime peragi. vt specificat *ex Aldan.* Barbosa *num.* 51.

Ingressus cum licentia monasterium feminarum, etsi ad alia diuertat, quam quo ire habet necesse; tamen non incurrit excommunicationem. quia iam habet licentiam ingrediendi: in cuius solum defectum ea lata est. quamuis ille ex intentione mortaliter peccare possit. *Diana p.* 3. *t.* 2. *r.* 67.

Porro † Monialium exemptarum, quæ alijs superioribus non subsunt, sed soli sedi Apost. gubernationem committit in solidum Episcopo Conc. Trid. *c.* 9. *s.* 25. *de reg.* alioquin sub regularium cura relinquatur. Demum Conc. Trid. *s.* 25. *de reg. c.* 11. decernit, vt quæ ad curam animarum, & sacrorum administrationem spectant in locis monasterijs vnitis, Ordinarij curent. vbi non Episcopi tantum, sed & quilibet Episcopalem iurisdictionem habentes intelliguntur: quæ tamen est cumulatiua iurisdictio cum ea quæ est regularium; quod si tamen superiores regulares secus quam Ordinarij quicquam statuerint, præualebit tamen horum decretum. *Cong. Conc.* 7. *April.* 1592. Excipiuntur tamen à dispositione Conc. loca, vbi resident Abbates generales Ordinum *d. ca.* id est, in quibus vtraque sit qualitas. *Cong. Conc.* 1592. Pius V. speciatim *in Const. incip. Circa.* Tertiariarum curam committit Ordinario: & tales vbi tria vota non emiserunt, nec emittere volunt, decernit prohiberi posse ne maneant in communitate, nec gaudere immunitate Ecclesiastica si habitant in ædibus priuatis, tenerique & in paschate & in morte à proprio parocho recipere sacramenta, respondit S. Cong. *vt refert Pias. vbi supra n.* 57. 39.

Quæsitum fuit † vtrum conformis sit Concil. Trid. *s.* 25. *de reg. cap.* 5. Ordinatio cuiusdam Episcopi per quam statuit ne moniales quædam ad ciuitatem reductæ, (*iuxta d. ca.* 5. *in fin.* quod id fieri mandat quando Ordinario, & alijs superioribus expedire videbitur, 40. *Clausura septorum*

adno-

monaster. non verbis murorum sufficit.

ad noua vel antiqua monasteria, ciusdem tamen Ordinis, & cum suis reditibus, *ex Cong. Conc. Serol. pr. p. 1. verb. Mon.* §. 17.) sine suo consensu, ciuitatem egrederentur, an vero laxiorelaxiorem omnino dixi esse. nam per eam non satis fit in omnibus intentioni finali, nec verbis c. periculoso. *de statu reg. in 6.* per Conc. Trid. innouati: quod Capitulum pluribus verbis & rationibus, & hypothesibus in toto illius contextu deductis ostendit clarissime, velle Pontificem vt monachalis honestas, modestia, & in illo sexu verecundia seruetur per moniales vniuersas, & singulas cuiuscumque Ordinis, aut Religionis, in quacumque parte constitutas, non fiat discursus per habitacula sæcularium personarum, cum offensa Dei, Religionis opprobrio, & multorum scandalo, vt per clausuram à publicis & mundanis conspectibus separatæ, omnino seruire Deo liberius valeant, corda & corpora in omni sanctimonia diligentius custodire, lasciuiendi occasione per hæc sublata. quæ omnia desiderari poterunt in huiusmodi ordinatione.

Constitutioni etiam Concil. Trident. *ibid. & in cap. fin. de reg.* adiunxit derogationem omnium indultorum, & priuilegiorum, statutorum immemorabilium, consuetudinum, & priuilegiorũ in fundatione obtentorũ. Sic & Pius V. *in Bulla quæ incipit circa, data 4. Cal. Iulij 1566. relata ab Azor. Instit. Moral l. 13. c. 8 & Gregor. XIII. in Bulla quæ incipit Deo sacris data 3. Calend. Ianuar.* 1573. illis omnibus derogant, etiam testatorum & aliorum voluntatibus, ac fundationibus. Quæ Bullæ adeo sunt claræ circa clausuram monialium, vt non videatur recte dubitari posse; sed tamen eæ nondum sunt vbique publicatæ.

41. *Si fundatio aut institutum cõtrarietur.*

In Concilio tamen Mechl. 1607. *c. 3. h. t.* mandatur seruati Constit. Pij V. de alijs mentione non facta: Conc. Trid. † etsi derogat omnibus indultis, statutis & priuilegijs etiam in fundatione obtentis: non tamen dicit de ipsis fundationibus & contrarijs testatorum voluntatibus: adeoque forte videri posset moniales illas, quibus hæc comperunt fundatio & testatorum contraria voluntas, cogi quidem non posse virtute Concil. Trident. ad clausuram dictarum extrauagantium: Sed si prædictæ hic Bullæ publicarentur, illæ absolutissimas habent derogationes, & Cardinales easdem interpretantes censuerunt omnes omnino Moniales per easdem cogi; quæ emiserint tria vota Religionum. Sic infinitis per Belgium Xenodochijs, mulierum grisearum & nigrarum, vt vocanr, sororum monasterijs etiam reformatissimis, & sub Episcopis religiosissimis æque vt doctissimis videmus clausuram eam non seruari, quod earum fundatio & institurum cum ea incompatibile sit. Sic ante annos quadringentos plus minus multa hic Xenodochia ædificata sunt, & instituti Religiosi vtriusque sexus, vt vtrique sexui ægroto ministrarent. tales sunt fundationes Xenodochij Antuerp. Lirens. & aliorum. Quamquam & vsus non vbique vel Bonifac. VIII. vel Concil. Trident. vel dictarum Extrauag. extremum rigorem recepit; alioquin non video quomodo quamplurima passim monasteria & eorum superiores ab imprecatione maledictionis æternæ, alijsque pœnis excusari possent. ita olim Ioan. Andreæ, *vt refert Azor. Inst. Mor. lib. 13. cap.* 8. docuit Const. Bonif. VIII. in regno Franciæ non fuisse receptam. Et Clem. V. eius successor immediatus, qui non pauca Bonif. VIII. acta rescidit, in Clemen. *attendentes de stat. reg.* vbi in monasterijs monialium emendanda per visitarores proponit, clausuræ non meminit; sed dicit tantum, *non choreas, non festa sæcularium prosequantur, non diu noctuq́; per vicos & plateas incedant.* Quantocius autẽ vt dixi sine impedimento maioris boni fieri potest, introducenda est clausura. iam olim Cõc. Matiscon. aliaque, quæ citat Marchan. *in Baculo pastor.* initia dedit Bonif. VIII. Cõc. Trid.

Trid. Pius V. Gregor. XIII. & sacra Cong. Regul. per decreta quæ refert *Pias prax. p. 2. c. 3. n. 57.* perfectionem tribuit. quamuis enim dum animus corruptus erat, non præseruabit

Inclusam Danaen turris ahenea:

fatendum est tamen pericula multa per clausuram submoueri. perire solet, qui amat periculum. & quamuis de more gentis maius id minusue sit, merito tamen & ibi vigilatur, vbi non est summum.

Consilij autem quo vsus est idem Episcopus alijque vt scilicet emoriantur omnes, vt nouæ admittantur tantum, quæ clausuram recipiant, etiam suggerit argumentum. *c. 1. §. 1. de relig. dom in 6.* & Pius V. *in dicta Bulla*, sed id tantum necessarium dicit in Tertiarijs, quæ dicta vota non emiserunt: probandum tamen illud consilium omnino est, vbi ex Pij V. & Greg. XIII. Bullæ publicatæ non sunt, executionique mandari nequeunt. Synod. Mechl. *1 b t. c. vlt.*

Enimuero motus proprius Pij V. super clausura Monialium, etsi dictione taxatiua vtatur, non tamen excludit † casus vel similes omnino, vel maiori ratione nixos. *Gutier l. 1. can. c. 14. n. 9. Citati à Barbosa ad d. c. 5. in Remiss.* Vnde licitus est egressus imminente monasterio monialium hoste. *Choppin. Monast l. 1. t. 2. n. 6.* vt nuper hic vbique practicatũ fuit. Gutier. tamen *n.* 8 satis rigide sensit per eumdem motum non licere Moniali exire, etsi alioquin ex iudicio medicorũ perituræ; quasi motus ille id tantũ permittat, cum omnibus eiusmodi periculum imminet, non cũ alicui singulatim: quasi meritorium sit ita mori. sed non video quomodo meritorium sit, vel iure naturæ (quod semper prædominatur & interpretationem obscuri facit) licitum eiusmodi mortem immerito indicere: vnde huiusmodi casus neq; constitutione Bonif. VIII. neq; decreto Conc. Trid. reprobatur, vt ipse Gutier. fatetur, *n. 3.* Melius Serol. *pr. p. 1. v Mon. § 16.* extendit ad quemlibet morbum, etiã non contagiosum iudicio medici lethiferum. sed *p. 2. V. monast. § fin.* dicit in non expressis ad sedem Apostolicam esse recurrendum. quod in dubio æquum est, atque vbi morbus non est ita acutus, quin competentem moram patiatur: alias si dum Roma consulitur, æger periret; non videtur culpari posse, si Ordinarij partes suas interponant. 42. *Qui casus egressum permittant.*

Mortalis etiam infirmitas monialis, non præbet causam legitimam, vt mater sororue ingredi visendæ illius caussa permittatur *vt declarasse refert Sac. Cong Serol. verb. Mon. § 8. Emã. t r. q. 64. n. 11.* & cõsonat Const. Pij V. *incip. decori* quod in Belgio durũ videtur. medicus autẽ & confessor ad ægrotã ingredi potest etiã sine licentia in scriptis obtenta, quia periculum non permittit moram, casusq; cõmuniter occurrentes in singulas vices eam licentiam non exigunt, vt fabrorum, aliorumq; artificum necessarius ingressus. *Ioan. de la Cruz. de stat. relig lib. 1. c. 5. Conc. 3. not. 3. Diana p. 3. t. 2. r. 99.* Scrupulosum tamen, adeoq; nõ credibile videtur nisi forte pro vicinis Romæ locis quod scribũt aliqui Sac. Cõg declarasse recurrendũ esse ad sedẽ Apostolicã, pro transeũdi facultate, si qua eligatur in abbatissã alterius monasterij, vel si quæ deducendæ sint in nouam coloniã, seu recens constructum monasterium. quandoquidem hi casus diserte permissi sunt. Primus quidem *ca. 7. de reg. sess. 25. Trid.* vbi talis electio permittitur, cum in monasterio viduato non est aliqua qualitatibus ibi requisitis prædita. Inde enim consequẽs est, vt electa ad regimen transire possit. Alter vero, per facultates quas habent impetrantur construendi noua monasteria. neque enim ibi noui coloni iactis more Deucalionis post terga lapidibus enascentur; sed

aliunde accerſiri transferriq; debent nō ſecus quam *c.5.§ fin.ſeſſ.25.de Reg. Trid.* ſanctimoniales ex rure conſtitutis monaſterijs in vrbes ſeu oppida frequentia migrare etiam inuitæ iubentur. & à Bonif. VIII. *in cap.periculoſo.§.verum de ſtat. reg. in 6.* propter fidelitatis ſacramētum Domino feudi ſui præſtandum, etiā Abbatiſſa exire permittitur. Hæc enim ad neceſſitates ſpectant, adeoq; licentiam à iure habent. quemadmodum formulis in alienatione rerum Eccleſiaſticarum requiſitis non aſtringitur ea venditio, quæ non ex voluntate ſed ex neceſſitate fit, iuriſque permiſſu. verbi gratia, creditore obligatam ſibi rem diſtrahente, vel debitore nummarium reditum redimente. Gregor. XIV. *in Bull. Inc. quoniam 25. Apr.* 1591. ad fundanda noua diſcalceatarum monaſteria, monialibus egreſſum permittit cum licentia ſpeciali vicarij generalis & definitorum. Eodem pertinet translatio monialis, quæ domi corrigi nequit, ad aliud monaſterium correctionis cauſa. *citati à Barboſ.in Collect.DD.ad* Conc.*Trid.c 5.ſ.25 de reg.n.36.* incorrigibilem tamen ejici nō poſſe cenſuit Rota *ibid.n. 37.* iuxta caput *finale x de regular.* quod ad inſtantiam Epiſcopi Antuerpienſis 1608. hic iuſſum fuit ſeruari indiſtincte quoad ſexum. ſed in feminino ſummam rationem habet. Tranſitus porro ad religionem arctiorem etiam à iure conceditur, nec ex mente Concilij aut Pij V. recte cenſetur prohibitus. *citati ibid. nu.35.* quod ad leges clauſuræ pertinet, quomodo autem per poſteriores conſtitutiones ea iuris facultas ſine ſexus diſcrimine reſtricta ſit; alia porro quæſtio eſt. ad conſtitutionem Pij V. *incip. quæcumque* pertinens.

Quoad clauſuram, an canonicæ regulares cenſeantur ſanctimoniales, an ea vbique ſit clauſura recipienda & quid in Belgio, an vbi nunquam fuit, an vouenda, aut promittenda, ſeu recipienda tantum, quæſiuimus *in Conſult.can.de reg conſult.9.10.13.14.* & an præcipi poſſit ſub pœna nullitatis profeſſionum, à non recipientibus clauſuram *conſult.11.*

Denique nimia quidem monialium frequentatio iure omnibus interdicta eſt. *c.periculoſo de ſtatu regularium in 6.c.monaſteria x.de vita & hon.ſtate cleric.* ſed Sixtus V. ſeuere admodum decretum edidit 1590. ſpeciale aduerſus religioſos, ſine ſuperiorum licentia accedentes ad monaſteria monialium, & cum eis loquentes: adiecta pœna priuationis officiorum vocis actiuæ, & paſſiuæ, præter pec. mort. incurrenda ipſo facto, atque ſine declaratoria ſententia, actu etiam vnico, à regularibus etiam cuiuſcumque militiæ, ſocietatis, congregationis, etiam Hieroſolymitanæ: non tamen accedentibus & loquentibus non ipſis monialibus, ſed fæminis laicis ibidem exiſtentibus: ſed neque ſcribentibus. quia pœnalis ea ordinatio extra præciſum verborum tenorem extendi non debet. tametſi ſcribentes in vim veteris iuris corrigi poſſint. & *ex conſt. Gregor. XV. inc. inſcrutabili.* ſine licentia alloquens, tanquam contra regulas clauſuræ peccans, ab Ordinario, etiam exemptus, puniri poteſt. Idemque Ordinarius licentiam loquendi dare poteſt ex permiſſu Vrbani VIII. alioquin ad ſuperiores regulares loquēdi licentiā dare ſpectat. alij ordinario & ſuperiori reg. coniunctim deferunt. *Vid.citatos à Barboſ.ad d.c.5.num. 111. & ſeqq.* An & quantum pugnet aut deroget Concil. Trident. *ſeſſ.25.de reg.* Iuri communi *in ca. inſinuante, qui Clerici vel vouentes cap. de viduis 27.quæſt.1.* vbi permittitur † peculium habere,

43. *Peculium & vſus religioſorum.* modo non vt proprium, tractat Azor *lib.12.inſtit. Moral.cap.9. quæſt.2. Malderus de iuſt. & Rel t.1.cap.4.d.7.* ſed vſus tantum qui in facto conſiſtit, penes eos ſit; & poteſtas ad nutum reuocandi penes ſuperiorem. Trid. *c.2.* vetat bona ſtabilia, ne quidem ad vſum, alicui regulari concedi, ſed ſtatim Conuentui præcipit incorporari. (Vnde male multi Religioſi

extra

extra monasterium degentes, & immobilia acquirentes, ipsi vsque ad finem vitæ ea possident non tantum, sed nec viui superioribus indicant se ea habere) at mobilia etiam superioribus tradi ita vult, vt reddi possint; modo nomine conuentus, &c, vt reuocabilia, possideantur. *vers. mobilium vero vsum. Azor. eod. lib. 12. cap 9.*

Quod c. 2. *Trident. de Reg. & c. non dicatu 12. quæst. 1. c. Monachi de stat. monach. ca. cum ad monast. eod.* Insigni commentario enucleat Thomas à Iesv, totamque paupertatis obligationem, virtutem, & vitia persequitur. *& singulatim examinat d. cap. 2. Trid. Comment. part 4. cap. 5.*

Enimuero immobilia vel mobilia superflua possidere ex alterius quam Papæ dispensatione non licere, respondit Sac. Cong. *apud Quar. V. cas res.*

Quod optime explicat Thom. à Iesv *vbi sup. ca 5 secund. concl* vbi *d. c. 2. à ver. nec deinceps,* differre à iure veteri demonstrat tum ex verbo, *deinceps,* quod nouam dispositionem significat; tum ex distinctione mobilium & immobilium, (quæ excludit intellectum Nauar. qui accipit sic, vt immobilia in peculio esse possint, dummodo non vt propria,) tum ratione c. 1. *Trid. de regula.* quod voluit vitam communem omnino reduci, & retineri. quod peculium stabilium infringit. Sed multis locis nondum reipsa potuit salutaris obseruantia Concilij induci. vbi non censendum continuo expugnari paupertatis votum. est enim hoc positiui iuris dumtaxat. alioquin ius vetus minime ius fuisset; oppugnatur quidem frequenter, non sine aliquo periculo, ex incommodis vitæ huiusmodi priuatæ. sed districtus ensis super ceruice pendet illis prælatis, qui vt profluentiorem ipsi mensam habeant (cui per vitam communem aliquid decederet necessitatibus suorum tribuendum, quas singuli vel facilius vel minori murmure, quo magis sui iuris videntur, perferunt) non omnem curam & diligentiam adhibent. quod iubet d. ca. 1 *Trid. h. t.* vt regularis disciplina instauretur, & quæ ad communem vitam, victum, & vestitum pertinent, fideliter obseruentur. cum etiam ab eis non possint ea quæ ad substantiam regularis vitæ pertinent relaxari. *d. ca* 1. Insuper respondit S. Cong. neque excusari à culpa aut pœna ipso facto incurrenda, neque superioribus fidem adhibendam, asserentibus se licentias huiusmodi concedere posse. superiori ũ tamen arbitrio stare possunt, quoad superfluitatē vel conuenientiam mobilium; nisi constet de excessu nec clam superiore, vel eo inuito aliqua habere possunt regulares prætextu necessitatis, nisi sit præsentanea ad indiuidui sustentationem; communem autem penuriam communiter ferre debent. Quis porro sit permissibilis vsus mobilium quærit Serol. *pr. p. 1. v. Monial.* §. 2. & dicit præter pannamentorum etiam esse pecuniarum, quas suis exercitijs lucrantur, vt emant libros, vestes, similiaque necessaria: non tamen reditus annuos. quia inter immobilia computētur. *ibidem ex Cong. Conc.* vt nec vsumfructum feudi post mortem monialis ad agnatos reuersuri. *dict. l. ca.* superfluum autem non potest disponere, sed monasterio debet relinquere. *Serol. eodem ver. p. 2. §. 1.* Vnde non licet hodie, quod olim frequens erat, sub certa pensione monasterio soluenda immobilia habere; neque quem profiteri ea lege, vt ex suo viuat; neque alicui in singulos menses, certam pensionem assignare; ea conditione, vt quod ex eius frugalitate supererit, in pios vsus expendat, absque sedis Apostolicæ dispensatione; quæ non facile obtinetur. *Malderus vbi sup.*

Specialis paupertas est † Capucinorum, Minorum de Obseruantia, *Concil. Trident. ibid.* 44. *Capucinorum paupertas.*
cap. 3. Et nunc etiam Discalceatorum, vt nec monasterijs, nec domibus illorũ immobilia possidere

possidere liceat. quod & olim instituti fuit Sancti Dominici, sed mutatum in paupertatem particularem. Mart. enim V. an 1426. indulsit vt Dominicani bona immobilia in communi possideant. *Ant. de l'estang. Præs. Thol. in Arrest. arr. 10. n. 33.*

Sub minoribus de obseruantia hic non comprehenduntur moniales Sanctæ Claræ. *Cong. Conc. 26. Mart.* 1591. Discalceati autem non ex constitutionibus suis neque priuilegio Apostolico eiusmodi paupertatem, sed ex regula obseruant. de qualibus Thomæ à Iesv *in expos. Reg. Carmel. p 3. c* 8 non videtur loqui Conc. vt eis bona immobilia possidere permittat *dict. c* 3. sed eam regulam intactam relinquat.

45. *Necessaria Relig.* Præcipit tamen Conc. Trid. *d. c.* 2. vt † sicut superflui Regularibus nihil concedendum sit, ita nec quicquam necessarium eis denegetur. Sic censet *Anton. de l'estang. præs. Tolos. in suis Arrest. arrest. 8. num. 6.* in voto paupertatis reseruari, quæ necessaria sunt lege naturæ: ideoque *nu.* 8. obligare suum superiorem, si contrahat religiosus ex caussa alimentorum, sustentationis, quin & studij. Sed & Clem. VIII. *in const. inc. Religiosa* 1594. vetuit Religiosis non superioribus, ex qualibuscunque peculijs, vsu, aut administratione cuicunq;, quacumque ex causa donationes aliquas facere; non tamen prohibuit remuneratorias. *Riccius in prax. reg. dec.* 642. Hanc Constit. & quæ ante eam licebant ex superiorum nutu refert Azor. *vbi supra v. 5. qu.* Thomas à Iesv *in Comment. c. non dicatis 12. q. 1.* eandem Const. *p. 3. c. 1. & seq.* recitat atque explicat, declarat tamen Clemens se id non extendere ad debitam ex instituto, fundatione, aut consuetudine hospitalitatem, præsertim, inquit, *in Monasterius seu locis desertis & à laicorum ædibus longius remotis, vbi tamen pauperum & vere egenorum ratio imprimis habeatur: si qui tamen ditiores superuenerint, ipsi regulares ita se gerant, vt in eis frugalitas & paupertas religiosa prorsus eluceat.*

De religiosa paupertate, vt nulli religioso sit quidquam proprium, administratio tamē committi possit, quæ in distribuendo fidelis sit, & prudens: vt eam etiam restrinxerit Clemens VIII. quamuis hic constitutio vix sit recepta, & loquatur in ijs, qui subsunt Capitulis generalibus: superiores, qui ea non habent, possunt quæ in alijs Capitula: vt agat Clementina de donis, adeoque non excludat eleemosinas, & hospitalitatē, imo iniungat expresse: vt ad eas tenentur ecclesiastici, etiam consanguineis pauperibus, vt talibus, ordine charitatis seruato, qui maxime coniunctos præponit: quantum per facultates licet: quæ qualiter consideranda, & vt congrue ipsi sustentare se possunt: in quo onera & honestæ etiam donationes, moderatæ: dum fabrica & pauperes non nimium egent, prudenter singulorum necessitate expensa: peregrinis & consanguineis exteris non exclusis: vt quod parcimonia sibi quis subtrahit, possit donare de fructibus beneficij etiam diuitibus consanguineis: pauperibus etiam ex eo, quo ad suam sustentationem non est opus. Aliasque in honestos, ac pios vsus etiam religiosi beneficiarij: non tamen hi per vltimam voluntatem, non ægri? latius enucleauimus in *Consult. canon. de regular. consult.* 2.

46. *Administratio bonorum per amouibiles.* Bona † monasteriorum administrari vult Conc. per officiales ad nutum amouibiles, quorum tamen electio spectat ad superiores monasterij, & non Episcopum. *Serol pr. p. 2. v. Abbatissa ad secundum ex Cong. Conc.*

Ipse tamen Episcopus nunc administratores bonorū monialium ad rationes sibi, adhibitis etiam superioribus regularibus, reddendas cogere potest, & ex rationabili caussa superiores admonere, vt administratores amoueāt. quod nisi præstiterint; ipse quoties & quando

quando opus iudicauerit, supplet *ex Const. Gregor. XV. inscrutabili 1622.* administrantes autem possunt, prout ipsis expedire videbitur, reditus monasteriorum in loco conuenienti, etiam extra monasteria conseruare, & ex eisdem subministrare pro tempore necessaria ipsis monialibus. *Serol. ibid. ex Cong. Conc.*

Amouibiles, inquam, sunt monastici officiales. symbola enim paupertatis, & tesseras obedientiæ oppugnare videtur, vt quis inuito superiore sibi quicquam retinere velit. qua ex caussa aliqui demirantur institutum Præmonstratense, quo superiores vetantur nisi graui admodum ex causa religiosis suis auferre Ecclesias, quibus iuxta idem institutum addicti sunt. & valde laudantur duo S. Pontificum Diplomata, alterum Ioannis specialiter Euerbodiensi Abbatiæ concessum, alterum Iulij an. 1512 Abbatiæ Præmonstratensi, reliquisque generatim eiusdem ordinis: per quæ datur facultas Prælatis suos religiosos amouendi, quoties eis videbitur, siue ad nutum. Quem tamen non pro libidine, sed arbitrio boni viri interponi oportet, atque ex causis iustis. quia honor delatus finem certi temporis ac loci non habet. *L. Iurisperitos 30. D. de excus.* non tamen leui vel nulla ex caussa amotis aduersus superiores querelam concedo, vt facit Chenu *Recueil de Reglemens tit. 33. c. 204.* Ex doctrina Panor. & Ioan. de Silua, quam per dispositionem Trid. *d. c. 2. de Regul.* cessare existimo. non ita tamen vt putem licere superioribus amouibiles ad nutum; præsertim Canonicos reg. præmonstrat. parochos destituere ex causa infamante; nisi cognita & probata. quia non habet Prælati in monachos potestatem vitæ ac necis: qua grauior est infamia. præterquam quod totius ordinis & cleri opprobrium versetur. *In hanc sententiam iudicatum refert Chenu ibid. c. 207.* neque in contrarium mouet *l. 2 §. ignominia, D. de his qui not. inf. l. milites §. missionem D. de re militari,* quasi per ipsam exauthorationem irrogetur infamia, & si additum non sit eam ignominiæ caussa fieri. quia loquitur de milite, cui militaria insignia dimisso detracta sunt; & missio sola non infamat, sed mos modusq; discingendi, & insignia detrahedi, qui culpam missi arguit. quippe qui mittit, semper debet addere, cur miles mittatur; *d. §. ignominia.* non debet, nec solet, qui religiosum amouet, causam animiue sui motum palam edicere, quamuis Clem. vnic. *de suppl. negl. prel.* clausulam addat *cum oportuerit* illi dispositioni, vt priores administratores rectores regulares libere possint ad claustrum reuocari. ea enim clausula duntaxat instructiua est prælatorum. non vero adnectit obligationem causæ motus sui præsertim inferiori (cuius laus est in cæca obedientia) reddendæ. Beneficia porro ipsa quamuis regularia Prælati nequeunt denudare; fructuumue partem auferre, & mensæ suæ applicare; *d. Clem. vn.* (sed fructus quos iam suos suiue monasterij fecerint regulares, ita tamen ne egeant) dummodo nec beneficia ipsa sint de mensa prælatorum, sed speciales administratores consueuerint habere. De mensa autem Prælatorum aut Conuentus omnia esse quæ sunt Ordinis Præmonstraten quomodo in infinita diuersitate factorum, vnionum & incorporationum declarauerit Cap. Ord. Præmonst. *gener. an. 1579. vt refert Landtmeterus in Comm. Reg. S. Aug. c. 1. n. 9.* non capio. vereor vt in iudicio contradictorio ne subsisteret.

Qui 16. annos natus † professus est, in integrum restitui nequit ex eo solum quod minor 25. annis fuerit; sed si vis metusue adfuerit, restituitur intra quinquennium. *Trid. sess. 15. de reg. cap. 19. Choppin. lib. 1. Monast. tit. 3. nu. 9. Riccius decis. 658.* 47. *Post quinquennium ex caussa iusta restituitur, qui contra pro-*

Quod si metus, vel impotentia vltra quinquennium duret, vel caussa iusta, verbi gratia Inualiditatis ignorantia subfuerit, poterit etiam postea vel mero iure, vel via restitutionis

fessionem suam audiri petit. tionis audiri. Certe principes nostri *in edicto anno 1611. super administratione iustitiæ art.* 19. decreuerunt nullas restitutiones quacumque ex causa peti posse post decennium, sed & computationem iniri volunt à tempore celebrati actus, aut saltem à tempore quo metus aut vis aliudue impedimentum iuris vel facti cessabit. si quis ante sententiam exierit, ordinemque deseruerit, non auditur amplius, sed vt apostata punitur. *Trid.h.t.ca.*19. tamen si quis bona fide habitum dimiserit; eam pœnam non incurret, vt eo reassumpto audiri amplius non possit, quia vbi non est contemptus culpa, non debet esse pœna. imo & temerarie dimittentem reassumpto habitu audiri vult Dian.*p.3.t.2.r.53.& 62.* Quin & hæc dispositio dirigitur ad iudices & superiores potius, quam ad inualide professos. Itaque cessante scandalo non obligat in conscientia, saltem ad mortale. *Lessius de Iust.lib.2.cap.* 41.*d.7.num.65.66.*

Pari modo textus præscribit quinquennium religiosis ad reclamandum; & vt intra id tempus à superioribus duntaxat audiantur; non autem negat superiores, si quem nulliter professum sciant, quem cœnobio noxium iudicent, post quinquennium eliminare eum posse, habituque exuere: modo tamen nullitas in fauorem professi tantum inducta non sit; quo non vti potest, in eiusque odium retorqueri non debet.

Quæritur an ex iusta causa etiam contra lapsum diu quinquennium restitutio in integrum danda sit, vt adhuc proponi nullitas professionis possit? R. affirm. *Riccius decis.*657. *Flores.var.l.3.qu.23.num.68.vide citatos à Barbosa in Remiss.ad d.c.*19. nam cum ante Conc. Trid. reclamandi tempus esset indeterminatum, & aliquibus mensem, aliquibus annum, aliquibus, idque certius, terminum arbitrio iudicis præfigentibus, determinatum tempus generatim Concil. Trid. præscripsit quinquennium *sess.25. de regul.cap* 19. neque vlteriorem aliquam iuris dispositionem attexuit: vtitur enim his tantum verbis, *post quinquennium non audiantur.* Ex qualitate autem personæ, diuturnitate temporis cæterisque circumstantijs, sicut olim iudex æstimabat, an adhuc reclamans audiri deberet, saltem per restitutionem in integrum, *Panorm.in cap.1.de his quæ vi vel metu, sub finem* (adeo vt ad tollendam tacitæ professionis præsumptionem, sufficeret qualiscumque metus vel similis caussa, nam, vt inquit ibid. Panorm. *præsumptio professionis quæ ex delatione habitus oritur, de facili tollitur per contrariam suspicionem.*) Sic etiam nunc censendum sit de quinquennio surrogato termino reclamandi ante indeterminato, & iudicis arbitrio relicto; vt scil. communi via, eo lapso, reclamantes audiri non debeant; sed si qua sit iusta causa, extraordinario remedio restitutionis in integrum, iuuari possint: v.g. si vis, vel metus, vel reclamandi impedimentum plus quam quinquennium durauerit, restitutionem concedendam asserit Azor. *inst.Moral.lib.12.cap.4.vers.postremo.* Nam contra terminum exclusiuum alicuius actus faciendi lapsum, si qua iusta causa fuerit, restitutio competit. *cap. coram, extra de in integ. rest.* quin etiam contra ipsa tempora restitutionis petendæ lapsa ex iusta causa subuenitur, *cap.1.de restit.in 6.cap ex litteris, extra eodem. Panorm.in d.cap.nu.2 Franc.ibid.vers.vltim.nota. Alphons. Villagut de rebus eccles. alien. rest* Quæ res in Camera Imperiali adeo facilis nunc est, vt restitutionum tempora vix amplius ibi seruentur. *Mynsing.obs.cent.* 1. *obs.*51. Restitutio autem hæc cum à d. Concil. Trid Pontifici non reseruetur, ab Ordinario concedi posse censenda est; illi enim iure communi restituendi authoritas fit: *cap.caus.extra de in int.rest.* quin & arbitrio; si coram eo incidat ea quæstio. *cap.pen.d.tit.* neque enim vt in sæcularibus Principi, *Bursins post Imbert.ad l.1.D.de in int.rest.* ita in Ecclesiasticis Pontifici praxis restituēdi fa-

di facultatem reseruauit. & in terminis Episcopo authoritatem dat Canon *etsi illi 12. quæst. 2.* contra statum à prædecessore datæ libertatis Ecclesiam restituere, & iniqua libertate donatos in seruitutem reuocare, multo magis authoritas ei competit ad restituendam libertatem per circumuentionem aut iudicij imbecillitatem in seruitutem lapsis. Ita Prętor minorem, qui arrogandum se dedit, & læsus est, restituit. *l. 3. §. si quis minor ff. de minoribus.* si tamen in seruitutem se dedit, & pretium participauit, vt ab domini forte seruiret, non restituetur. *leg. 9. §. Papin. ff. eod.* Quæ ratio forte obesset ijs qui monasterijs se mancipant, vbi sine disciplina laute viuitur, vt genio suo, & Bacchi legibus melius seruiant, quam patrimonij illorum vires, & priuatus census sumptus suppeditassent. Nisi forte illas leges, etiam huic negotio ita aptemus, vt regulares instar arrogatorum, magis in patriam potestatem quam dominicam, statum mutantes transire videantur. Neque circa iam dicta scrupulum valde mouere debet, quod per longam taciturnitatem censenda sit ratificata professio, posito quod esset inualida: nam præterquam quod sup. diximus ex Panorm. præsumptionem tacitæ professionis leui suspicione contraria facile tolli, ex Nauar. *de reg. Cons. 41. & in Manuali cap. 12. num. 71. Azor. instit. Moral. d. l. 12. cap. 4. §. 7. quæritur,* constat non aliter ratificationem, vel tacitam, vel expressam vim & effectum vllum habere, quam si ratificans notam habuerit nullitatem. quoniam, *vt inquit Azor. per ignorantiam pristinum factum tantum firmat.* etiamsi per multos annos vitam monasticam tamquam professus egerit (ignorantiam autem huiusmodi, cum in animo consistat, per iuramentum probari quidam non male volunt. *per textum in c. pastoralis, in fine extra de excep.*) Quinimo requirere videtur Azor. vt reciproce, sicut in actu professionis, tam superior quam Religiosus, vterque etiam præuia nullitatis scientia, professionem irritam, velit esse validam; alioquin nihil agi. Vbi porro professio semel irrita fuerit, etiamsi taliter professus in monasterio diutius manserit, ratificatio non facile præsumitur, sed eam allegans probare debet. *d. c. 1. de his quæ vi vel metu.* nam *ibi* cum quis de facto est in possessione matrimonij, & professio est in controuersia, adeoque ante separationem matrimonij, si contra professionem leues sunt probationes de minori ætate, non ante facienda est matrimonij dissolutio, & monasterio restitutio, quam pro validitate professionis certiores probationes fuerint productæ, *d. c. 1. de his quæ vi vel metu.*

Cæterum hæc intelligenda sunt de restitutione in integrum quæ ex iusta caussa petatur, tali, quæ eam iure debitam arguat. illa enim quæ mere gratiosa est, cum dispensationem super concilio generali inuoluat; omnino ei reseruata est cuius auctoritas supra concilium sit. Ordinarijs autem qui lege concilij non sunt soluti, non competit *Vid. Dian. p. 3. t. 2. r. 53. 62.* Ex his sequitur quod abiecto habitu, atque etiam post quinquennium vxorem ducens, audiendus sit. quippe cum vt diximus, textus ad superiores tantum dirigatur: neque re ipsa vel decreti contrauentio vel tempus ante elapsum, ipsaue decreti substantia vere religiosum quem efficiat, adeoque ad matrimonium inhabilitet: ideoque si de facto illud coram parocho & testibus non rite professus contrahat; ratum sit matrimonium, cesseterque decretum exclusum ab effectu matrimonij, indissolubilis sacramenti, præiudicio tertij, & re non integra. In qua sola illud decretum viget. inductum ad regularem disciplinam rigidis exemplis in profugos & nimis diu taciturnos editis retinendā: subintretque dispositio d. c. 1. x. *quod metus,* cui per d. c. 19. *Conc. Trid. de reg.* non est derogatum. *de quo mox egimus.* Quod porro fuga aut quinquennij lapsus non afficiat, inhabilitet-

ue perſonas, à poſteriori euincitur; ſcilicet quia quotidie dantur in integrum reſtitutiones. non poteſt autem nec ſolet Pontifex diſpenſare, vt vere profeſſus religioſus religionem deſerat, & matrimonium ineat, niſi ob grauiſſimam reip. cauſam. vt de Panormitana monacha Frederici Barbaruſſæ matre ſcribunt. & quamuis in alio caſu *c. cum virum x. de reg.* non obſtante matrimonio de facto contracto reſtituta eſt monialis ſuo cenobio: tamen valida erat ibi profeſſio, aut omnino defecerat in probatione monialis: ſaltem reſtitutionem etiam ibi præceſſit cognitio, ex verbis *cum eam non conſtet euidenter.* habebatque monialis præſumptionem iuris contra ſe, quod cum benediceretur non contradixiſſet: alia vero habebat præſumptionem pro ſe, ob præuiã proteſtationem: quæ magis in aduerſarios onus probandi transferebat. Huius autem nullæ contra profeſſionem euidentes erant probationes.

48. Vetantur Regulares † ſub prætextu grauaminis omiſſis medijs ad Curiam Romanam appellare, vel eo fugere potius quam recurrere, niſi graui ex cauſa. refert decreta Quar. V. *Monaſt.* Refert idem decretum Minorum, vt nullus appellet ab iniunctione diſciplinę, vel alterius pœnitentiæ in refectorio, vel alibi faciendæ pro leuibus culpis. De ſingulis Ordinibus latius proſequitur *Choppin. Monaſt. lib. 1. t. 3. n 16.* Habent enim Regulares votum obedientiæ, ob quod cogitare de ſuperioribus ſeque debent, vt loquitur Tacit. lib. 6. Ann. *Tibi ſummum rerum iudicium Dij dedere, nobis obſequij gloria relicta eſt.* Seculares clerici in ordinatione obedientiam Epiſcopo etiam promittunt, ſed ea longo diſcrimine ab altera diſſidet, & vix eſt vt obliget, niſi ad ea quæ ex ſacris canonibus, aut ſynodis locorum præcipi poſſint, aut ſimili ijs cauſa.

Religioſi appellantes non facile audiendi.

Proceſſiones facere regulares non poſſunt extra conuentum, ſine licentia epiſcopi, aut eius qui ibidem iuriſdictionem habet. quia ibi territorium non habent. quod valde conſiderat etiam Tridentinum *ſ. 5. c. 2.* in prædicantibus in ſuis, vel alienis eccleſijs. & ita Congregatio declarauit. *apud Barboſam & Dianam p. 3. t 2. r. 77.* vbi tamen admittit conſuetudinem in contrarium. quam etiam ſuo loco eſſe aſſerit. tametſi hic res ſecus ſe habeat, & pactis admiſſorum regularium aliter caueri conſueuerit.

49. Pro continendis in officio Regularibus † tam Mendicantibus quam non Mendicantibus, exemptis & non exemptis plura ius commune ſtatuit, quæ magnam in Eccleſia tranquillitatem parerent, ſi exacte obſeruarentur. *Clem. Relig. de priuil. Clem. 1. de decimis.*

50. Denique S. Cong. reg. ordinationem † edidit circa ſanctimoniales, *quam extenſe refert Piaſ. & Quar. V. Monaſt. vbi ſupra.* cum declarationibus in qua multa prudenter pro earum regimine decernuntur, & ſpeciatim pro Ordine Minorum, Quar. *ibid.* idem Quar. extenſe refert priuilegia regularium *V. priuileg. reg.* Integer tit. eſt de Regularibus in Conc. Trid quod *ibid. cap. 22.* iubet, vt omnes & ſinguli Canones qui de Regularibus præſcribuntur, in omnibus monaſterijs quorumcumque regularium quamprimum executioni mandentur. Complectitur ea Ordine Seſſionum & Capitum ſeruato Azorius *Inſtitut. Mor. l. duodec. cap. decimo octauo.*

Ad regulares ſpectant Seſſ. quarta *In decreto vſu & ed. lib. §. non liceat fratribus ſ. 5. cap. 1. c. 2. ſ. 23 c. 4. ſ. 6. c. 3. ſ. 7. c. 8. ſ. 21. c. 8. ſ. 14. c. 11. ſ. 22. decreto de obſeruandis in miſſa ſ. 22. c. 4. ſ. 14. c. 2. 10. ſ. 23. c. 12. 13. 14. & 15. ſeſſ. 25. cap. 2. c. 18. § examinatores. ſeſſ. 25. cap. 3. in princip. c. 4. verſ in Eccleſijs.*

DE CONVERS. CONIVGAT.

DE mutuo consensu religionem ingredi coniuges possunt. simul tamen, aut altero saltem continere promittente, sine periculo incontinentiæ. *c.* 4. 5.8.*b.t.*& interueniénte episcopi conscientia *c.si vir.*27.*q.*2.quin & altero inuito, si matrimonium consummatū non fuerit.*c.*2.*&* 7.*b.t.*aut per vim graue mue metum intra duos menses ad deliberandū concessos.d.c.7.consummatum.*Sanches de mat.l.*2.*disp.*23.*n* 6.aut alter coniugum adulterium committat.*c.Sagatosa.*27.*q.*2 *c.*16.17.*b.t.*nam si vterq; adulteretur, inuicem delicta compensantur.*c fin. x. de adult.*& si innocens nocenti commiscetur remittuntur. *c.sicut.*22. *q.*1 *Sanches de mat.l.*10.*c.*14.si labatur in hæresim coniux tanquam ob spirituale adulterium iudicio ecclesiæ separari potest,& religionem alter ingredi: si propria tantum authoritate diuertit, religionem ingredi non potest, sed ad conuersum ab infidelitate redire tenetur.*c.*6.*x.de diuort.*

DE VOTO.

PLenam discretionem libertatemq; requirit. alioquin facile mutatur, aut remittitur *c.* 2.*x.b.t.*quod de ætate iuuenili ait *c. Gonsald.* 17. *q.* 2. quod de subito & indiscreto feruore *c.*18 *x.de regular.*quod de furioso, qui compos mentis non ratificauit: *c.* 1. *&* 2.*x.de his quæ vi, vel met.*vbi vis & metus vota, & promissa irritant.*c qui bona* 17. *q.* 1. vbi proponens, non promittens, non delinquit, sed meritum perdit.*c.* 3.*b. t.* vbi proponens non vouens, non est transgressor. *Trid.de regular. c.* 15. vbi nouitius toto anno manet liber non obstante proposito perseuerantiæ ingredientis.

Commutatio voti episcopo permittitur *c.*1 *b.t.*quin & ipsi vouenti, si illud in religionis ingressum mutet.quia omne votum cedit perpetuæ religionis obseruantiæ. *c.* 4.*b.t.* commutatio autem voti vltra-marini soli Pontifici reseruatur. *c.*2.5.7 8.9.*b.t.* vt & ex communi sententia & stylo curiæ Rom. dispensatio super voto peregrinationis Romanæ,& Compostellanæ, approbatæ religionis,& castitatis perpetuæ.quibus accedit *extrauag.etsi in com.de pœnit.& remis* vbi in his commutantes, aut dispensantes excommunicantur, *de qua re Sanches de mat.l.*8.*d.*9.

DE STATV MONACH.

VEtantur monachi lineis camiseis vti,& carnibus *c.*5.*b.t.*sed ab ea alijsque illius capitis & clem.1.eod.reformationibus, multi deflexerunt.quorū summa reformatio est reuerti ad primæuū institutū *c.* 3 .*b.t.*ad quod etiā tenentur, qui ordini aggregātur.*d.c.*3.Cō-

tra statum monachorum præsertim Cisterciencium est nimias diuitias obtinere, villas, ecclesias, & altaria possidere, fidelitates & hominia suscipere, iustitiarias, tributarias tenere; alioquin priuilegijs concessis ob contrariam institutionem vti non debent. *d c.3.* sed contra peruicit consuetudo.

Ad arctiorem regulam transire possunt monachi. *c.10.&18. de regular.* non tamen mendicantes ad non mendicantes, exceptis Carthusianis. *c. 1. de regular. in extrauag. tom. clem. 1. de regular. Vide quæ dicimus t. de apostat. n. 4.*

DE RELIGIOSIS DOMIBVS.

1. *Mixti fori, sunt.* TAM ad Episcopos & eorũ Vicarios, quam sæculares Principes † iudicesque ab eis destinatos spectat cura & compulsio, vt defunctorum voluntates executioni mandentur, rationem ab hæredibus alijsque executoribus testamentorum exigendo, & si opus sit eos ab administratione remouendo, & pœnis competentibus puniendo. quoad Ecclesiasticos manifestum est *ex cap. 3. cap. si hæredes, c. tua nobis, de test. Conc. Trid. s. 22. cap. 8.* quoad iudices sæculares etiam in pijs causis, *ex Auth. de Eccles. tit. §. si quis ædificationem: & l. hereditas. ff. de petit. hæred.* sic vt res hæc sit mixti fori; & locus præuentioni. *Sanchez. de Matr. tract. 2. d. 250. num. 1.* Choppin. *de sac. polit. for l. 3. t. 5. num. 2.* iam olim ad Episcoporum curam hæc pertinuisse docet, vt non adeo quicquam noui Concil. Trid. *sess. 22. c. 8. 9.* statuerit. Concordata nostra Braban. § *si autem executores piorum &c.* Verum iuxta eadem Cõcordata. § *si Magistri Fabricarum;* ea distinctio est, vt si tales Rectores hospitalium, & fabricarum sint Laici, & à Laicis institui soleant; correctio & destitutio, & rationum † exactio, præsente tamen Curato à Laicis fiet; & si negligentes fuerint, pro illa vice Episcopus in omnibus supplebit: si autem Ecclesiastici sint, aut Laici ab Ecclesiasticis instituti; omnia faciet Episcopus. sed dici potest etiam priori casu saltem post Concilium, quod diserte *d. c. 9.* Episcopo authoritatem facit exigendi ab ædibus rationes &c. Episcopum eiusue delegatos authoritatem suam eo porrigere posse. Sic Concilium Secretum Regis Catholici in Belgio anno 1569. ad rescriptionem Concilii Frisiæ super admissione Concil. Trid. *art* 12. censuit, etsi rationes piorum locorum antea solum consueuissent reddi coram commissarijs Concilij, decretum tamen Concilij obseruaretur. Vt non immerito Serenis. Principes in edicto quod pro feliciori executione Concil. Mech. anno 1607. ediderunt, in vltimis articulis maiorem potestatem Episcopis & ab eis deputatis concesserint. Sed hoc interest: quod si iuxta Concordata proceditur, Episcopi iure suo nituntur; si ex edicto; tanquam Principis delegati; & ex eius commissione; vt videtur insinuare ar. 23. & si à decretis appelletur, ad Laicos caussa deuoluitur; art. 26. 30. illo autem casu ad superiores Episcopi iuxta ius commune. Quibus tamen Concordatis per edictum derogatum non est, quia generi per speciem, non vice versa, derogatur. Galliæ Rex Henricus IV. ad Clerum curationem piarum ædium relegauit. quam & Carol. V. Galliæ itidem Rex non nisi per Cleri negligentiam olim ad sæcularem potestatem venisse professus est; *Choppin. Monast. lib. 2. tit. 3. num. 5.* & auctius rursus Ludouicus XIII. merito iustus.

2. *Rationes eorũ à quibus reddendæ?* [marginal note beside "bricarum sint Laici... exactio"]

Quod

Quod si in fundatione † cautum sit, ne Episcopus rationibus se immisceat; id seruabitur. *Serol.pr.p.1.V.hospitale.§ 3.* Nec obstat cap. tua; cap. requisisti, *de testamentis*: quia, *vt vult Serol.ibid.* illud intelligitur de Legatis pijs; sed hoc de institutione Ecclesiasticæ Fabricæ vel hospitalis de consensu ipsius Ordinarij ita facta; tollit tamen dict. cap. 9. priuilegia, statuta & consuetudines; sed fundationes ipsæ præcellunt.

Potest tamen Ordinarius rationes exigere, donec coram eo probatum fuerit de fundatione eius rei prohibitiua. *Sac.Cong.apud D.Martam d.cap.18.numer.9.* quod si fundatio neque admittat neque excludat Ordinarium omnino ex decreto Conc. admittendus est *d.cap.9.sess.22.Sac.Cong.apud Martam num.6.Edict.vltim.August.1608 ad Conc. Mechl. art. 25.* votum autem Episcopi cum alijs numeratur, qui conficiunt maiorem partem. *Sac. Cong. apud Martā.n.7.edict. art.25.in fin.* executionem autē siue soli Ordinario reddita fuerit ratio, siue ei vna cum alijs, ad Ordinarium spectare declarauit Sac. Cong. *apud eundem D. Martam.num* 10. & satis innuit Conc. Trid. *verb.exequantur.* quod in Brabantia forte redigendum est ad eam distinctionem quam ex Concordatis attulimus. exigi etiam possunt rationes ab Ordinario extra visitationem. *S.Cong.apud Martam num. 6.* edictum autem desiderat certum diem quotannis seruandum communibus suffragijs præfigi. *art.23.*

Quod si condemnatus ad reddendas rationes appellat, appellatio quidem recipietur, sed non impedietur executio. *Serol.ibid.§.6.*

Edicta principum nostrorum, quæ ad Ecclesias, religiosas domos, œconomiam bonorum pauperum, similiaque pertinent, plenius dedimus in Notitia *iuris Belgici. tit. de sacrosanct. Eccles. & tit. de Episcopis, clericis, orphanotrophijs* &c.

Confraternitates † Laicorum etiam visitari possunt ab Episcopo, & rationes administrationum exigi, *Trid.s.22.c.8.* pro qua re exstat præclara Const. Clem. VIII. 24. *Decemb.* 1604. *quam refert per extensum Pias.in pract.part.2.c.3.* Ex qua summarie sciendum eiusmodi Confraternitates non erigendas, nisi de consensu Ordinarij loci: Confratrum statuta ab eo examinari, approbari, & corrigi posse: indulgentias concedendas cognoscere; Eleemosynas collectas pro illius arbitrio impendendas: fratriæ confessarios ab eo approbandos; qui nec à reseruatis absoluere possunt: Compelli tamen Confratres huiusmodi non possunt ad processiones publicas venire. *ex Cong. Conc. post Quar. Pias.d.cap.3.num* 37. *4. Confraternitates ab Episcopo visitantur.*

Confraternitates an sint loca † Religiosa, quærit Gutierrez. *lib.5.can.quæst.c.35.* prout de Vniuersitate Parisiensi quæritan corpus sit Ecclesiasticum, an Laicum, Charond. *Responsl.lib.7.resp.195.* *5. An sint loca religiosa.*

Administrationes † seu gubernationes hospitalium seu quorumcumque aliorum vltra triennium extendi non oportet: nisi secus in fundatione cautum fuerit, quam integre obseruare sedulo debet Ordinarius. *s.25.cap.8.* Ad d. c. 8. s. 22. non videri spectare hospitalia ædificata sine authoritate † Ordinarij, cum disponit tantum in casibus iure permissis, qui hic non est: *sentit Marta.de iurisd.p.2.cap.23.num.22.Serol.pr.p.1.V.hospitale* §.1. Serol. *ibid.* §.3. refert Cong. censuisse Ordinarium non habere potestatem visitandi hospitalia vel Confraternitates, quæ à Laicis reguntur, nisi in casibus à iure expressis, illudque cap.8.sess.22. solummodo intelligi, in casibus à iure communi permissis; tamen Basilicæ omnes, *inquit cap.omnes 16.quæst.7.* quæ per diuersa loca constructæ sunt, vel quotidie construuntur, secundum priorum Canonum regulam in eius Episcopi potestate consistunt, in cuius territorio positæ sunt. *6. Administratores sint tantū triennales. 7. Loca sine Episcopi authoritate fundata ad eum nō spectant.*

8. *Loca & Collegia sub Regum immediata protectione sine eorum consensu nõ visitatur.*

Ab Ordinariorum visitatione per d.cap.8.*sess.22.Trid.* † eximuntur Collegia & loca constituta sub immediata protectione Regum.de qua re etiam tractat Choppin. *libr.2. monast.tit.3 num.5.* vbi & habes de ædilibus huiusmodi locorum, vt rationes reddant. *vti & apud Charond respons.lib.4.resp 1.*

Loquitur porro d.cap.8.de hospitalibus,quæ sunt sub protectione Regum, id est, *vt Sac.Cong declarauit apud Martam de iurisd.p.2.cap.18.n.4.*expresse,&specialiter in protectionem sumpta;non vero sub generali tantum tutela, & defensione, quam Princeps promittit,& debet omnibus locis pijs constitutis in suis ditionibus, & regnis Et de protectione quidem immediata loquitur cap 8. non vasallorum immediata, & Principum mediata,ob præcellentiam.Quod si porro controuertatur an sub tali protectione hospitale existat,refert Marta censuisse Sac.Cong eius rei cognitionem,& definitionem, non ad sæcularem iudicem,sed Episcopum pertinere,quod credo verum,dum talis exceptio, quasi incidenter Episcopo ad visitationem talis hospitalis se accingenti, opponitur;alioquin vt plenis velis ea cognitio ad Ecclesiasticos iudices deuehatur, cum de ipso Principum priuilegio agatur,apud supremos Principes haud facile obtinebitur.

Sub exceptione d.cap.8. merito comprehenduntur Collegia constituta sub immediata protectione sublimium & supremorum Principum,regalia in suis ditionibus possidentium. vt sunt Principes Belgicæ: præsertim quoad antiquas hæreditarias ditiones

9. *Ditionum Belgicarũ status antiquus.*

† Brabantiæ,Lymburgi,Luxemburgi,Hanoniæ,Hollandiæ: nam Flandriæ Athesiæ & Tornessij Regiones demum clientelæ & fidelitatis nexu solutæ sunt pactis pacis, quæ Franciscum primum Regem Galliæ captiuitate soluit. & Ducatus Geldriæ, Comitatus Zutphaniæ,Dominium Traiectense,& Transinsularum & Carol.V.& Phil.II.quo facilius in recentem eorum acquisitionem ingressus esset, homagium fecit; fidelitate promissa contra omnem hominem,quasi ex feudis ligijs: ac maxime quoad Burgrauiatum Cameracensem seu præfecturam castri ibi ad defendendos Imperij & Belgicæ limites extructi,eo loco vbi ante constituta fuerat Ecclesia S.Gaugerici:perinde atque Gandaui arx exstructa est vbi olim templum fuit & claustrum B Bauonis;Collegio regulari in sæculare mutato, ac ad Ædem D Ioannis translato. quanquam Ecclesiæ Cameracensis, Principes nostri iam olim Aduocati sint,vt & ratione Ducatus Brabantiæ sunt Ecclesiæ Leodiensis.vt mirum non sit,Regem Catholicum Ciuitatem Cameracens.ex manu Balignij tyranni ann. 1595. eripuisse; Hollandia porro asseritur nunquam iuris Imperialis fuisse: Vnde à Carolo V.declaratum,auream Caroli IV.Imperatoris Bullam, qua vetitum Brabantos extra patriam sisti, ibi tanquam extra Imperij terminos locum non habere, quod idem de Flandria declaratum ann.1531.vt refert non male Hugo Grotius in libello quem de Rep.Batauorum scripsit,si & in cæteris subsecutis temporibus æque fuisset verus: tametsi Guilielmus Comes Hollandiæ in schismate Imperij pro rege Romanorum electus fuerit,cum soli Germani Principes Imperij eligi soliti sint; & cautum pro Imperij arcano refert Clapmar. *de Arcan. rerump.l.6.cap.19.* Zelandia quidem iuris Flandrici alioquin à Cæsare in feudum releuata aliquando olim fuit. Mechlinia antiquitus iuris Imperialis fuit,cum accessoria tantum esset ditionis Grimbergicæ, ac Brabantiæ Dux, vti Lotharingiæ Dux, eoque nomine Imp. Vicarius à Dominis Grimbergæ fidelitatem exigeret: vnde tum natum Bellum Grimberganicum. in quo Dux in cunis pugnauit,(quod antiquitus Germanis vsurpatum refert Tacit.de Morib. German. *& in proxi-*

proximo, (inquit) *cum in prælium descendunt, pignora: vnde fœminarum vlulatus audiri, vnde vagitus infantium, hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores.*) ac vicit, auxilio præsertim Comitis Flandriæ: cuius tamen suppetias proceres Brabanti (vt erant more gentis minorennis Principis tutores) non aliter obtinuerant, quam submissa in clientelam Flandri Brabantia: quam tamen Dux maior factus agnoscere noluit: adeoque vt eam bellumque ob id natum redimeret, Teneramundam Flandro cessit.

Verum vtcumque res harum ditionum se olim habuerint, impræsentiarum † Principes neminem alium dilucide superiorem agnoscunt: prout preces imperiales similiaque in Ecclesijs Belgicis non vsurpantur. excipio Cameracensem. cuius ditio ab hæreditarijs Belgicæ Principum regionibus multa disparitate secernitur. & certe iuxta tractatum Augustensem Carol. V. cum Principibus Imperij initum, forma inuestitutæ Philipp. II. de ditionibus Belgicis à Carolo patre acceptæ 7. Martij 1551. Augustæ Vindelicæ adeo obscure concepta est, dum omnia Imperio debita ei deferri videntur, ac mox id fieri dicitur sine vlla obligatione recognitionis feudalis, subiectionisue, sine derogatione superioritatis, proprietatis, allodij, libertatis, consuetudinum aut quorumcumque iurium; vt nescias, aliquid, an nihil præter verba ibi agatur, vt Oedipo ad earum litterarum interpretationem opus sit. Quamquam Franciscum Haræum, virum in Historia nostrate versatissimum memini dicere, se obseruasse iam olim à pluribus sæculis Duces Brabantiæ dubijs verbis, quæ in istis districtibus possiderent, releuare ab Imperio solere, id est, non solitum titulum, sed verbi gratia quicquid in tali regione ab Imperio haberent. Fuit generatim tamen Brabantiæ ad Imperium aliquis respectus, & maior quam qui nascitur ex cosmographorum lineis, quibus hanc ditionem Asiæ, illam Europæ subijciunt: qualis fuerit, non satis planum est. verius tamen iure franci allodij, ac proprietatis ex successione patrimoniali Pipinorum, & fuerint forte Brabanti in Imperio versati, vt Clericos videmus in Republica. In fauorabilibus inter ciues censentur, in odiosis non æque. & nihilominus in quibusdam pro politica salute conferunt cōsilia, vires, cætera. hoc modo videntur Brabanti 8. Calend. August. 1549. Bullam auream à Carol. IV. impetrasse, & quasi superioris authoritas non fuisset excepta, alias à Sigismundo 1424. Maximiliano 1512. Carol. V. 1548. quibus decretum est vt nec appellentur ad Imperatorem aut eius Cameram, aut quemuis iudicem delegatum, sed ne quidem in causa fractæ pacis. *Vide quæ de Belgij ditionibus diximus in Hiatu. l. 1. c. fin.*

10. *Hodiernum.*

Quærit Marchantius *in descript. Fland. l. 2. t. de ritibus dominatus,* ex tesseris maiestatis, quas recenset, an Comes Flandriæ † olim souueranus fuerit, quippe Franciæ Regibus homini o illigabatur, & iuxta Martialem

11. *An olim supremus seu souueranus fuerit?*

Qui Rex est, regem, Maxime, non habeat:

Sic Ioan. cap. 19. habemus, *omnis qui se Regem facit, contradicit Cæsari.* vnde deinceps superbum admodum est illud Taciti in vita Agricolæ, *vetere,* inquit, *ac iampridem recepta populi Romani consuetudine, vt haberet instrumenta seruitutis & Reges.* Tametsi pro magnificentia Imperii Germani Dominum Daniæ, Regem creatum legimus, qui honoratus recalcitrauit. quod idem fecerat Dux Austriæ, sed eo in potestatem redacto amisso Regio nomine Archiducis assumptum. Igitur summum indicium maiestatis, seu souueranitatis est, abso-

absoluta potestas, à nullius arbitrio dependens, præterquam à legibus fundamentalibus cuiusque status, quæ formam illi dant, & naturam. Vnde nemo maiestatem Regi Galliæ negat, ob legem Salicam, quæ illum ligat: nec Regi Persarum, tametsi de illo legimus *Danielis 6. quod Lex Medorum atque Persarum est, vt omne decretum, quod constituerit Rex, non liceat immutari*: quare ipse Rex inuitus sustinuit abiectionem Danielis in lacum Leonum: nec Imperatoribus Romanis; tametsi diuersis pactis S.P.Q.R. Latinis, & Prouincialibus totius orbis obstringerentur. *l.1. de offi. Præt. l. obs. §. recte, de off Proconf. Val. Max. l. 4. c. 1.*

12. *Quæ pacta priuilegiaque nō impediāt souueranitatem?* Idem censeo de priuilegijs cuiusque ditionis, quæ Principes in † sua inauguratione sarta tecta seruare promittunt. Et quamuis Rex Bohemiæ censeri posset honorarius, quia Fridericus Imperator in erectione Regni Imperio diserte reseruauit souueranitatem: tamen idem omni ex parte esse in Regnis Neapolitano, Angliæ, Hiberniæ, alijsque, quæ numerat Carolus L'oyseau *traite de seigneuries, ca. 2. num. 46.* quæ Bodinus & alij dicunt recognoscere Papam (salua veritate inuestiturarum, aut tractatuum) non existimo, neque illorum omnium pariformiter & omnino absolutam souueranitatem penes Sanctam Sedem esse; sed forte debere pendere aliquod vectigal, vt Angliam nummum Petri, Siciliam mille fortorum annuam pensionem, *cap. 2. de sententia in 6.* tributum, tesseram protectionis, aduocatiæ, censumue feudatarium: quæ non impediunt souueranitatem. *dict. L'oyseau. ibidem num.* 42 quanquam splendorem quidem diminuant. Illa enim ad dominium priuatum spectant, non ad publicum dominatum. *idem L'oyseau capit. 3. num. 8.*

13. Enimuero d. cap. 2. dicit Regnum † Siciliæ in feudum teneri ab Ecclesia Romana; illiusque homines esse principaliter & vasallos incolas dicti Regni; sed non dicit, an id ipsum sit cautum in inuestitura: seu, vnde id dependet, an per eam dict. sedi expresse reseruata sit souueranitas: quod omnino necessarium fuerit; quia titulus Regis sua natura necessario implicat souueranitatem, quamuis in inferioribus titulis ea reseruatio perinde necessaria non sit, qui non æque eam implicat. *L'oyseau. dict cap. 2. numer. 50.* sed hæc remittimus ad inuestituras & Baronium aliosque, qui in vnam & alteram partem hæc aliaque agitarunt.

Illud tamen animaduertendum est si verba decretalium stricto & præcise proprio sensu accipienda sunt, ipsum Imperium Romanum si Clementi in Conc. Viennensi declarant, credimus, *Clem. vn. de iur.* Sed. Apost. feudatarium videri posse. quippe quod ei fidelitatis iuramentum debeat.

14. *Indicia souueranitatis.* Porro summi dominatus publici maximum indicium est † arbitrium belli & pacis: pacis quidem, suprema iuris dicendi potestas, quod vocant vltimum resortum, vt alio appellari non possit, *ibid. numer. 27.* cuiusmodi appellationes, in istis regnis non frequentantur. Igitur, vt ad rem redeamus, non maledicemus Flandriæ Comites olim fuisse souueranos maiori ex parte, etsi aliquid deesset, vt de Imperij Principibus & priscis Ducibus & Comitibus Franciæ censet idem L'oyseau *d. cap. 2. num. 34 & seq.* qui Regem nō recognoscebant nisi quoad hominium sui Dominij, & subiectionem suæ personæ: quæ tamen in Comite Flandriæ non fuit vt in alijs: neque enim vlla apud compares regni sese iudicio sistendi necessitate obstringebatur; nisi aut de Comitatus proprietate controuersia incideret, aut ipse ius subditis reddere pernegaret. *teste eodem Marthancio vbi supra.* qui tamen quod valde oportuit explicitum, omisit referre ius Comiti semper fuisse iudicandi per arrestum & sine resorto in sua Camera legali, & Renengarum, quodq; Regis Galliæ

Galliæ Constitutiones aut qualescumque literæ gratiæ in Flandria locum non haberent, nec iudices regij iurisdictionem per præuentionem aut alias. hac tota de re diximus *latius in Hiatu l.1.c.vlt.& in Iudice l.4.c.4.& seqq.*

Igitur quo res hæc spectat, existimo non tantum pro præsenti harum ditionum statu, 15. sed & eo qui olim fuit, Concil. Trident. † accipiendum esse, cum loquitur de Regibus & *Conc. Trid* Principibus Regalia in suis dominijs possidentibus, vt huiusmodi Principes comprehensi *obtinet tã inspecto* censeantur. *vetere quã*

Et in his porro ditionibus dictum caput 8. *f.* 22. eo diligentius est seruandum, quod *hodierno* Rex in receptione Concilij disertè exceperit, ne quid innouaretur circa illa, quæ essent *statu.* regij patronatus quod vt facilius præcaueretur, in principio publicationis eiusdem Con- 16. cilij consuetum erat, episcopis regium assensum petentibus ad loca huiusmodi visitanda *Curent E-* adiungi consiliarium quendam regium, qui animaduerteret, ne quid ex fundatione per- *piscopi im-* uerteretur. *pleri fun-*

dationes. Episcopi curare debent etiam † per censuras, *Clemen. ne contingat, h.t. Trid. sess.* 25 *cap.* 8. 17. *cap.* 15. *sess.* 7. vt omnino fundationes exactè obseruentur. Adeoq; quamuis *iuxta cap.* 4. *sess.* *Nisi neces-* 25. *Trid.* Episcopi pro sua conscientia possint nimium Missarum numerum reducere, *sitas redu-* prout gloriæ Dei & Ecclesiæ conuenire existimant, tamen in reductione Missarum c. 4. *ctionem* sess. 25. Trid. Cong. Conc. 3. *Martij* 1597. censuit, † non licere Episcopo reducere onera *postulet.* Missarum in fundatione apposita. Intelligo id tamen si fundatio sit sufficiens; alioquin nemo eam acceptabit vacantem., & magis testatores sua intentione fraudabuntur. Sed quid si vsus ad quem instituta sunt v. g. hospitalia, nequit adimpleri; Ordinarius vertet in alium qui defuncti intentioni & institutioni sit proximior. *d. session.* 25. *cap.* 6. *§. Quod si.*

Alias immutationes, non necessarias, sibi Sedes Apostolica reseruauit. *Clemen. quia contingit h. t.*

DE CAPELL. MONACH.

Concilium Lateranense vetuit monachis in capellis solitarios agere. *cap.* 2. *x. de stat. monach.* suspectum est rescriptum contrarium, illius mentionem non faciens, nec recipitur ne quidem obtentu paupertatis *cap. tert. x. h. t.* quanto minus, si prælati capellas depauperent, bonorum maiori parte mensæ suæ applicata? Immo ordinarij tales solitarios ad conuentum redire & ecclesijs per clericos sæculares deseruiri procurare iubentur. *cap. fin. h. t.* quod paruum in vsu adhuc est. etsi nuper quidam iterum proposuerint.

Ii DE

DE IVRE PATRONATVS.

1\. *Quomodo hodie ius patronatus acquiratur, & qua Conc Trid circa illud ius mutauit.*

CONcil. Trid. † circa patronatus acquisitionem, possessionem & alienationem multa constituit: sess. enim 14. cap. 12. statuit vt nemo nisi Ecclesiam beneficium aut Capellam de nouo fundauerit & construxerit, *Riccius h. t. dec.* 145. seu iam erectam sine sufficienti dote de suis proprijs & patrimonialibus bonis competenter, quod arbitratur Ordinarius, *ex S. Cong. Ricc. in prax. h. t. in prin.* dotauerit, non prouentum tantum auxerit (quod & ante Pius IV. *Const. in sublimi* sanxerat: is enim tantum benefactor dicitur, *Riccius ibid.*) ius patronatus impetrare, aut obtinere possit: & institutio reseruetur Episcopo, non alteri inferiori: nec liceat patrono cuiusuis priuilegij prætextu sub pœna nullitatis alteri præsentare quam loci Ordinario; ad quem institutio cessante priuilegio iure pertineret. *cap. 13 sess.* 14. quæ tamen intelligenda sunt in futurum. *Less. l. 2. cap. 33. d 5. numer. 24.* s. vero 25 capit. 9. dat Episcopis potestatem examinandi patronorum titulos, & abrogat multorum iura, quæ iuxta formam ibi præscriptam probata non fuerunt, & Adrian. VI. omnes beneficiorum electiuorum concessiones in ius patronatus vel nominationes à Pontificibus factas ab Innoc. VIII. anno primo reuocauit. *Constit. refert P. Matth. Sep. Dec. l. 2. t. 4. c. 1.* Itaq; patronatus ex priuilegio sunt abrogati. *Cong. Conc. apud Riccium in prax. h. t. dec.* 168.

2\. Non tamen illi, qui ex priuilegio, ex caussa onerosa concessi: *vt sæpius Rota decidit Garz. tract. de benef p 5. c 9. n.* 120. contractuum enim fere vicem obtinent huiusmodi priuilegia, nec facilem habent derogationem. adeoq; Regibus & Principibus magnis data priuilegia non facile tolluntur, quia pleraq; ex caussa meritorum defensæ scil. fidei, & sedis Apostolicæ concessa sunt à Papa. nam Episcopi liberam Ecclesiam in patronatum dare non possunt: *Garz. p. 5. c. 9. nu.* 129. nisi ijs qui in eandem beneficium conferant, reædificando scil. vel dotando, id enim ad causam onerosam pertinet. *vt n.* 121.

Idem dat Conc. eisdem Ordinarijs potestatem examinandi præsentatos, siue ab ipsis instituendi sint in beneficijs, siue ab inferiore. Denique vetat † ius patronatus vendi sub pœna excommunicationis, & interdicti ferenda, & sub pœna amissionis illius iuris, ipso facto incurrenda Puto tamen in hac amissione expectandam esse sententiam iudicis, neque ante hanc teneri quemquam se hoc iure spoliare. Est tamen Simonia vendere illud ius per se, aut propter illud vendere pluris bona, quibus annexū est: quia est res spiritualis.

Patroni (quod in Ecclesiasticis maxime vsu venit) in ijs quæ ad sacramentorum administrationem spectant, ne vllatenus se præsumant ingerere, vel visitationi ornamentorum Ecclesiæ, aut bonorum stabilium seu fabricarum prouentibus immisceant, nisi quatenus id eis ex institutione ac fundatione competat: sed vt Episcopi ipsi hæc faciant, mandat Conc. Trid. *s. 24. c. 3. Ricc. dec.* 165.

Præsentatio enim patrono competit, non institutio non destitutio iam institutorum, non bonorum distributio. *cap. 4. & 10. x. h. t.* sed neque fructuum: *Concil. Trident. s. 25. cap.* 9. minus, vt diximus, sacramentorum, ornamentorum Ecclesiæ, bonorum stabil ium, fabricarum. *Tridentin. s. 24. cap. 3. in fin.* vt nec in alienatione illius consensus exigatur: *Riccius*

*Riccius decis.*178.nisi forte in ijs quæ à patrono profecta sunt.vt ex Chapino diximus *de reb. eccles. non alienand.* competit tamen ius opponendi se ne incommode alienentur. *c. filijs 16. quæst.7.*

Porro receptio † Concil.Trid. in his partibus speciatim exclusit quamcunque innouationem in præiudicium patronatuum Principis aut Vasallorum. Vnde hoc caput non adeo in his locis obtinet, sed manendum est in terminis iuris communis: de quibus nec non huius capitis elucidatione, vide latissime differentem Goncalez *ad Reg.* 8 *Canc. gloss.* 18.*verb. præsentat.à num.*19.*Azor.Inst.Mor.p.*2.*l.*6.*cap.*19.*quæst.*4.*& seq. vsque ad fin. Riccium in prax. hoc tit. Franc. Leon.in Thes. h.t.* Puto tamen præsentandum à patrono debere esse 14. annorum *iuxta cap* 6.*sess.*25.*Trid* etsi olim secus; quia id ad mutationem, aut diminutionem iuris patronatus non spectet,sed qualitatem præsentandi tantum. *Riccius in prax.hoc tit.dec.*103. 3. *Quatenus illud in Belgio receptum?*

Etiam olim in Concord. Brabant. conuentum † fuit his verbis: *De iure patronatus Principis, suorum Vasallorum, & aliorum Laicorum ius patronatus ad causam feudorum suorum aut alterius rei immobilis habentium, quando inter duos Laicos,quæstio erit,quis eorum sit patronus,solus iudex sæcularis cognoscet, siue super illis principaliter, & de per se agatur, vel cum vniuersitate: Si vero inter duos vel plures præsentatos vel patronos Laicos quæstio fuerit, coram iudice Ecclesiastico de institutione sua, quis eorum præferri debeat, & inciderit quæstio iuris patronatus; de illa sic incidenti in præiudicium partium litigantium, non autem patronorum absentium iudex ecclesiasticus cognoscet & definiet.* 4. *Cognitio in Brab.ad quem spectet?*

Alexand.tamen III. Regi Anglorum rescripsit *in cap.*3.*x.de iud.*indistincte causam iuris patronatus adeo connexam esse causis spiritualibus, vt non nisi ecclesiastico iudicio valeat definiri. & propterea d. Concordata videntur non de ipso iure patronatus, quod cum ipsa ecclesia disputandum foret, sed illo supposito, de illius successione tantum loqui.quanquam & de hac agat.Clem.1. *h.t.c.*; *.x.eod.*

Iuris patronatus probationem † Conc. Trid. *sess* 24. *cap.*12 *sess.*25.*cap* 9. vult fieri per scripturas authenticas,vt nec sufficiat probatiō per testes, *Cong. Conc. Ric. vbi sup.* nisi tamen ageretur possessorio; *Ser. hoc verb. ad* 3. etsi Riccius in possessorio decretum etiam locum habere velit: *ex sentent. S. Cong.* nisi post Concil.causa cognita præsentatus semel admissus fuerit.*Ric.dec.*153. 5. *Qua probatio?*

Multiplicatis præsentationibus etiam ius patronatus probatur,modo ab antiquissimo tempore cœptæ aliquæ sint, & si non omnes. numerus autem non est à Conc.definitus. tres ergo sufficient quia iuxta Aristo.tria sunt omnia.*qua de re videri possunt citati à Barbosa in Remiss.ad d. cap.* 9. tametsi in instrumentis præsentationum non fiat mentio fundationis, neque de eo appareat. *Cong. Conc.* 23.*Iun.*1594. modo præter immemorabilis temporis probationem præsentationes continuatæ,per annos saltem 50.executionemq, sortitæ omnes fuerint.*Cong.Conc.*25.*Oct.*1594.

Immemorabilis quoque vsus † ad diem motæ litis relatus *ex Cong. Conc. apud Pias.post Gonc. p.* 2.*cap.*5.*num.*7.*Riccius vbi supra* vice tituli est: vnde saltem præsumetur ius ex fundatione, licet hoc non appareat;nisi constet de principio inualido. *ex Cong.Conc. apud Pias. Gen.& Gonc.vbi supra.* Et hæc quidem si contra Ecclesiam agatur; & tantum in quibus præsumitur vsurpatio; alioqui manent termini iuris communis. *Riccius vbi supra decis.*145. Cæterum si constet eam esse patronatam, controuertatur vero inter aliquos quis eorum 6.

 sitpa-

sit patronus, non seruabitur iste rigor. *vt decisum refert in Rota Piaf. vbi supra.* quippe cum hic cesset ratio decreti, ne scil. Ecclesiæ liberæ in seruitutem, & clientelam, præsertim sæcularium redigantur. Non hic ergo continuatio præsentationum pro forma erit, vt in alijs, *Ricc. vbi sup.* 147. 148. sed sufficiet qualis qualis aduersaria melior probatio. In dispositione etiam textus non comprehenduntur Reges aut supremi Principes ob excellentiam: neq; qui inter potentes non referuntur. *Ricc. dec.* 146. quia in his vsurpationis præsumptio non militat. Vniuersitas tamen etiam parua comprehenditur, *id. dec.* 149. quia in ea verba Concilij obtinent, & inter suos valet.

Plura quæ huc spectant ex d. c. late prosequuntur citati à *Barbos. in Collect. DD. ad Concil. Trid. ad d. c.* 9.

7. *A concursu libera paroch. patron. laici.* Parochialis ecclesia patronatus sæcularis † à concursu libera est: dicitur autem sæcularis, si ex bonis patrimonialibus sit constitutus. *Ricc. dec.* 169. Si tamen patronus plures præsentauerit, in concursum committi possunt, & dignior ex approbatis per Episcopum eligi & institui. Similiter parochialis regularibus conferri solita vitat concursum, non tamen examen: quod idem seruatur in curato præbendæ vel dignitati vnito. *ex Cong. Conc. Piaf. vbi sup.* Si autem Ecclesia partim laici partim Ecclesiastici iuris patronatus est, locus erit concursui. *S. Cong. apud Riccium vbi supra.* quia magis dignum trahit ad se minus dignum.

Sicut præsentatio personæ ad patronum pertinet, cum beneficia sunt inferiora, ita prælaturæ collegiatarum ecclesiarum per electionem deferuntur, ita vt patronus electo assensum præbeat: nisi aliter consuetudo obtinuerit, vt partes suas interponat electioni tractandæ: *c. nobis. x. de iur. patronat.* non vt ipse patronus, vel electionem ex pluribus electis habeat: *c. sacrosanct.* 51. *x. de elect.* vel ex pluribus eligendum designet: *c. cum terra. x. eod.* qua tamen fere formula hodie hic proceditur in electione primarum dignitatum, ex indulto Regi quondam concesso. in minoribus patronis fere obtinet, vt grata debeat esse persona, & vt talis iam electa approbetur.

8. *Et exepta à Const. Pij V. de resignat. beneficia patronatus laici.* Quoad beneficia tamen † iuris patronatus resignata, conferenda familiaribus seu affinibus extat rescriptum S. Cong. Conc. relatum apud Quar. *vers. beneficiorum resignationes* his verbis: *Nos Hieron. tit. S. Pancrat. S. R. E. Presbyter Cardin. Mattheius fidem facimus, & attestamur, in libris S. Cong. Conc. qui apud nos asseruantur adnotatum esse, quod fel. rec. Gregor. XIII. declarauit, beneficia iurispatronatus non comprehendi in §. caterum, contento in constitutione Sanctæ memor. Pij V. relaxante prohibitionem de non admittendis resignationibus. Quo §. prohibetur Episcopis beneficia in eorum manibus resignata eorum aut resignantium affinibus aut consanguineis vel familiaribus conferre.*

9. *Tempus quadrimestre in paroch. redigitur ad* 20. *dies.* Patronus sæcularis habet † quadrimestre ad præsentandum; Ecclesiasticus semestre, *cap. vn. h. t. in* 6. Ecclesiasticus & Laicus iunctim semestre. quia magis dignum trahit ad se minus dignum. *Serol. hoc tit.* §. 4. Sed in parochiali patronata Pius V. *in Bulla de concursu*, tantum viginti dies patronis concedi voluit, ne cura animarum diu sit neglecta. Ordinario autem nullum constitutum est tempus ad instituendum, nec instituto ab Ordinario ad capiendam possessionem: si tamen de parochiali agatur, debet institutio fieri infra duos menses, *ex d. Bulla Pij V.* & deuoluitur institutio ad Papam, vel potest simpliciter appellari ad superiorem. *Serol. h. t.* §. 8. *d.* 3.

10. In Frisia ius nullum † deuolui solet ad Ordinarium vel Papam; sed omne ius deuolutũ compe-

competere Principi vſque ad Concil. Trident. quippe omnis ibi diſpoſitio beneficiorum competijt populo, deinde Dux Saxoniæ vſque ad annum 1515. & inde Carol. V. vſque 1534. de omnibus beneficijs diſpoſuit; poſtmodum redijt electio & nominatio ad populum, vt ei conſentire tamen deberet Princeps: examen nominati competijt Eccleſiaſtico Cõmiſſario: Poſt Conc. Trid. Epiſcopo. Et nihilominus (quæ pietas fuit Regis Catholici) Concilium Secretum illius in Belgio 1569. ad reſcriptionem Concilij Friſiæ ſuper admiſſione Concil. Tridentin. articul. quint. cenſuit his verbis: *ne trouue Sa Maieſte inconuenient, ſi les patrons ne pourvoient des benefices en temps que l'Eueſque le face*: *excepto iure Patronatus Principis.*

Amittitur autem ius patronatus diuerſis modis, *de quibus Strol. h. t.* §. 8. ſed duobus ex Conc. Trid ſi patronus iuriſdictionem, bona, cenſus, & iura Eccleſiæ in ſuos vſus conuerteret, quacumq; arte, *ſ. 22. c. 11.* ſi ius patronatus venderet, vel contra Canonicas ſanctiones transferret. *ſ. 25. c. 9.* vt ſup. diximus.

Quod idem Alexand. III. ſtatuerat in clericis aduocatias Eccleſiarum comparantibus, quo ſi eorum nepotes ad eas præſentarentur, *in cap. 3. x. h. t.* quibus etiam aduocatijs Concilium Lugdunenſe admodum aduerſatur, vt ſine ſpeciali ſedis Apoſtolicæ licentia Eccleſias earumue bona nemini Laico, vt ſuperiori, patrono, aut aduocato ſubijci permittat. *c. 2. de reb. ec. non alien. in 6.* quippe his principijs multi ad dominatum peruenerunt.

Ne quid ſcilicet ſimoniacum adrepat, ſi quod ſpirituali iure cenſetur, temporali aliquo pretio æſtimetur. non ergo venditione per ſe transferri poteſt. *cap. 16. h. t.* ſed vt acceſſorium cum caſtro, dominio, hæreditate: *c. 13. h. t.* non donatione ſine aſſenſu Epiſcopi, niſi pio loco. *c. 17. & ibi gloſſ. h. t.* non permutatione, niſi cum ſimili iure. *c. ad quæſtiones x. de rer. permutat.* non oppignoratione: *c. cum Bertol. x. de ſent. rei iud. ſi ſecus fecerint*, inquit, Concil. *Trid. d. c. 9. iure patronatus ipſo iure priuati exiſtant.* iure priori ferenda erat ſententia. *c. 6. x. h. t.*

Ad inſtar iuris patronatus ſeu ex eo nata eſt † Regalia; 11. *Regalia inſtar patronatus.*

—— Matre pulchra filia pulchrior.

Quæ in Brabantia vel alibi quod ſciam in his Belgicæ † ditionibus non obtinet, & Clerus Flandriæ ante exemptionem à corona Galliæ non admiſit regaliam. excipio Epiſcopatum Tornacenſem, quam regulariam tamen Epiſcopo Tornacenſi Sancti Ludouici anno milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſeptimo reſtituerat, donec certius de ea ſibi liqueret. quæ tamen extorta eſt rurſum ſub Philippo Pulchro Rege Caſtiliæ, qui ob eam aliaſque cauſas, cum Franco bellum nolebat, ſed ad Hiſpaniam anhelabat. nec fuit idem Clerus Flandriæ ſubiectus Eccleſiæ Gallicanæ, aut pragmaticæ ſanctioni, aut nominationibus Pariſienſibus, ſed ſemper ſeorſum res ſuas ſibi habuit.

DE CENSIBVS EXACTIONIBVS & Procur.

1. *Episcopi diœcesim quotannis visitant quo fine?*

EPiscopi, quolibet † saltem biennio, totam suam diœcesim obire tenentur; ne illis dormientibus, superseminet zizania inimicus homo; quippe omnium vitiorum propago

-----Custode remoto
Crescit occulto velut arbor æuo.

Quamobrem & visitationem veteres canones, & Concil. Trid. *s.* 24. *c.* 3. admodum commendat, & quotannis ita fieri iubet, vt singulis saltem biennijs totius diœcesis completa nullatenus prætermittatur. per se quidem, aut per vicarium generalem: aut visitatorem: in cuius locum fere hic archi-presbyteri quotannis suum districtum visitant. Ordinarij per se solos aut alijs adiunctis cathed. collegiatas, similesque ecclesias toties, quoties opus sibi videbitur, nullatenus quacumque exemptione, non restricta tantum ad certos casus, sed etiam vniuersali, reijci possunt *c.* 4. *s.* 6. *Concil. Trid.* sed an visitatores eius eodem priuilegio gaudeant. per d. c. 3. in verb. *non obstantibus quacumque consuetudine etiam immemoriali, & exemptionibus, priuilegijs quibuscumque*: an vero ea verba referantur ad immediate tantum præcedentia, ne episcopus aut visitator visitare prohibeatur, ideo; quod Capitula, Archidiaconi, aut decani visitauerint, atque hi acta Episcopo exhibere teneantur; non satis liquere videtur: mihi emphasis videtur esse in ijs verbis *d. c* 4. *per se ipsos solos, aut quibus sibi videtur adiunctis.*

Scopus ergo præcipuus est, sanam orthodoxamque doctrinam expulsis hæresibus inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum cohortationibus & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamq; accendere. *Concil. Trid. s* 24. *c.* 3. *§ visitationum.*

Capitulorum Visitationem in Capitulari loco inchoari decens est, sed cum singulatim personæ audiuntur super defectibus, ad Episcopum vocari possunt. defectibus inquam: quia archiua & munimenta, quæ ad mores non pertinent, nec ad visitationem spectant. super defectibus autem inquirens non potest edicto excommunicatorio prouocare ad crimina deferenda, nec iuramentum desuper à visitatis exigere, non ad capturam, nisi in flagranti & liquido, procedere; nec ordine iuris seruato litem instituere. *quæ de re dicimus, tit de Accusat. n.* 3 *& sequen.* decens etiam ne sede vacante Capitulum visitet diœcesim infra annum à postrema visitatione defuncti. ne illius memoriam lædat, negligentiæue insimulare videatur, & officium successoris intempestiuè anteuertere. *vt in cap* 10. *s.* 7. *Trident.* constitutum est, ne dimissoriæ dentur intra annum, nisi arctatis. tametsi inferiorum visitationes Episcopum non impediant, *iuxta d. cap.* 3. visitare. quamuis non iterum punire debeat rite correctos. Transit alioquin ad Capitulum visitandi potestas cum iurisdictione, qualis in defuncto fuit, omnia loca, quæ Episcopus visitare potuit. quod tamen in sanctimonialibus non admittit, quas Episcopus, vt sedis Apostolicæ delegatus

legatus

legatus tantum visitare potest Azor. *Inst. mor. p.2.l.3. c.7. qu.5.* sed delegationes quæ amouendis priuilegiorum obstaculis potius inuentæ sunt, quam ob personæ eligendam industriã, vt cætera officij iurisdictionalis munia in Capitulum sede vacante transire probabilius est. sed viuo Episcopo Capituli visitatores ab Episcopo debent approbari. *d. c. 3. vers. visitatores,* & decanis archidiaconisue assensus dari debeat: tempus inchoandæ, concludendæque visitationis, notarius, comitatus, equitaturę præscribi possint: neq; ipsius vicarius generalis sine speciali mandato visitare queat. *de quibus omnibus citati à Barb. in Collect. DD. ad d. c. 3. s. 24. Trid.*

An autem Conc. Trid. *sess 24. cap. 3.* cogat Episcopos visitationem suam concludere intra certum & determinatum tempus iuxta latitudinem suæ diœcesis? S. Cong. censuit, † Conc. nullum tempus ad hoc præfixisse, sed reliquisse eorum arbitrio; moderato tamen & discreto, *Piasec. pr. p.2. c.3. n.1.* 2. *Indeterminato tempore.*

Ita tamen vt continenter prosequantur. *Aldan. in comp. can. res. l. 1. t.7. n.9.*

Quæ in visitatione decernuntur mox executionem habent non obstante exemptione, appellatione, aut inhibitione, *vide quæ diximus in Consult. can. cons. 4. h. t.* dummodo sine scriptis, nec compillato processu procedatur, ad correctionem notoriorum criminum, non ad vindictam, & pœnas ordinarias; & nisi correctionis modus excedatur, quod facile fit in diuturno carcere, aut si procedendo contra exemptos, eorum priuilegia aliquatenus lædantur, vt etiam controuersiam facere potest exemptio, si visitans non declarauerit se visitare vt delegatum. atque adeo est fauorabilis visitatio, vt non tantum ad exemptos porrigatur sed & illos qui nullius sunt diœcesis: vt ab episcopo cuius cathedralis sedes vicinior est, visitari possint: & quæ de visitatione aliorum decreta sunt in illis recipiantur. *Trid. s. 24. c. 9.* adeoque vt emendare, & corrigere, & punire possit tam in capite, quam in membris. si porro locus qui nullius diœcesis est, sit intra ambitum vndequaq; alicuius: videtur Rota hunc illi præferre cuius sedes tantum sit vicinior. visitationem etiam Episcopus impeditus, vt in sua diœcesi per vicarium suum generalem facere potest; *Trid. s. 24. c. 3.* ita & in vicina nullius diœcesis. sed an id possit vicarius Capituli sede vacãte aut prælatus vicinior iurisdictionem habens quasi Episcopalem de alijsq; quę mox diximus videri possunt citati *à Barbos. in Coll. DD. ad Conc. Trid. ad s. 24. c. 9. & 10.* vt & 11. qualiter prothonotarij in criminalibus plene in omnibus subijciantur ordinarijs; in ciuilibus autem derogatum non sit Bullæ 8. Leonis X. quæ quoad summas excedentes 24. ducatos eos eximit. & alioquin, prothonotarios honorarios fori ecclesiastici priuilegio gaudere, tam in ciuilibus, quam criminalibus, quamuis nec inseruiant, nec adscripti sint alicui ecclesiæ, decisum refert. 3.

Visitationem suam à † Cathedrali incipere debet Episcopus, *cap. Romana, de censib. in 6.* *Ordiuntur à Cathedrali.* Quo nomine scio insignem Ecclesiam Collegiatam, visitationem Episcopi retardasse, quod nondum visitasset Cathedralem. Quæ se subducere non potest vlla exemptione. *Trid. s. 6. c. 4.* Itaq; Episcopus vel solus visitabit vel cum adiunctis quibus sibi videbitur, *d. c. 4.* per se quidem; sed impeditus per vicarium, aut visitatorem *s. 24. c. 3.* 4.

Inquiret † an in receptionibus aliqua donatiua fiant, quasi ex debito. *s. 24. c. 14.* professione à singulis exacta, *s. 24. ca. 12.* Archidiaconus, Pœnitentiarius, Scholasticus an sint Doctores vel Licentiati, alioquin prouisio eorum esset nulla, an quilibet officium suæ præbendæ & Ordinis annexi, (ex consilio, non tamen assensu Capituli. *Serol. ex Cong.* *In qua qua inquirat?*

Conc.

Conc.pr.p.2.V.Capit. exequetur, *d.c.12.* Præbendæ inquam annexi Ordinis, non personis neq; enim ea mens est Concilij. *vt declarauit S.Cong.Piaſ.pr.p.2.c.3.n* 7.

An nemo infra ætatem quam requirit Ordo annexus præbendæ, ad eam promotus sit; sic vt infra annum eum Ordinem adipisci non posset; is enim incapax esset. *dict.cap.12.* *& seſſ.12.c.4.* An Theologalis præbenda sit erecta, & eam habens sufficiat, & reipsa legat. *ſ.5.c.1.* An distributiones ob tenuitatem non contemnantur, ideoque augendæ sint. *seſſ.21.ca.3.* neque enim si sufficiant, ad tertiam augentur. *Piaſ.poſt Serol.ibid* neq; ex beneficijs extra Cathedralem consistentibus, augendæ sunt, nisi ea fuerint incorporata. *ijdem ex Cong.Conc.*

An vltra tres menses continuos vel interpolatos canonici absint, *d.c 12.* nisi Episc. vlteriorem facultatem fecerit, *iuxta c.vnic.de Cler.non reſid.in 6.* cui Concilium non derogauit. *poſt Serol.Piaſ.vbi ſupra.*

An aliquis plura incompatibilia possideat, *contra c.17.seſſ.24.* alioquin dispensationem exhibeat, *seſſ.7.cap.5.*

An habitum & tonsuram deferant. *iuxta ſeſſ.14.cap.6.& duas Conſtit. Sixti V. quas refert Piaſ.ibidem num.13.*

An numerus Missarum ex iusta causa reducendus sit, quod officio v.g. incommodet, vel prouentus non respondeat *ſ.25.cap.4.de quo alibi.* quo etiam spectat reductio anniuersariorum ex iusta caussa. *ex Cong.Conc.Piaſ.poſt Quar.vbi ſupra.*

5. *Quæ in parochialis* Quæ in parochialium visitatione inquirenda sint, † habet Piaſ. *vbi ſupra* & in plerisq; Episcopatibus exacta instructio Decanis Christianitatis datur. qualem & Adomerensis habet Synodus 1583. *tit.25.cap.5.6.7.* insertum.

Similiter quæ visitati; ad quid generaliter visitatio se extendere, quid in ea agi debeat, quid accipi possit, late satis, & ex iure nouo Trid. eleganter prosequitur Serol. *p.1.V. viſitatio.*

6. Facultas † quæ datur *seſſ.6.cap.4.ſeſſ.15.cap.6.* visitandi, est concessa, accumulatiue, non priuatiue, id est, cum aliorum exclusione. Sed qui habent alioquin authoritatem visitandi de iure aut consuetudine, & cum Episcopo & ab eo seorsum, quoties sua authoritate vti voluerint, possunt visitare. *ex Cong. Conc. Gonzalez ad Reg.8.Canc.§.Proem.2.n.21.* inferiores tamen de consensu Episcopi. *Trid.ſ.24.c.3.*

7. Verum † *seſſion.7.cap.8.cui congruit ſeſſ.21.cap.8.* non tantum Episcopi, sed & Abbates, similesque Monasteriorum præfecti, hic intelliguntur, vt visitare suas Ecclesias possint: nam sub nomine Ordinariorum etiam inferiores Ecclesiarum præfecti intelliguntur, qui iurisdictionem habent; non itidem si de diœcesanis mentio esset. *Azor.inſt.mor. li.12. cap.18.*

8. Videntur † *c.8.ſ.21.c.10.ſ.24.c.20.ſ.25.* habere inter se aliquid repugnantiæ. Clem. VIII. *ex ſententia Cong.Conc.20.Iunij* 1595. pro monasterijs Cisterc. Ordinis vtriusque sexus datis litteris declarauit, non licere Ordinarijs monasteria d. Ordinis visitare, nisi iuxta præscriptum decreti. *c.8.ſeſſ.21.*

Licet tamen ordinarijs exempta monasteria visitare, ad effectum inspiciendæ reformandæque clausuræ. *c.periculoſo de ſtat.reg in 6.c.5.de regul.ſ.25 Tridentini.*

9. *Quæ præbenda visitanti.* Episcopi visitantes † & qui in eorum comitatu sunt, non debent grauare populum quem visitant, sed gratis facere, vbi hactenus nihil dari consuetum; aut solis frugalibus victua-

victualibus contenti esse; relicta nihilominus visitatis optione pecuniam solui consuetam tantum pendendi. *Concil.Trid.s.24.c.3.§ interimque.* sine sumptu superfluo, frugali sub procuratione non bina, vno in die, nec vltra cibaria & passus equorum, saluo cathedratico, etsi alias oportunius exigendo, vt latius diximus *in Consult. canon.h.t. consult.* 1.

Per quod decretum corrigitur *c.1.§.procurat.& c.exigit.de censf.lib.6.* quod iam ante Bonifacius VIII. *in c.felicis ibid.* præstiterat.

Moderatæ ergo debêt esse procurationes: &, vt loquitur *d.c.3.pro temporis necessitate.* quã quia domi non patitur; non est procurandus Episcopus visitans suam cathedralem, nec duas eodem die visitans Ecclesias, nisi semel, nisi in altero forte loco, ab vna in prandio ab altera in cœna: non à clero omnino paupere, nec sibi sufficiente: nec vltra victum, non ergo quoad vestitum, medicinas, delitias, equorum vecturas: etsi tamen quoad equorum pastum, ab omni tamen alioquin beneficio visitato, etiam à Cardinali possesso, quia onus procurationis reale est, sine respectu qualitatis, personalis possessoris, & à curata ordinis Ierosolymitani, nisi speciali priuilegio ordo eximeretur. *citati à Barbos.ad d.c.3.s.24. in Collect.dd.*

Procurationes autem de iure debet tantum Clerus, & Ecclesiæ, & loca pia: non autem Laici, quamuis sint simul visitati: quia illos, non hos vllus Canon obligat Griuel. *dec.Dol. 119.num.* 10. *& seq.* vbi refert, in eam sententiam Principum Belgij rescriptum ad Senatum Dolanum. Nisi consuetudo sit contraria, quam tamen infringentes non sunt cogendi. *Barbos.de pot.Episc.alleg.73.n.53.* Sic & alia iura Episcopalia solui debent iuxta antiquam taxam & valorem *cap.7.extra h.t.* ac mensuram *cap.18.h.tit.* & antiquam monetam *cap.20.h.t.* Sic & de Cathedratico iure in honorem Cathedræ debito *c.olim.h.t.c.conquerente de off.ord.* & ibi taxato ad duos solidos censendum, vt mutari, & excedi non debeat, sed solui iuxta consuetudinariam cuiusque regionis taxam. *Serol.pr.p.1.v.ius Cathed.* Idem decernit Conc. Later de censu vt antiquus exigi tantum, non nouus imponi, aut vetus augeri possit. *c.prohibemus 7.Ext.h.t.* vt nec additum iuramentum robur aliquod adijciat. *c.graues 15.c.13 Ext.h.t.* nisi cum Episcopus assentiente Capitulo *c.pastoral.7.in fi.Ext.de donat.* Ecclesiam suæ diocesis exemptione donat. *c.constitutus.6.x.de relig.dom.* quod & Pontifici S. in more positum *d.c 6.v.nos quoque.*

Multo minus licet pro visitatione vere non facta, exigere pecuniariam taxam. *vt Senatus Paris.sub tempus decreti d.c.3 iudicauit, Choppin.de sac.polit.lib.2.tit.7.num 11. & alia refert Charond.Resp.l.1 R.58.* Sed hæc tempora vix antiquos nummos ferunt, ob nouas artes circa monetam, non tam nouiter repertas, quam nimis exercitas: quas antequam vsurparent, vtinam omnes Principes eorumque Consiliarij examinarent serio quæ tradit Ioan. Mariana *de Rege, & Reg.Inst.lib.3 c.8.* edicta principum nostrorum, circa rem monetariam enucliauimus *in Notitia Iur.Belg.tit.de veteris numismatis potestate.*

Per d.cap 3. vbi nihil hactenus dari † consuetum gratis vult Conc. visitationes fieri, & tamen *c.ex officij extr. de præscript.* subditus contra visitationem aut procurationem præscribere non potest; Quæ loca ita conciliat Serol.*pr.p.1 v.Ius Cathed.* quasi multa tolli possint per consuetudinem, quæ non per præscriptionem: Vel forte consuetudinem aut præscriptionem aureo sæculo flaccidam, hoc ferreo non infringi vult Conc. propter duritiã cordis &c. nam profecto & census, & Cathedratica, & charitatiua subsidia, quæ olim nõ erant contemnenda, nunc magno Episcoporũ damno vel obsoleta sunt, vel adeo exiguo num-

10. *Nihil, si insuetum.*

nummo redimuntur, vt Archipresbyteris pro sportulis receptionum fere cedant: vbi Concil. tamen dum nihil innouari cupit, pro ratione temporis laudandum est. Refert Tacit. *lib.13. Ann.* Neronem dubitasse, an cuncta vectigalia omitti iuberet, idque pulcherrimum donum generi humano daret: sed impetum eius multum prius laudata magnitudine animi attinuisse Senatores, dissolutionem Imperij docendo, si fructus quibus Resp. sustineretur, diminuerentur.

DE CELEBRATIONE MISSARVM.

1. *Quando Sacerdotes celebrare teneantur.* CEnsent Azor. *Inst. Mor. l.10. ca.24. resp. qua res.* itidem S.*Thom.* alijque, sacerdotes debere celebrare festis præcipuis, Sotus in Natali Domini, Pascha, & Pentecoste, alij festa adijciunt omnium Sanctorum, & Assumptionis B.Mariæ. alij adiungunt festum Corporis Domini: denique quidam annectunt festos dies Deiparæ & Apostolorum, sed vt cæteræ opiniones transeant, hæc vltima, vt vim præcepti habeat, non potest asseri: nullus enim extat Canon id iubens, sed indistincte, vt aliquando fiat. Præceptum Christi est tantum; *hoc facite in meam commemorationem.* Curet, inquit, *Conc. Trid. sess.23. c.14. Episcopus, vt ij* (sacerdotes) *saltem diebus Dominicis & festis solemnibus: si autem curam habuerint animarum, tam frequenter, vt suo muneri satisfaciant, Missas celebrent.* Quem locum Cardinales ita interpretati sunt, vt curare id Episcopus debeat, non propositis pœnis, & censuris; sed adhortationibus & monitionibus beneuolis. Nihilominus, c. dolentes, *extra hoc tit.* inter inordinatæ vitæ Clericorum, & præsertim Prælatorum actus ponit, quod aliqui vix quater in anno celebrent. Azor. *l.10. c.24. d. ver. Quare:* non audet condemnare lethalis criminis eos, qui ter ad annum sacrificant, siue continuato, siue interrupto tempore. In initio Ecclesiæ nō tam frequentes ordinabantur Sacerdotes, nec tam frequentes sacrificabant ob reuerentiam sacrificij, saltem in oriente. Vnde Conc. 6. Gener. *can.13.* in ordinatione sacerdotum, diaconorum & subdiaconorum adijcit, vt coniunctionem indiscriminatim non habeant cum vxoribus, sed abstineant vicis suæ tempore, id est, quo sacrificant. Est tamen religiosa consuetudo, sæpius, imo quotidie, sacrificandi eorum, qui ea sunt pietate, vt familiaritas contemptum non pariat, neque frequētia deuotionem minuat (quæ & in laicis optaret Trid. *s.22. de sacrif. c 6.*) ac qui faciunt eos qui id non faciunt non iudicent: vellet Deus, vt & alij ex reuerentia, cui nihil acediæ admisceatur, tantum omittant, vt B. Francisc. ideo ad sacerdotium non ascendit; & vtrique exacte seruent monita Conc. Trid. *s.22. Decreto de obseru. in celeb.*

2. *Eliminanda è templis omnia secularia.* Quod Conc. *d. s.22. de Celeb. Miss. §. deambulationes.* religiose præcipit † Prælatis, vt seculares omnes actiones, vana atque profana colloquia, deambulationes, strepitus & clamores, quin & musicas lasciuas, impurasq; arceant: vt domus Dei, vere domus Dei ac orationis esse videatur, ac dici possit. Ea ex caussa, *c. ex causa de immun. eccl. in 6.* mādat, vt cessent, in Ecclesijs ac earū cæmiterijs omnes negotiationes, & præcipue nundinarum. Et in c. relinqui *de cust. Euchar.* prohibetur, ne supellectilia in Ecclesijs admittantur; nisi propter hostiles incursus, aut incendia repentina, seu alias vrgentes necessitates ad eas oporteat habere refugium; sic tamen, vt necessitate cessante res in loca pristina reportentur. *Molin. tit.2. disp.344. de iustit. & iur.* quin iudices etiam Ecclesiastici nihil iudiciale ibi facere possunt. *s.25. c.6.*

Qua-

Quare etiam Synodus Basiliensis in pragmatica Galliæ sanctione acceptata, prohibuit vt tempore missæ maioris, præsertim diebus solemnibus, capitula seu actus capitulares, aut alij tractatus per Canonicos non celebrentur nisi forte vrgens & euidens ingrueret necessitas. *de qua re Garzias de benef p.3.cap.2 num.544 & multis sequen.* & Cong. Conc. censuit 1. *Febr.* 1593. neque Episcopum, neque Capitulum debere exigere rationes tempore quo recitantur horæ canonicæ, & diuina celebrantur, decernit insuper eadem Synodus, acceptatque Sanctio tollendū turpem illum abusum quo in certis annuis celebritatibus nonnulli mitra, baculo, ac vestibus Pontificalibus more Episcoporum benedicunt, alij vt reges ac duces induti, quod festum fatuorum, ac Innocentium, seu puerorum in quibusdam regionibus nuncupatur, alij laruales, ac theatrales iocos, alij choreas ac tripudia marium ac mulierum facientes, vt homines ad spectacula & cachinnationes moueant, alij commessationes & conuiuia ibidem præparant, superioribusque mandat sub graui pœna, vt similia ludibria in Ecclesia, quæ domus orationis esse debet, vel in cæmiterio exerceri non permittant.

Denique de † strepitu, scurrilibus colloquijs, vociferationibus, irreuerentijs in Ecclesia vitandis, & puniendis, & non permittendis pauperibus sub diuinis officijs aut concionibus ibi mendicare, † deniq; de omni indecentia in locis sacris vitanda sub diuersis pœnis pecuniarijs, & alijs, extat insignis Const. Pij V. *Incip. cum primo, Calend. April. 1566. quam refert Pias. p.2. cap.3. n.42. Quar. V. Reuerentia Diuinorum.* 3. *Multo magis turpia.* 4. *Mendici.*

Quin Cong. Concil. respōdit, nec sacerdotibus † permittendum, vt per Ecclesiam eleemosynam colligant, etsi id facere possunt stantes ad altare, *Serol. pr. part. 2. ver. Missa* §. 2. vbi id consuetudo habet. Refert *ibidem* Constit. vrbis Romanæ de non ædificando in Ecclesia aut cæmiterijs etiam pro pia caussa, & tumbas incommodas, aut fenestras in Ecclesiam inspicientes habendo. *Etiam sacerdotes.*

Vetat Concil. Trid. *in decr. de obser. & euit. in celeb. miss.* quidquid speciem auaritiæ præsefert, mercedum conditiones, pacta, importunas atque illiberales eleemosynarum exactiones potius, quam postulationes, aliaque huiusmodi quæ à simoniaca labe, vel certe turpi quæstu non longe absunt. ideoque sedes Apostolica 15. *Nouemb.* 1605. vt corruptelam damnauit nouam in Hispanijs introductam consuetudinem, vt sacerdotes missam celebrantes eam generaliter applicent his, qui postea missæ celebrationem postulaturi, ac pro eo eleemosynam præbituri sunt; tametsi antequam missæ sacrificium peragetur neque à sacerdote illud rogassent, neque ei hac de causa eleemosynam præstitissent. Vt etiam vice versa decisum est non posse à concurrentibus accipere eleemosynas pro missis quas non nisi post longum tempus curare possint, nisi offerentes præmoneant. re tamen ipsa simonia non est pacisci pro opera in missam faciendam collocanda; nec cōtra iustitiā; si rationabilis operæ æstimatio non excedatur. ne tamen ad turpis quæstus nūdinationem vergat, sequenda est taxa, quam decreta Episcoporum vel mores prouinciæ receperint. quare pro vna opera duo stipendia recipere iustitia non permittit: & S. Cong Vrbano VIII. probante damnauit. atque etiam vetuit, à piorum locorum administratoribus quidquam detrahi, expēsarum nomine ex eleemosyna pro missis data, vel ab ipso sacerdote, qui celebrandas suscepit, & alijs cōmittit: vt nō possit partē sibi committens retinere: ne parochus quidem, rectorē tamen beneficij incūbentes, beneficio missas peralium curantem non teneri ratam prouentuum soluere, sed taxatum tantum in loco

stipendium.quippe prouentus retinet iure sui tituli. non potest tamen idem rector cum missis beneficij combinare extraneam eleemosynam, & vna opera vtriq; satisfacere: nisi fundator expresse cauerit, vt libera sit celebrantis intentio: nec teneatur sacrificium applicare. parochi tamen alijs operam addicere possunt: si aliam celebrandi obligationem non habent, quam illam quam iniungit Trid. *s.23.c.14.* vt tam frequenter celebrent, vt muneri suo satisfaciant; scilicet vt populus dominicis & festis diebus, quibus sacrũ audire tenetur, rogationum & similibus, officium habeat. & quamquam parochus pro plebe sua sacrificium offerre debeat, *Conc. Trid. s.23.c.1.* tamen non semper, & totum sacrificium his applicare obligatur: sed ex æquo & bono arbitrio. *de quibus omnibus late citati à Barbosa in Collect. DD. ad Conc. Trid. s.22. de sacrificio missæ n.1.2.3. & seqq. ad decretum de obseruandis in celeb. n.4. & seqq. ad c.1. s.23. num.4.*

5. *Quo idiomate celebrandum.* Latini Græce, vel econtrario † celebrare non possunt, ex Const. Pij V. *Inc. prouidentia, 1566. quam refert Quar. v. Miss.* qui etiam Const. suæ *Inc. sanctiss. eodem an. 29. Martij.* reuocauit omnes facultates de celebrãdo vespertino, vel alias indebito tempore. Sed tamen Greg. XIII. *Const. Inc. quanta, 9. Martij. 1578.* permisit Patribus Soc. Iesu, vt vna hora ante auroram celebrare possint.

6. Eucharistia ad ægrotum † adoranda deferri non debet, si eam ob tussim, aut alias sumere non potest pro viatico *ex Cong. Conc. Serol. pr. p.1 v. Eucharistia. §.5.*

7. *Ignotus sacerdos nõ admittendus ad sacra.* Concil. Trid. † *sess.23. c.16. § nullus. can. Quanta. §. deinde sess. 22.* vetat admitti ad celebrãda sacra, vel administranda sacramenta clericum peregrinum & ignotum sine commendatijs sui Episcopi. qui locus non de omni non diocœsano, sed ignoto agit: nam notus, cũ in eo ratio inhibitionis cesset, potest absque huiusmodi literis recipi. *Innoc. in cap. iam dudũ de prebend. M. Anton. Gen. in prax. c. 4.* tamen potest Ordinarius prohibere ne regulares quidẽ in suis Ecclesijs sacerdotes seculares exteros celebrare permittant, nisi prius ab ipso visis eorum literis admissos. *Cong. Conc. 12. Nouemb. 1594.*

8. *Oratoria an Episcopi concedant.* Decernit synodus, vt locorum ordinarij nõ patiantur priuatis in domibus, † atq; omnino extra Ecclesiam, & ad diuinum tantum cultum dedicata Oratoria, ab ijsdem Ordinarijs designanda, & visitanda, sanctum sacrificium à sæcularibus aut regularibus quibuscunq; peragi. ac nisi qui interfint, decẽter cõposito corporis habitu declarauerint, se mẽte etiam ac deuoto cordis affectu, nõ solum corpore adesse. Hic locus Conc. Trid. voluit abusum tantũ tollere, qui procul dubio olim nimis magnus fuit, & contra quẽ pulchre insurgit practica Dias c. 39. quem iã olim persecutus est Iustin. *in Auth vt nullus fabricet oratorij domos. c.1. 2. 3.* Vbi fisco addicit eas domos in quibus diuinũ officiũ factum est absq; Episcopi præuia licẽtia, & loci destinatione; cũ crucis defixione. Itaq; si necessitas aliqua, cuius plures casus enumerat Azor. *Inst. Mor. l.10. c.26. post Nauarrum,* factum fieri suadet extra locũ dedicatũ, extra causã m decreti erit. Deniq; permittit in Oratorijs, ad diuinũ tamen cultũ tantum dedicatis, missam fieri. Itaq; si Ordinario videbitur, etsi Oratoria sita sint in ædibus priuatis, ad diuinum tamen cultum tantũ destinentur, ab eo dedicari ac sacrari poterunt, sacrumq; ibi peragi. Controuersum tamen est, *& refert Azor. vbi sup. alijq; diuersas Cõg. Card. interpretationes,* an per hũc locũ adempta sit Ordinarijs facultas concedendi, vt Missæ celebrentur in oratorijs priuatis, non consecratis, etsi decenter constructis, ordinatisque? certe salua sedis Apostolicæ censura, locus hic tantum est ad abusus extirpandos eorum, qui id sua authoritate præsumunt, quos ne patiantur, monentur Episcopi. sed

ea

ea verba (non patiantur) si ad rigorem examinentur, non inferunt vt permittere non possint vel derogationem authoritatis Episcopis competentis, ne id queant, vbi iusta ex caussa id permittendum censuerint: quæ patimur aut pati nolumus, ab alijs proficiscuntur, quæ permittimus, à nobis. Accedit quod Conciliaribus Constitutionibus in primitiua ecclesia latis obscuro verbo derogatum esse existimari non soleat. at sexta Synodus, & Triburiensis, *vt refert Azor. vbi supr. quæst.5.* in infantia Ecclesiæ hanc authoritatem Episcopis concessit. nec facile Episcopi in Concilio existentes restringunt facultates suas, sed augent, vt in Concilio Trident. tam quoad superiores quam inferiores quamplurima liquent. Sed si Episcopi potestate sua abuterentur, reuocari, & soli sedi Apostolicæ reseruari hanc authoritatem posse, nemo dubitat.

Quando autem ex caussa vrgenti (nam ex ineuitabili necessitate licet sine Episcopi licentia in priuatis locis celebrare) Episcopi hanc facultatem concedunt, quas conditiones annectere conueniat: enarrat Ricc. *in prax. Episc. dec. 538. num. 2.* ex stylo *hodierno Curiæ Rom.*

Quæritur etiam an priuilegia Sixti IV. & Alexand. VI. concessa minoritis de celebrando quocumque loco congruenti, & honesto sint sublata? Eman. *qu. reg. tom 1. quæst. 43. art. 4. & 5.* non esse reuocata contendit, sed iniunctum tantum Episcopis vt ne patiantur extra dedicata oratoria celebrari, adeoque tacentibus Episcopis nihil scrupuli mouendum religiosis, in quos Conc. textus non dirigitur. sed Asor. *Inst. mor.* [illegible] *cap. 26. quæst. 7. post Nauar.* sublata credit. Ideoque Gregor. XIII. non obstante Conc. decreto patribus Societatis Iesu concessit, vt super altari viatico vbique gentium, etiam in castris militum, modo loca & si communia, & profana, tuta sint & honesta, & generalis aut prouincialis sic iudicauerit.

Valde pie & prudenter Conc. Trid. Pius V. Clem. VIII. decreuerunt vniformitatem 9.
officij in Ecclesia, iuxta Breuiariorum, Diurnalium, & Missalium formam, † Romæ impressam: ea facultate tamen, vt in Prouincijs imprimi possit præuia Ordinarij licentia, & antequam prodeat, diligenti visitatione. Quin vt exactius imprimantur, solent typographis dari priuilegia, ne alij incurij imitentur, & ob minorem sumptum facilius distrahant, publico malo. Eiusmodi priuilegium in controuersiam vocatum exacte defendit Marion. *en ses plaidoyes, Plaid. 3.* Regium quidem, non Pontificium. nam hoc ad terras patrimonij Petri restringit. *Plaid. 1.* Quamuis Clem. VIII. quidem in suo diplomate indistincte vbique id obseruari velit, vt in statu Romano non imprimantur, nisi sub modo iam dicto, sub pœna confiscationis librorum, & typorum; in alijs, sub pœna excommunicationis: sed non vetat vt ex typographis Principes eligant, (prout ipse Papa fecit in Vrbe, vt sola Vaticana typographia possit imprimere,) qui in prouincijs soli imprimere possint; nihilominus sub tali ratione; quo spectant citatæ orationes Marionis. Sicut permissio imprimendi eiusmodi sacros libros data Ioan. Mororo 1592. & Ioan. Kerbergio 1602. præter facultatem non continent vllam inhibitionem: sed hanc ipsam filij Moreti à Principe obtinuerunt 17. Ian. 1611. sub pœna confiscationis librorum. Tametsi priuilegium Plantino datum à Pio V. 28. Iul. 1570. sonet, *tibi vni licentiam concedimus &c.* sed forte hæc vna vox non expensa dictanti exciderit, aut illi vni concedit eatenus, ne inhibeat alijs qui suam industriam illi, vel Ordinario probaturi essent, si ex subsecuto Clementis diplomate coniectare liceat. Ad Breuiariorum partem spectant litaniæ. quare & Clem. VIII. vetuit:

Officia Romana quibus imprimere permissum.

tuit ne quis nouas Litanias prætextu alēdæ deuotionis edat, præter eas quæ in officio Romano continentur, aut in æde Lauretana decantari solent. *Decretum refert Quar. ver. Litania.* Gregor. tamen XIII. facultatem Hispanis concessit vt celebrare possint Officia propria Sanctorum, qui nō sunt in Breuiario Romano: quod interpretando restringit ad eos, qui illius diocesis sint naturales; Ecclesiæ, vel diocesis patroni; eorum corpora, aut notabiles reliquiæ ibi requiescant; in alijs seruetur ordo Breuiarij. Possit tamen quælibet Ecclesia habens caput, brachium, vel crus alicuius Sancti, etiam alienigenæ facere festum duplex. Idem clemens edidit nouum Pontificale veteribus abolitis.

Officia quæ ducentos annos excedunt, retineri possunt. Ea ex caussa familia Benedictina (qui antiquissimus Ordo est in Occidente.) Romanum Officium non recepit, cum eis Benedicti regula proprium Officium præscribat. quod tamen quia varie interpolatum erat, à Paulo V. concinnatum est ita ex Officio Romano, vt nihil ex præscripto regulæ omitteretur. quod amplecti possunt, qui militant sub Regula Benedicti vt qui vexilla S. Francisci sequuntur, ac plerique Ordines, quibus Regula Officium non præscribit, Romanum amplexi sunt.

Enimuero si quidem ducentos annos Officia propria excedant, vt prædictorum Pontificum constitutiones ad mutationem non obligent; non potest Episcopus sola sua authoritate nouum introducere, sed oportet vt mores antiqui obtineant; & per synodum, & caussa publice discussa, maturo omnium iudicio, quod expedit, discernatur. ita iudicatum refert Charond *Resp. l. 13. Resp 5.* atque ita obseruasse Car. Magnum. *ob vnanimitatem Apostolicæ sedis,* inquit. & *S. Dei Ecclesiæ pacificam concordiam.* Et recitat Choppin. *monast. l. 2 tit. fin. num. 25.* iudicia Synodalia diuersarum regionum Galliæ quibus sunt Romana Officia recepta, relatis vtriusque partis argumentis controuersiæ huiusmodi motæ apud Andes.

Quod si quis, vt minores ab Innocentio IV. priuilegium, habeat extra suos conuentus ratione itineris alteriusue iustæ causæ recitandi officium cum alijs, non iuxta formam Breuiarij Romani, abrogatum credo per dictam Bullam Pij V *cum Garz. de benef p 3. cap. 1, num. 177.* non tamen illud quod idem refert concessum Patribus S. Hieronymi, vt infirmi vel senes non officium recitent, sed aliquos psalmos &c. non enim id spectat ad formam recitandi, sed ad materiam obligationisque illius remissionem. vt accidit emeritis militibus etiam antequam rude donentur, vt non omnia militiæ officia implere teneantur.

Officium decenter dici debet, publice, & priuatim, & competentibus horis: qui tamen priuatim dicit, ex honesta caussa mane totum Officium vsque ad Completorium, dicere potest, alias vsque ad Vesperas *capit. 1 & ibidem Dd. x. hoc tit.*

Quibus ferijs duæ missæ sunt celebrandæ in collegiatis, ex rubricis Romanis, etiam in regularibus celebrandas esse, atque has etiam collegiatas dici ostendimus *in Consult. canon. h. t. consult. 2.*

Horas canonicas beneficiati, voto regulari, aut sacris ordinibus adstricti recitare tenentur. *c dolentes x. de celebrat. miss.* & deuote quidem ex natura actus, quod reuerenter cum Deo colloquendum sit quod & ethnicis visum, cum in sacrificijs monitorem instituerent, qui resonaret; *hoc age.* decreto etiam ecclesiæ sub Innocentio III. *districte,* inquit d. c. dolentes *præcipientes in virtute obedientiæ, vt diuinum officium, nocturnum pariter & diur-*

diurnum quantum eis dederit Deus studiose celebrent , & deuote. quod tamen quoad compositionem externam solet accipi ab aliquibus : quasi ecclesia de internis non indicet , aut statuat. *Diana p.2. t.11. R. 2.* & restituendi obligationem non inducit defectus deuotionis in recitante r. 1.quoniam illa pœna decretis ecclesiæ non est comprehensa. quæ eadem ratio facit, vt quamuis Concilium Basiliense *sess.21.§.3.* & Tridentinum *sess.24.cap.12.* obliget ad cauendum; non tamen non canenti vel fructuum vel distributionum priuationem imponit. præterquam quod consuetudo plurium locorum non obstante Concilio in contrarium obtinuerit: quam nec interturperint prælati: ad quos dirigitur Concilium. *R. 6.* quinimo confabulantes etiam ad mortalem indecentiam, & moram vsque, si postmodum recitent non obligari ad restitutionem distributionum , dum Capit.*licet. x. de præb. & c. vnicum de cler. non resid. in 6.* solam præsentiam requirit.*idem R. 7.* & quamuis recte præsentia moralis exigatur, adeoque attentio: *l.coram Titio D de verb.obligat* tamen ea pœna diserte non imponitur moralem præsentiam non præstanti.*Vide quæ diximus supra de cleric.non resid.n.27.& seqq.*

In beneficijs autem tenuibus, & quæ alia onera adiuncta habent, ad arbitrium boni viri pertinet, quantum ille recitare; hic non recitans restituere teneatur.*idem Diana. R. 8. & 9.* quare etiam qui nondum fructus percipere potest , nondum recitare tenetur: *idem R.21.* quo tractatu Diana plures eiusdem generis quæstiones resoluit: & R.27.notat in restitutione facienda fabricis ecclesiarum, aut pauperibus, inter pauperes etiam esse ipsum beneficiatum, si egeat; eiusque consanguineos, si pro suo statu opus habeant; & fraus absit.

Quin & Laici † in Ecclesia Clericis non debent misceri, nec secus altare tam ad Vigilias quam ad Missas stare, *sed pars illa,* inquit Conc.2.Turon. can.3 *quæ à cancellis versus altare diuiditur, choris tantum psallentium pateat Clericorum: ad communicandum vero laicis & fœminis pateant sancta sanctorum.* Idem constitutum est à Conc 6.generali Const. can.69. *excepta authoritate Regia ex antiquissima, inquit, traditione:* Concil Trident.sess.25.de Reg.c.10. vetuit asseruari in choro Monialium sanctam Eucharistiam; potest tamen ex caussa vt in festo aliquo ex licentia Prælati illic exponi aperte ad earum deuotionem. *Sa. V. Euthar.§.35.* 10. *Situs cleri & populi in Ecclesia.*

Numerus missarum, anniuersariorum, † aliorumque seruitiorum, vbi nimius est, reduci debet. taxa autem reductionis moderata esse debet pro regionis & temporis circumstantia. vt Serol. *pr p.1. vers. Missæ, §.4.* referat Cardinales censuisse sufficere pro annua mercede Capellani 50. aureos & Concil. Prouinc. Surrentinum assignasse pro missa diei festi 12.ducatos aureos,& ferialis sex quotannis.Reductio autem fit siue missæ institutę sint per vltimam voluntatem, aut inter viuos; siue iam olim,siue deinceps: etsi Vrbanus VIII.16.8 de futuris aliter disponat.cuius decretum non vbique receptum est. vt hæc enucleatius *diximus in Consult.canon.h.t.consult.* 1.Itaq; si nō adsit copia celebrantiū, & est multitudo Missarū,potest Episcopus cōpellere Rectorē ad adiungendum sibi alios sacerdotes,cū moderamine multitudinis missarum. *Serol. vbi supra.§.3 ex Cong.Conc.*quod si fieri nequeat, recipiuntur in communi scrinio oblatæ eleemosynæ,& loco Missarum fit Officiū defunctorū.& Missa cantata pro illis generaliter,& singulis mēsibus eleemosyna distribuenda est,vt fecit B.Carolus Borromæus Archiepiscopus Mediolanensis. Alioqui 11. *Anniuersariorum reductio.*

quam

quam potest fieri minime alterandæ sunt piorum voluntates, ne quidem quoad locum; nam Missa etiam circa sepulturam magis quam alibi celebrata prodest defuncto. *Serol. pr.p.2.ver.missa, vbi refert Grego. XIII. ita respondisse.* Donationum enim conditiones obseruandæ sunt, alioquin reuocari possent, *l.1. 2.C. de donat. quæ sub mod. l. vlt. Cod de reuoc. donat. cap. verum, extra de Cond. appos.* quod agit de donatione facta Ecclesiæ. quæ loca Concil. Trid. Molin. obijcit; sed non vidit aut animaduertere voluit, Conc. loqui vbi fundationes impleri nequeant, adeoque surrogare quod fieri potest, quo minus *depereant pia testantium voluntates, ac cupere quo plenius & vtilius potest impleri*, eoque fine statui *quicquid magis ad Dei honorem & cultum, atque ecclesiarum vtilitatem expedierit*; sic enim loquitur: quis modo pius audire volet, & hæc nolit de suo elogio statui; sicubi vel ipse non satis prouiderit, aut tempus bene constituta mutarit? Impius cum Molineo mihi erit, qui sic pius.

De missarum reductione iuxta decretum Vrbani VIII. multa tradit Diana *p. 2. t. 14.* quod & *in Consult. canon. h. t. excussimus.* & vt pluribus eleemosynis vna celebratione satis non fiat *ex declaratione S. cong. interp. aliaque id genus.*

DE RELIQ. ET VENER. *Sanctorum.*

1. PRudenter Alexander III. Pont. Roman. *cap. 1. de reliq. & vener. sanct. & in c. 2. Inn. 3.* inhibuit, † ne sine Sedis Apostolicæ authoritate aliquis publicis votis & cultu solemni celebretur ac colatur. Etsi alioquin nouorum miraculorum, aut nouarum reliquiarum receptio Episcopo approbante fieri possit, qui adhibitis Theologis ac alijs de ijs decernat quæ veritati congruent. Si qua tamen grauior quæstio incidat, Metropolitani Comprouincialium Episcoporum sententiam exquirant, (sic tamen vt nihil inconsulto Roman. Pontifice nouum, aut in Ecclesia hactenus inusitatum decernatur.) *Trid. sess. 25. de Inuoc. & vener. & reliq. Sanctorum, in fin.* ne irrepant falsa improborum molimina, quemadmodum Tacit. *l. 4. histor.* enarrat, duo non sacra miracula à Vespasiano patrata: vt eius attactu ægro conuersa est ad vsum manus, ac cæco relnxit dies. *Vtrumque, inquit, qui interfuere, nunc quoque memorant, postquam nullum mendacio pretium.*

Sine Rom. Eccl censura nemo publice vt sanctus colendus.

2. Vsus tamen hic habet, vt eleuari † eorum sepulturæ possint, qui jam olim in possessione sunt vt à populo colantur: modo id fiat cum decreto, quod nolit per hoc Præsul id faciens talem pro Canonizato haberi, eumue cultum ei deferri qui solis Canonizatis proprius sit, expressus in d. c. 2. Ita Archiepiscopus Mechlin 23. Febr. 1603. decreuit quoad reliquias Bonifacij Episcopi Lozan. in Monasterio Camereno iuxta Bruxellam quiescentes & eleuatas: quippe olim à populo luminibus, votis, peregrinationibus ibi cultus fuerat. Sac. enim Cong. censuit sanctorum reliquias antiquas habendas in illa veneratione, in qua hactenus fuerunt. Dicta itaque cap. 1. & 2. locum habent quando reliquiæ sunt nouæ, & publice exponuntur, & proponuntur tanquam alicuius Sancti. Solius enim Pontificis est aliquem in Sanctorum numerum referre; saltem post eas Constitutiones. Nam Petrum, Apostolos, discipulos, primosque Martyres, Confessores, Virgines, sanctiones nullæ

nullæ canonizarunt. quod ipsum nomen est posteriorum sæculorum; res tamen summam rationem habet, ob incommoda & indiscreti populi iudicium; ob quod olim dictum fuit, multorum animas cruciari in inferno, quorum nomina celebrantur in terris. Et d. c. 1. refert, à populo hominem quendam in ebrietate occisum, pro quo Ecclesia vix permittit orare, cultum vt sanctum.

Antiquas † porro reliquias, seu etiam de nouo inuentas, antiqui tamen Sancti, hodie ex d. loco Concil. Trid. secus quam iure antiquo (nisi dicamus Concil. Trid. de cultu non tractare, sed tantum de prædicationibus insolitarum rerum à Theologis examinandarum cum ille dictorumq; canonum interpretatio magis ad Iurisconsultos spectet) venerari licet, etiam publice, absque noua Romani Pontificis authoritate. Videri itaque potest Conc. Trid. hodie modificasse cap. 2. hoc titu. quod mandat antiquas tantum in capsis ostendi, nouas seu de nouo inuentas inconsulto Papa coli publice vetat. Trid. autem vetat, nouas reliquias recipi, nisi recognoscente Episcopo, vt quod ea in re fuit iudicij Papalis, nunc fit Ordinarij. Non autem possunt nouæ reliquiæ nouorum Sanctorum hic dici, quasi nunc ex solo Episcopi iudicio publice venerari liceat ossa alicuius non canonizati; quamuis ita sentire videatur Petrus de Lorca *in 3. p D. Thomæ, quæst. 25. art. 6. d. 98. nu.* 10. quia hoc non agebatur à Concilio vt de nouis sanctis recipiendis aut non canonizatorum ossibus aliquid decerneretur: sed de abusibus corrigendis qui frequentabantur circa veterum sanctorum reliquias à quæstuarijs, alijsque. prout verba Conc. narratiua de his, nihil autem de illis sonant: ideoq; dispositiua non vlterius sunt extendenda: præsertim cum vtitur narratiuorum cum dispositiuis hac connexione, *hæc vt fideliter obseruentur &c.* atque generalibus tantum verbis; cum tamen correctio d. c. 1. de sanctis citra authoritatem Papæ publice non colendis, diserte fieri deberet. Pro cuius rei cautione accipi etiam posse videntur finalia verba Conc. *Ita vt nihil inconsulto Sanctiss. Romano Pontifice nouum, aut in Ecclesia hactenus inusitatum decernatur*; quale foret eo inconsulto nouum Sanctum recipere publice; dum Alexand III. *in d. cap.* 1. asserit, etiam si per aliquem miracula fierent, non licere absque authoritate Romanæ Eccl. ipsum venerari. Reliquias itaque nouas accipio pro nouiter repertis. Ea antithesi vtitur d. c. 2. cum nec reliquiæ hic dici possint, nisi illius qui ab Ecclesia sanctus habeatur; cuius declaratio diserte à Concilio Episcopo non tribuitur, sed per d. cap. 1. Papæ reseruatur, &, vt dixi, finalibus Concilij verbis. Reliquiæ itaque nouiter repertæ recognoscendæ, & approbandæ sunt ab episcopo. qui simul atque de ijs aliquid compertum habuerit; adhibitis in concilium theologis, & alijs pijs viris; ea faciat quæ veritati, & pietati consentanea iudicauerit. Vbi *compertum* accipimus morali certitudine, nec exigimus tam euidentia documenta, quam in nouorum sanctorum canonizationibus, alijsque materijs, quæ iudiciali plenaque probatione egent. *Diana p. 2. t. 1. misc. r. 51. post Ambrosium morales* ita vt Ordinarius probatum sibi (*iuxta L. 3. §. 1. vers. Tu magis & vers. sicut non semper, ita sæpe sine publicis monumentis cuiusque rei verit.us deprehendi potest,*) existimet veras illas esse, adeoque venerandas reliquias: habito quidem theologorum consilio, quamuis non assensu. quæ tamen idem Tridentinum tractari vult in synodo prouinciali; ex votorum episcopalium pluralitate deciduntur: alia peragit sola sua authoritate episcopus: etiam extra dioecesim: vt cætera quæ voluntariæ sunt iurisdictionis. *Diana ibid.* Publicum autem cultum *ex Molano in Natalib. Sanct. Belg. 5. Ianuar. in S. Gerlaco*, insigniter distinctum à priuato in Belgica nostra olim 3.

animaduertimus; quod inter decantandas Litanias cum alij Sancti sonora voce inuocarentur; non canonizati submissa sine cantu rogarentur, quasi priuata cuiusque prece.

Ad rationem priuati cultus spectat ille, qui litteris Beatificationis permitti solet. non vniuersim, sed vni dumtaxat loco, Ciuitati, Prouinciæ, Ordini. Quæ litteræ ideo stricte sunt interpretandæ, quia derogatoriæ sunt iuris, adeo vt quicquid diserte illis non permittitur, ex priori iure maneat inhibitum, non ad alia loca, personarum aut cultus omnino genus extendi possint, quam quod apertis verbis exprimatur. & vnius expressio, alterius sit exclusio: adeoque non expressi missam, aut officium de taliter beatificato dicere non possunt. *Diana p.2.t 1.misc.r. 55.* Quem modum tamen quorundam Sanctorum cultum ad certa loca, seu personas restringendi, iam olim quamuis non tam frequenter à pluribus sæculis Pontificibus Romanis fuisse vsitatum, constat ex diplomate Honorij III. qui sedit an. Domini 1216. quo B. Roberti Abbatis Molismensis, authoris Ordinis Cistertiensis, ann. suo VI. Conuentui Molismensi, nondum inter Diuos relati cultum, his verbis concessit: *vt eum tamquam sanctum in vestra Ecclesia venerantes, eius apud Deum suffragia fiducialiter imploretis. Aub. Miraus habet exemplum Bulla.*

Gregor. XIII. Const. in c. omni 11. Iun. 1572. vetuit † ne Agnus Dei minio, colore, auro, inficiantur, depingantur; sed puri & albi seruentur; vt repræsentantes Agnum illum purum qui suo sanguine nos lauit, & abstersit peccata mundi.

8. Apud Gallos pro reliquijs coli solet flammula sacra seu vexillum Regium ab altari Dionysij sacrum; quod aduersus hostes in prima acie statuebant: quo viso aduersarij sæpius territi, terga verterunt. *Refert ex Rigordo Choppin. de sac. polit. l. 2. tit. 2. num.* 18. sed existimant Flandri, postquam iniusto aduersus eos bello prælatum esset, confractum fuisse, & mansisse imposterum.

——vanas sine viribus iras.

De canonizatione sanctorum, & vt solus Papa beatos declaret, & canonizet; quæ forma hodie, quæ præscripta nupera Vrbani VIII. vt præuia sanctitatis fama, & super illa inquisitione, super vita, virtutibus, miraculis diligenter discussis, ex delegatione apostolica, quamuis & ordinarij ex Tridentino super nouis miraculis possint inquirere, nec immemorialis consuetudo turbetur, quæ denique sit praxis canonizationis, & beatificationis, quis publicus cultus, quis ante canonizationem prohibitus? latius diximus *in Consult. canon. consult. 2. h. t.*

DE OBSERVATIONE
Ieiunii.

1. *Collatio vespertina*

IEiunium vnicam per diem naturalem refectionem admittit. serotinam tamen collationem consuetudo recepit. eamq; quot vnciarum? trium quatuor, sex, octo, dispntant authores. Diana p. 1. t. 9. R. 1. sex, & octo magis probat. alij quartam eius quod cuique pro ordinaria cœna satis sit. quidam etiam tertiam non damnant. rectissime illi qui consuetudinem loci spectandam iudicant, vt in admissione collationis, ita & in quantitate.

A qua

A qua etiam petendum, qui cibi ad collationem adferri possint? & negat Diana timoratorum consuetudinem esse, vt admittantur cibi ad sustentationem sumi soliti, vt pisces, oua, legumina: sed frustum panis, cum fructibus & herbis, citat authores omnino multos, reprehenditque Bonacinam, quasi solum, docentem non tam qualitatem cibi, quam quantitatem hic spectandam. sicubi tamen consuetudo liberiorem cibi alicuius vsum fecerit, damnanda non mox erit. *arg. eorum quæ citat Siluester in sum. v. ieiunium num.* 4. 15. 16. 28. vt *c.* 2. §. *item de illu. x. de obseruat. ieiun.* vbi sine scandalo in sabatho vsus carnium permittitur ex cõsuetudine: quam habent Belgæ in sabathis inter natalem Domini & Virginis purificationem. quam & in registris Romanis probatam inuenisse afferunt viri quidam fide dignissimi. sic & esum laridi, sagiminis, alicubi & lacticiniorum consuetudo licitum facit. *Diana.R.*21. per eandem extra culpam est liberalis collatio in vigilia natiuitatis. *Diana* R 35. quæ tamen non vbiq; viget. vti nec recepta est matutina collatio in vicem serotinæ. quam tamen aliqui à mortali excusant: quia substantiam consueti ieiunij non perimit, dum tempus tantum mutat. si qua iusta causa adfuerit, etiam à veniali R.33. interruptio etiã aliquanti temporis vnitatẽ refectionis non impedit. sed moraliter continuata cẽsetur R.32. nec potus. R.23. nec si quid bona fide paruũ edatur, ne is noceat. R.24.

Consuetudo etiam quibus demum diebus ieiunium obtineat, discernit. *d.c.*2. §. *de festiuitate,* hora etiam cœnæ, seu prandij, ex consuetudine æstimanda est. ita vt notabiliter anticipari non possit. *Diana* R.27. etsi mortalis non sit culpæ: &, si qua causa iustificetur, anticipatio, nec venialis erit. *ibid.* tametsi Concilium Cabilonense ante vesperas manducantem ad horam nonam non ieiunare declarauerit. *c. solent. de consecrat. dist.* 1. si quem tamen occupatio à diuinis abducat, æstimata vespertina hora ieiunium soluet. *d. c. solent.* 2. *Hora refectionis.*

Eadem consuetudo in loco generalis, obligat illos qui in loco degunt, etiam qui ordinarijs ieiunium indicentibus subditi non essent. R.36. an etiam peregrinos? *nulla melior est disciplina graui prudentique Christiano, quam vt eo modo agat, quo agere viderit ecclesiam ad quamcumque forte deuenit; eius morem seruet, si cuiquam nolit esse scandalo, nec quemquam sibi c. illa dist.* 12. quæ sententia communis est, licet altera nec improbabilis. *quam tenet Diana.* R. 2. & arg *ref.* 73. 74. *t.* 5. *p.* 3. consequenter qui à domicilio abest, illius ieiunijs non tenetur. *d.c illa.* vbi *cum Romam venio,* inquit D. Ambrosius, *ieiuno sabatho: cum Mediolani sum non ieiuno.* ratio est *in c.* 2. *de constit. in* 6. quod huiusmodi obligationes sint locales, quibus extra locum impune non paretur. *Diana* R.18. quin imo in loco domicilij, vbi ieiunatur, sumere potest mane collationem loco vespertinæ, aut horam præuenire non nimis notabiliter, prosecuturus ad locum, vbi vesperi non tenebitur ieiunare. R.3. 3. *Peregrini.*

Infirmi ac debiles à ieiunio excusandi sunt, cum non subiaceat legi necessitas. *d.c.* 2. *hoc tit.* ad hos referuntur prægnantes, & lactentes. *Diana* R 14. septuagenarij senes: etiam sexagenarios, & validos vult *Diana* R.20. cum senectus quasi morbus sit, & præsetuandæ valetudini id sit dandum. atque ita respondisse Pium V. securius tamen senes sexagenarij robusto corpore ieiunauerint; saltem aliquoties per hebdomadam, arbitrio æquo ac bono sacerdotis, aut prælati. vt prælatis æstimationem infirmitatis committit d. c. 2. prægnantibus autem facilior debet esse indulgentia, ob fœtum, cui piæ facere periculum ignaræ facerent. vt ne quidem illis liceat ieiunium ad superandos carnis stimulos, cum periculo fœtus. *Diana.* R. 30. infirmi tamen isti & debiles non mox carnibus *Debiles.*

vtuntur, sed ex Episcopi discretione, cum iudicatur necessarium. *d. c. 2.* consuetudo tamen si nondum septenni carnes comedere permittit, non damnatur. imo *Diana. R. 72.* etiam citra consuetudinem tanquam ex legibus concedit.

4. *Laboriosi.* Necessitas eadem facit, vt legi ieiunij non subiaceant, qui laboriosas operas aut artificia faciunt. agricultores, fabri ferrarij, murarij, lignarij: *Diana R. 9* sutores: *R. 7.* an etiam sartores, & barbitonsores? putant quidam ob Eugenij IV. quoddam priuilegium indistincte artifices à ieiunio eximens. sed sane ratio magis quam verba priuilegij ponderanda sunt, *V. Dianam R. 8. Siluest. vbi s. nu.* qui accepit priuilegium in laboriosis.

Quæ ratio facit, vt & concionatores & alij qui officio sibi incumbenti satisfacere non possent, nisi liberalius exhiberentur, tantum bona fide sumere possint, quanto sit opus oneri bene explendo. idemque dicendum de itinerantibus non tantum ex necessitate sed bona fide secundum temporum opportunitatem: quod timoratorum consuetudo extra pedestrem fatigationem, aut similem iustam causam vix recepit.

5. *Quis obligationem ieiunandi soluat.* Obligationem ieiunij ab ecclesia indicti soluit solus Papa. Votiuum in melius commutat etiam episcopus *Siluester num. 19. vbi sup.* episcopali lege præscriptum remittit Episcopus quia eius est legem soluere, cuius est ferre. consuetudine sola inductum consuetudo etiam minoris temporis abrogat, quam ab ecclesia præceptum. Verum vbi necessitas subest, episcopus non tam relaxat, quam non obligare declarat ieiunium *respondemus* inquid Innocentius III. *in d. c. 2. in fin. quod cum non subiaceat legi necessitas, desiderium infirmorum* (petentium sibi esum carnium indulgeri) *cum vrgens necessitas exigit, supportare potes, & debes. vt maius in eis periculum euitetur.* & propterea fere in Italia vsus habet, vt vtriusque medici, id est confessarij, & secularis medici testimonium exhibeatur: hic fere incognitis solius medici corporalis iudicium exigitur, & magis minusue, pro gradu necessitatis, rigor remittitur. *Vide de Ieiunio late Couar. l. 4. var. c. 20.* Nō in sola abstinētia cibi, inquit Leo, stat nostri summa ieiunij: aut fructuose corpori esca subtrahitur, nisi mens ab iniquitate reuocetur. Igitur ieiunij pars melior est, finisque ecclesiæ castigare præterita, atque imposterum à vitijs abstinere.

6. *Ieiunium à vitiis.*

7. *Breue Ieiunii dispensatoriũ pro exercitu Belgico.* Ad consulendum securitati conscientiæ, & corporum commoditati, ac valitudini eorum, qui in exercitibus Regis catholici in Belgio & Germania pro religionis catholicæ defensione, & rebellium hæreticorum profligatione, militant, Pontifex quotannis facultatē concedit vniuersis & singulis militibus dictorum exercituũ, vbi in proxima quadragesima, vbicumq; eos in dictis prouincijs declinare contigerit, ouis, caseo, butiro, & alijs lacticinijs, nec non carnibus (feria sexta, & sabbatho cuiuslibet hebdomadæ, & tota maiori hebdomada quoad carnes exceptis) vesci libere, & licite valeant. De vnica refectione non est in Breui mentio, sed illa relicta iuri communi: vt laborioso exercitio obnoxij corpus ampliori, atque necessario ad illud cibo vegetare possint. Causa Breuis facit, vt verbum *militare* & *milites* nō in rigore accipiatur, sed omnes cōprehendat, qui onera militiæ ferunt, duces, centuriones, decuriones, gregarios, tirones, & cuiuscumq; scolæ alios nautas etiam & id genus cæteros, tormentis impedimentis, alijsq; militiæ necessarijs functionibus addictos, calones etiam, & militum vxores: dum, quā possunt militiæ operā nauant, & subministrant, vt Germanicarũ copiarũ mulieres insignes sunt adiuuę in militaribus etiam necessitatibus. quin imo ad totam familiā extendi priuilegium concessum

patri

patri familias militi quidam arguunt ex *l. 9. C. de prox sac. scrin. l. 1. C. de epis. & cler l. 5. C. de sacrosanct. eccles.* familiã esse omnes domesticos illius expensis cõmensales. *c. 5. de verb. significat. in 6.* tamẽ sr nõ participãt de causa finali priuilegij nõ facile participes priuilegij faciẽdi sunt, sed personale illud videtur, neq; personã egredi. dũ autẽ simul tolerant militiæ labores, suo ipsi nomine accessorie, militare, & Breui cõprehendi videbuntur: obtinereq; illud D. Pauli *sicut socij passionũ estis, ita eritis & consolationũ* quod & in contrariũ vertit D. Augustin. *volumus,* inquit *serm. 47. de sanct. gaudere cum sanctis & tribulationes mundi nolumus sustinere, cum illis. qui noluerit sanctos martyres, vel in quantum poterit noluerit, imitari; ad eorum beatitudinem non poterit peruenire.* & infra *Recusat esse in corpore qui odium mundi non vult sustinere cũ capite.* qui ergo non vult participare de labore militiæ, gaudere nõ debet priuilegio. quamquam vsus obtinuit longe benigniorem interpretationem. Præfertim etiam in præsidijs. tametsi Roma scriptum referatur Breui locũ dumtaxat esse *si miles in expeditione sit.* quippe in expeditione etiam esse censetur, qui militiæ causa domo abest; quamuis non in acie sit. sed præsidio. *l. 17. C. de testam. milit. & ibi Gotofret. & quæ citat glossa in verb. beneficium.* si non instar domicilij, sedisque perpetuæ fuerit *l. 239. D. de verb. signif.* alioquin si priuilegium ad aciem restringatur, illusorium fere erit beneficium aduersus *l. 18. D. de leg.*

DE ÆDIFICANDIS ET REparandis Ecclesiis.

HÆc materia in Conc. Prouinciali Mechlin. ann. 1607. serio fuit agitata: sed ob nouitatem rerum per intestina bella inductam, quæ plerasque Ecclesias valde afflixerunt, multas solo æquarunt, quod antiquis recordijs, quæ vocant, & vsibus locus non
esse: sed ea in casu reparationis † tantum qualis vsufructuarijs incumbit, non in nouis o- 1.
peribus obtinere videretur, (vnde in Gallia Carol. IX. edict. 18 Septemb. 1571. & 3. No- *Reparatio*
uemb 1572. Clero vniuerso indulsit, ne sacra ædificia, quæ ab intestinis Galliæ motibus *non noua*
corruerant, reficere teneretur; quæ extarent tamen, sarta tecta tueretur, *Choppin. Monast.* *constructi*
lib. 2. tit 2. num. 13. Gall qu. 69.) quodque Concil. Trid. ius commune crederetur in huius- *Clero incumbit.*
modi casibus reduxisse, ac quædam essent, quæ sæculares ita tangerent, vt à prælatis ad officium cogi non ita facile possent: denique vt infinitis litibus ex huiusmodi diuersitate casuum ac recordiorum nascentibus obuium iretur: Visum fuit certam ineundam esse rationem, cui omnes se conformare tenerentur.

Itaque Serenifs. Princeps ex suo Consilio Brab. præclarum aliquem Consiliarium delegauit; qui cum deputatis Cleri Brabantiæ sæpe multumque contulit: & denique pluries
relatione facta † Principi & Concil. quædam capitula decreta sunt, per formam Regu- 2.
lamenti: prout aliquot post annos eadem per formam edicti in Flandria constituta. 2. *Hodiernũ*
Octob. 1613. & promulgata. 21. Iun. 1614. in Concilio Flandriæ & typis commissa sunt: *in Belgio*
Quorum summa hæc est. Si qui speciatim tractatus aut conuentiones inter aliquos in- *ius.*
itæ sunt super his ruinis, seruabuntur: sin minus, prouentus fabricæ impendentur, tam in nouam ædificiorum extructionem, quam antiquorum reparationem: & in

templis præſertim ruſticanis ſub concione, aut ſacro, ædiles per populum collectam facient, & gazophylacium in templo ſtatuetur, in quo recipiātur deuotæ ad hoc opus piorum oblationes. Deinde vbi hæc non ſufficient, ſubſidium ſumetur ab omnibus decimis in manu mortua exiſtentibus, ſiue liberis ad naturam primigeniam reuerſis, ſiue adhuc feudali vel alio nexu aſtrictis, ſiue in manu ſæculari exiſtentibus, quæ tamen doceri poſſint ab Eccleſia eſſe profectæ, poſt Concil. Magnum Lateran. ſub Alexand. III. ann. 1179. celebratum: vt caſu ita poſtulante per annos ſex triens illarum contributioni ſubijciatur. Contribuent etiam iuxta iuris communis diſpoſitionem, qui beneficia in ijs Eccleſijs poſſident. Nihil tamen poterunt ſtatuere ædiles ſine ijs quorum intereſt: & ſine eorum conſenſu vetus forma ædificij non mutabitur; ſed inibitur ratio magis conueniens, vocatis in conſilium peritus, & minus ſumptuoſa. Edent etiam ædiles computus ſuos ijs, qui percipient decimas, vt videant an bene adminiſtrentur, & quantum deſideretur: & vbi hæc non ſufficient, ex indultu Principali tranſibitur ad collectam, & capitationem eorum, qui in ea Eccleſia alimenta ſpiritualia recipiunt. & ſi caſus occurrat hic non deciſus, recurretur ad Principem, aut eius Conſilium, vt amicabiliter, aut alioquin ſummariè & ſine ſtrepitu tranſigatur. Atque hæc omnia prouiſionaliter ad excludendas infinitudines litium. Ad principem, inquam, recurritur, ſi dubium oriatur circa eius conſtitutionem; quia eius ſit interpretari legem cuius eſt condere: alioquin & vt ius commune, & Conc. Trid. *ſ. 7. c. 8.* ad curam & cognitionem Epiſcoporum reijcit, vt Eccleſias quas reparatione egere iudicauerint, reparari mandent: etiam appellatione excluſa, ſi viſitando decernant.

3. *Ad reparatas iam Eccleſias non pertinet.* Videtur † edictum non ſpectare ad Eccleſias iam reparatas; quia generale eſt futuris non præteritis negotijs leges ferri, tum maxime quia neque finis atque mens, neque verba edicti eo ſpectant. verba omnia futuri temporis ſonum habent: anima edicti ſpirat in duobus in eo relatis punctis: Primo, dicit Princeps ſe illud Regulamentum præſcribere, vt eo citius templis exædificatis Dei cultus promoueatur. Secundo, vt infinitudo litium vitetur. Primum, ædificata iam Eccleſia, ceſſat. Secundum contrariatur intentioni hic ex edicto agentium: nam vbi Principes ceſſare per edictum ſuum volunt lites, illi per hoc excitare eas volunt, & ex eo occaſionem arripere nouæ litis ſuper reparatione iam facta, ſine controuerſia quidem, & quaſi ex debito, ſine emiſſione aliqua contrariæ proteſtationis, prout huiuſmodi reparationes multorum locorum conſuetudines ante edictum ſimpliciter ad parochianos reijciebant. Ex bono tamen & æquo decima nonnihil ex ea pecunia quæ adhuc debetur ob reparationes luere poſſunt, ſeu ex eo reditu cuius nummis capitalibus Eccleſia ædificata eſt.

4. *Neque vbi iuxta priora iura Clerus iā officio functus.* Cæterum † vbi ante edictum Clerus functus fuit officio, reparata ea templi parte quæ priori iure ſeu conſuetudine ad eum ſpectabat, puto non poſſe ex edicti iure, quod ad fauorem & leuamen eius inductum fuit, grauati.

5. *Neque ad turres.* Ad reparationem vero † turris, neque ante, neque poſt edictum ſcio aliquem decimatorem condemnatum; ſed tantum campanæ, & ad eam neceſſariarū trabium &c. Dū tamen edictum conciperetur, ſcio quoſdam Conſiliarios eo inclinaſſe, vt decimæ in cōtributionem vocarentur: ſed in edicto non eſt expreſſum: credo ob cōtrarias hic conſuetudines, & diſſidentes tum Conſiliariorum opiniones: Ob quam contentionem aliaſque etiam in fine edicti additum videtur, vt in caſu controuerſiæ per illud non deciſæ recurratur ad Principem eiuſue Concilium.

Defal-

Defalcanda autem eſt portio † Canonica quæ Paſtori ex decimis ſoluitur, ſimiliaque onera;atque ex reſiduo tantum triens in Eccl.reparationem exigi poteſt:prouentus enim bona,& fructus ij cenſentur,qui deductis oneribus ſuperſunt. 6. *Defalcanda portio canonica.*

Si etiam per infortunium,† non elocatoris culpa aliquod damnum accidit, cum iubeat edictum prouentus trientem quot annis impendi, ſi collector non ſoluit totum vel partem;eius quod non ſoluit triẽs cuiuſq; pro rata periculo eſt: præſertim quia hãc quotam Princeps obligationi ſubijcit: debitor autem ſpeciei interitu liberatur.accedit finis edicti, vt alleuietur clerus, nec ſupra quam commode facere poſſit,exigatur. 7. *Et damnum fortuitum.*

Quin & edictum ad neceſſarias templi, id eſt, ſubſtantialium partium, tecti, parietum,chori,vel nauis,vt loquitur,&c.reparationes reſtringendum eſt,non vero ad ornatum † interiorem extendendum:vt aliquid materiæ relinquatur deuotioni,aliorum. 8. *Ad ornatũ intrinſecũ nõ ſpectat.*

Quia ſingulorum † annuorum prouentuum trientem in obligatione eſſe dixi, vt ſonant verba edicti,*deux années à payer en ſix années par egale portion,ſi auoir le tiers en chaſcune desdits deux années.* vbi æqualitas portionis refertur ad trientem in ſingulos annos non vero ad æqualitatem portionum annuarum inter ſe inuitis incolis, aliter officio decimatores defungi non puto. 9. *Singularum eſtatum tertia debetur.*

Enimuero arbitror † non vſque adeo fundatos incolas ſi nunc ſummam duorum annorum petant ſimul, qui antehac tacuerint; nam etſi lapſum ſit ab edicto verbi gratia quinquennium,tamen trientem decimarum non puto ante debitum,quam quibus annis petitur;non enim quaſi ex puro puto debito ſoluitur,ſed magis ex officio Iudicis. qualia non ante debentur quam petuntur. Itaque trientem eo primo anno ſoluendum puto, quo petitur;tantiſper enim ſupereſt ratio edicti, ne ſimul clerus obruatur, ſi ingentem ſummam conferre debeat,ſed quantum facere poteſt vt dilata & diuiſa ſolutio tempore ipſo fit facilior, vt in quinquennalibus inducijs ex graui æquitate quandoque receptis probamus.quamquam ab aliquibus Brab.Conſiliatijs ſecus audio reſponſum. 10. *Non ſimul tamen exigenda etiã poſt lapſum aliquorum annorum.*

Cætero-quin ſatis Regulamentum † procedit ex bono & æquo,& conformiter ad ius commune.Quamquam enim qui Eccleſiam deſtruxerunt,ad eam reparandam teneantur,& magiſtratus qui per ſocordiam non impediuit.*Peck.de reparatione Eccleſiarum cap.3. &* 7.imo & qui vſus eſt Eccleſia vt arce pro rebus ſuis defendendis, vnde euerſio nata eſt, aut alias cauſſam efficacem dedit *idem c.*8. 11. *Regulamento ceſſante qui reparare teneretur.*

Tamen cum pleræque Prouinciarum † & ciuitatum reconciliationes harum rerum quaſi memoriam damnarint,redeundum eſt ad ius commune,iuxta quod bona fabricæ imprimis diſcutienda ſunt.*Peck.vbi ſup.c.*14. 12.

DEVS in ſacris literis Iſraelitas increpat ex captiuitate reduces,quod omnes ad domos ſuas ædificandas conuerterentur,neglecta domo Dei.Similiter Poëta minitatur Romanis,

Delicta maiorum immeritus lues
Romane,donec templa refeceris.

Concil.Trid.*ſeſſ.*21.*cap.*7. ex fructibus & prouentibus quibuſcumque ad Eccleſias quomodolibet pertinentibus,eas reparari iubet; & in eorum defectum omnes patronos vocari,& alios qui fructus aliquos ex dictis Eccleſijs prouenientes percipiunt, ac in horũ defectũ,parochianos per ſymbola: aut, ſi omnes nimia egeſtate laborãt, transferri in vicinas,

vicinas,& erecta in loco cruce ad prophanos vsus non sordidos permittit applicari. Et hoc casu intelligo declarationem Cong. Conc. quam refert Serola. *p.2.v.r. visitatio.d. 9 his verbis,si populus nolit Ecclesiam,quæ minatur ruinam,restaurare;ea debet penitus dirui. Sa:v.Eccl.* §.18. Obligat Cōcilium patronos,& alios qui fructus aliquos ex Ecclesijs prouenientes percipiunt. vbi vox,*alios*, cum præmissis videtur significare eiusdē generis: & propterea patronos Ecclesiasticos, vt vocātur vulgariter qui per incorporationes,seu aliâs possidēt prouentus Ecclesiasticos,aut decimas:patroni autem illi,qui nihil horum possident, an comprehendat Concilium,quæri potest:& non comprehendi nisi eos forte, qui se obligarunt imposterum recte dicitur. Verum in reparandis Ecclesijs fere passim consuetudo (qualis seruāda est.*c.quicumque,c filijs.16.q.7.*)ad populum nauis reparationem transtulit. Ita iudicatum Parisijs cōtra parochianos N.anno 1575.& parochianos de Fontaine eodē anno. Et Cōc.Brab.iudicauit pro Capitulo Antuerpiēsi cōtra incolas de Cōteca an.1602. & ita habet generalis cōsuetudo locorū quæ nūc & olim sub dioecesi Cameracēsi fuerūt; quamuis recordia Leodiensia rigorosius cum decimis agant. Nauis porro est quicquid extra cancellos seu oxale est. *Pec.cap.13.n.23.* Enimuero qui decimas & beneficia Ecclesiastica possident ita reparare tenentur,ne ipsi egeant,*cap.4.ext.h.t.cap si monachus.16 quæst.2. cap.decernimus.10.quæst.2.Capell.Tolos.decis.499.facit l.si quis à liberis,§.de alimentis. D. de alend. lib.* vti ne quidem priuata debita aliter soluere tenetur Clericus,quam ne egeat, ideoque nec cedit foro,nec ob ea incarceratur.*c.Odoardus,de solu.* Reparare inquam, non de integro extruere.neque enim eo ius aut consuetudines extēduntur,*Pecqu.cap.1.& 2.l hactenus, D.de vsuf* sed magis ad populum hæc pertinent.*c.1 h.t.arg.c.27.si Episc.de officio ordinarij in 6.* Ita iudicatum contra incolas de Breyne *aux grands iours de Clermont*,saltem ita vt sine egestate tamen fiat,vt si Ecclesia maxime egeat, sine egestate Clerus contribuat bonorum solum tertiam aut similem partem : adeoque multum versatur in hac re arbitrium iudicis. *Chenu au recueil de regl.t.2.cap.24.vbi & superiora arresta refert.* Ius quidem in d. c.1. ita Ecclesiasticos vult contribuere , vt populi deuotionem excitent. sic olim in reparatione templi Hierosolymitani sacerdotes decimam decimæ contribuebant ; populus singuli tertiam partem sycli per annum. *2.Esd.10.* In contributione autem populi etiam censeri nobiles,& alios exemptos tradunt citati *à Barbosa in Collect. DD. ad Concil.Trid. d.c.7.f 21.* quoniam opus hoc spectat obligationem parochialem,in qua omnes pares sunt, nec est vllorum distinctio,sed omnes ijsdem sacris communicant.

In omnium egestate nimia dirutæ Ecclesiæ in vsus profanos,non sordidos,conuertūtur.*d.c.7.* veteres quidam canones cœmenta & lapides destructarum Ecclesiarum ad ædificia religiosa verti volebant.*c.ligna de consec.dist.1.c ad hac de relig. domib.* hic amplius videtur concedi tam quoad ligna & cæmenta,quam quoad fundū. vt in hoc sacræ memoriæ ergo crux erigatur:illa,si in ædificia profana immittātur,absint picturæ,& sacræ memoriæ,quæ scandalo esse possint.existimo denique pro reuerentia veterum canonum, si ad religiosa ædificia illa verti possint,eoque ab aliquibus ambiantur,illis concedēda esse, quamuis alij paulo maius pretium offerant,qui illa sunt profanaturi.

13. *Quid de decimis in manu mortua existētibus,siue regressu ad primæuam naturam?*

Porro † sicut laici decimas possidentes exempti sunt ab oneribus Ecclesiasticis; ita & Ecclesiastici,qui decimas non per se ad Ecclesiam reuersas habent, sed in consequentiā tantum bonorum laicorum, vt si pars sint aut dependeant ab aliquo eorum Dominio; quia tum non tamquam tales,sed vt pars Dominij,cuius naturam sortiuntur & accesso-

rie se-

rie sequuntur, possidentur. *Molin.ad Cons.Paris.*§.68 *num.* 24. *in prior.edit.* §.45. quia per talem statum impediuntur ad Ecclesiam reuersæ naturam recuperare primigeniam, quod alioquin fieret, *cap.dilectus.*34. *extra de preb.* vbi donatarius Ecclesiasticus iuris conferendi, non gaudet iure Regis donantis, sed quale ordinarium Ecclesia recipit, quia id ius ad Ecclesiam reuersum erat. Vnde idem censendum foret de decimis, quæ cum onere fidelitatis aut clientelæ, alteriusve seruitij remanent, etsi in manu Ecclesiastica sint. Sed in his secus processum in edicto, magis ex æquitate, quam mero iure. nam in ipsis Concordatis Brabantiæ etsi in petitorio cognitio decimarum tanquam mere Ecclesiastica ad forum Ecclesiasticum spectare agnoscatur, excipiuntur tamen decimæ infeudatæ. §. *in causis mere ecclesiasticis.* Quæ exceptio in possessis ab ecclesia corruit, si naturam primigeniam, quæ cum alijs vniformis est, recuperauerint.

An decimæ Melitensibus concessæ à reparatione sint immunes; an hoc onus naturæ decimarum innexum sit, aliaque id genus quæsiuimus in *Consult. canon. h. t. consult.* 2.

Porro ad reparationem Ecclesiarũ quam proxime accedit instauratio & clausura cæmiterij, & domus presbyteri parochialis. de illa, Concordata Hannoniæ inter Episcopum Cameracensem & Consiliarios suæ Maiestatis inita 2 Martij 1541. declarant, quod spectet ad parochianos, sicut, inquiunt, est iuris; nisi de tractatu aut transactione aliqua doceatur, quod ad alios spectet. Domum autem presbyteralem etiam incolæ construere tenentur, vt congrue parochus hospitari possit. Quamquam parochus eam sartamtectam seruare teneatur; quoad mediocres scil. reparationes, non vero grauiores. Qua de re arresta sunt apud *L.Charond.Resp.l.*4.*res.*1.*Chenu en ses Reigl.tit.*1.*ca.*11.& 14.*Chopp.Monast.l.*1.*t.fin.n.*24.

Enimuero † Concil.Trid.*sess.*21.*cap.*4. statuit vt in ijs locis in quibus ob locorum distantiam siue difficultatem parochiani, sine magno incommodo ad percipienda sacramenta, & diuina officia audienda accedere non possunt, Episcopi nouas parochias, etiam inuitis Rectoribus, iuxta formam constitutionis Alexandri III. *quæ incipit ad audientiam*, constituere possint. Illis autem sacerdotibus qui de nouo erunt Ecclesijs nouiter erectis præficiendi, competens assignetur portio arbitrio Episcopi, ex fructibus ad Ecclesiam matricem quomodocumq; pertinentibus; & si necesse fuerit, compellere possit populum ea subministrare, quæ sufficiant ad vitam dictorum sacerdotum sustentandam. Sic vt omnia hæc ad arbitrium Ordinarij spectent, cum priori iure præter iustam causam Rectoris consensus, nisi sine eius præiudicio fieret, & maioris partis vtriusq; populi adesse deberet. *Ricc.in prax.Episc.dec* 554.

14. *Quando & qualiter noua Parochia erigendæ*

Ædificatio igitur & institutio nouæ parochialis Ecclesiæ fieri tantum debet ex necessitate, absque diminutione iurium matricis præter ea bona, quæ in loco abscindendo possidet *d.c. ad audientiam.* nisi eà abundet, nec adsit modus dotandi aliunde, & insuper sine præiudicio possidentis. *vt S.Cong.respondit* 1594. *apud Piasf.p.*1.*cap.vlt.num* 1. Vnde DD. *in c.ad audientiam, extr.de eccl.ædif* scribunt, id quidem debere fieri de Rectoris consensu, tamen eo & patronis inuitis fieri posse si grauis sit caussa. *Azor.Inst.Mor.p.*2.*l.*3. *c.*1*. Idem obtinet in Episcopatibus ex graui iustaque causa. *cap.sicut vnire.extra de excess.prælat.* B. Bernard. *Ep.*131. *Potest* inquit, (Romana Ecclesia) *si vtile iudicauerit, ordinare Episcopatus, vbi hactenus non fuerunt: potest eos, qui sunt, alios deprimere, alios sublimare; prout ratio sibi dictauerit, ita vt de Episc.*

Mm creare

creare Archiepisc. liceat, & è conuerso si necesse visum fuerit. Ita Bern. qui etiam Pontif. Rom. author fuit, vt sedes Tornac. quæ vnita fuerat sedi Nouiomensi per aliquot sæcula, fuerit separata, & Episcopum quasi postliminio reuersum habuerit circa annum 1180 regnante Rege Philippo Aug. sub Eugen. III. Papa, *vt scribit Gaguinus in suo compendio super Francorum gest. l. 6.*

15. *Erectio nouorum in Belgio Episcopatuũ.* Sic summo † Reip. & Religionis bono, ad instantiam Regis Philip. II. Pontifex Pius IV. 4. Idus Maij 1559. in Belgio erexit nouos Episcopatus, & eorum districtus in diœceses erigendas separauit ab Episcopatibus Leodiensi, Vltraiectensi, & Cameracensi, alijsque, erecta sede Episcopali Cameracensi, & Vltraiectina in Archiepiscopalem, ac Collegiata Ecclesia Mechliniensi in Metropolitanam. quæ prima est, vt in exequijs Imperator. Rudolphi, Mechliniensi, Cameracensis cessit, vindicias ei addicente Serenissimo Principe nostro. etsi tamen Archiepiscopus Mechliniensis Belgij primas non sit, sed inter cæteros primus.

Igitur nouæ parochiæ non pro libitu erigi, sed ex iustis causis tantum, ijsq; duabus, distantia scil. aut difficultate itineris *in d. c. ad audient.* permittuntur: alioqui pro numero populi plures sunt sacerdotes assumendi: etiam in capella sub parochia dissita, etiamsi pars parochiæ intra pars extra ciuitatem sit: & illius magna sit latitudo: cum est huiusmodi capella. nec veteri parochiæ minuendæ sunt decimæ, aut possessori præiudicandum, nisi illa abundet, & saluo honore pro facultatibus: vt ne minutæ quidem decimæ auferri debeant non abundanti, nec vero supplens partem defectus dotis, ius patronatus acquirit; saltem insolidum: sed magis rector matricis: nec veteri patrono præiudicandum est: & non dotantibus insolidum aduersatur Conc. Trid. *vt latius diximus in Consult. canon. h. t. consult. 1.*

16. Nec debet permittere Episcopus ædificationem Ecclesiæ sine dote, alioquin ipse ad dotandum teneretur, sicut ordinans sacerdotem sine titulo. sed potest tamen populum cogere ad necessaria parocho nouo suppeditanda. *Trident. d. cap* 4. quod amplius est quam *in d. cap. ad audientiam,* vt & quod Episcopus procedit vt delegatus Apostolicus. *in d. cap. 4.*

17. Anniuersarius † autem consecrationis dies ex caussa in alium reduci potest. nec consecratio fieri debet sine reliquijs Sanctorum Canonizatorum, & remotis alijs corporibus, si quæ sub altaribus sepulta sunt. *Piasc. ubi ex Cong. Conc.* Quæ porro spectant ad erectionem noui monasterij, diximus *ti. de Regul.*

Fabrica B. Petri in Vrbe quæ † priuilegia ex concessione summorum Pontificum habeat; vide apud *Quar. v. fabric. S. Petri, Serol. v. Legatum, §. 9. p. 2. & v. fabrica Ecclesiæ.*

DE IMMVNITATE Ecclesiæ.

1. *Immunitas Eccles.* ADhortatur Concil. Trid. *sess. 25. cap. 20.* omnes Reges & Principes, † vt quo largius bonis temporalibus, atque in alios potestate sunt ornati, eo sanctius quæ Ecclesiastici iu-

ſtici iuris ſunt, tanquam Dei præcipua, eiuſq; patrocinio tecta venerentur, nec ab vllis *commendata à Tri.Cic.*
lædi patiantur. Eam in rem quia inſignis eſt Epiſtola, quam Alexand. VI. 22. Oct. 1492. *omnibus*
cum in Brabant. iura Eccleſiaſtica minui dicerentur, ſcripſit Philippo Archiduci Auſtriæ, *Principib.*
Burgundiæ, & Brab. Duci, † viſum eſt hic eam inſerere. *Dilecte fili, ſalutem &c. Auctoritatem ſanctæ ſedis Apoſtolicæ in tuis dominijs, & præſertim in Ducatu Brabantiæ contemni, libertatem Eccleſiaſticam tolli, multorum fide dignorum teſtimonio intelligentes, mirati ſumus, pariter & doluimus. Nec ſane id nobilitati tuæ aſſcribimus, qui per ætatem fortaſſe perſpicere non potes, quantum iſta conſcientiæ, honorique tuo obſint; cum tamen in tenera ætate, optima indole, & ingenio, vt audiuimus, præditus ſis, Præceptoris vicem apud te ſuſtinere poſſe facile credimus. Qua de re te hortamur in Domino, vt quo magis Rex Regum Deus tuum Principatum ſtabiliat, inter cætera tuæ inſtitutionis præcepta, id primum eſſe non negligas, quod Deum colas, Deum timeas, & illum in ſuis miniſtris venereris; eccleſiaſtica iura nullo vnquam tempore violari permittas, Apoſtolicæ quoque ſedis auctoritatem & Chriſti Vicarij iuriſdictionem à tuis ſubditis dilaniari non ſinas; & ſi quid in his ſub tuæ nobilitatis vmbra temere commiſſum fuit, id mox emendari ac in irritum reuocari facias: ne ad culpam tibi imputetur, quod te permittente in deteſtabilem traheretur abuſum. Nam qui ſecus egerit, non facile reperies quenquam ex his proſpere regnaſſe. ſunt tam ſacri quam gentilium codices pleni exemplis; intellige ex tuis auiciis quam felicibus tui progenitores donec has obſeruauerint, claruere ſucceſſibus. Tu igitur diſce iuuenis ſic Principatum tenere, vt Chriſto Principi Regum terræ, qui te fecit Principem, quod optamus, placeas, ne tandem cadas ſicut vnus ex Principibus priuſquam conſeneſcas. Dat. Romæ &c. die 22. Octob. 1492. Anno 1.*

Margin: 2. Olim qualiter Archiduci Philippo Palero à Rom. Pont.

Eandem † in ſententiam idem Pontifex tunc ſcripſit Duci Saxoniæ, qui tunc has ditiones nomine impuberis Ducis gubernauit, vt illius ita iura tueretur, vt quod DEI eſt Deo ſeruaretur illæſum: Engelberto a. Naſſouio, Ioan. de Bergis, Ioan. Carondelet Cancellario Auſtriæ, & Burgun. Iohanni autem de Houthem Cancellario, & Concilio Brabantiæ mandauit ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vt quædam mandata & ſententias aduerſus Eccleſiam, Eccleſiaſticas perſonas & ſuper illarum reb. & bonis conceſſa annullarent, & reuocarent, in priſtinamq; libertatem reſtituerent. Epiſcopo autem Leodienſi, Cameracenſiq; ſimiliter mandauit vt in Eccleſiæ defenſionem ſic inuigilaret, quatenus attentata reuocarentur; alioquin dictas cenſuras publicarent. Abbatibus vero Affliginienſi & Parcenſi, cur qui intelligerent iuriſdictionem & libertatem Eccleſiæ contemni, & extingui, ex aduerſo non ſtarent, nec Pontifici curarent reuelare? mandans vt negligentiam accurata diligentia caſtigarent. 3. *Et præcipuè eius Aulicis.*

Extat † præclara Bulla Martini V. anno eius primo, pro Clero diœceſis Cameracenſis, quæ non minimam Belgij partem tunc continebat, vbi præfando, quod alicubi deterioris conditionis factum Sacerdotium videretur, quam ſub Pharaone fuiſſet, qui alijs ſeruituti ſubactis, ſacerdotes & poſſeſſiones eorum in priſtina libertate dimiſit, mandauit publicari & obſeruari decreta Concilij Lateranenſis, Honorij III. & ſanctionem Friderici II. Imp. cum ferretur adhuc ſub ſedis Romanæ obedientia exiſtentis, quam extenſe refert, & cuius fragmentum eſt in *Auth. Caſſa. C. de ſacroſan. eccleſijs*, nec non Caroli IV. Imperat. qui refert diuerſa ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam ſeu perſonarum, ſeu rerum, & ſpeciatim inhibitionem, quod nulla bona temporalia in poteſtatem Eccleſiaſticam transferrentur, edita, eaque irrita eſſe, & irritari, & impoſterum talia non edi ſub Imperialis Banni pœna; alijſque vniuerſis ſub Imperio conſtitutis mandat ſpeciatim, 4. *Et à Carol. 4. Imp. & Martin. 5. Pont. per Germaniã & Belgiũ ſancita.*

 ne quid

ne quid contra personas Ecclesiasticas statuatur, ne rebus eorum vlla onera cuiuscumque nominis imponantur, hortando & requirendo Prælatos, in quorum districtibus talia committerentur, vt ipsi Imperialem legem per eorum Ecclesias & Synodos publicarent. Quod & ipsum mandat dictus Martinus, vbi & quando expedire videbitur fieri, & contra transgressores, sine dissimulatione per censuras procedi.

5. *Ius asyli quam antiquum.* Quod spectat † ad immunitatem templorum sacrorumque locorum, ius Asyli ex veteribus sacris legibus constitutum, & apud Ethnicos iam olim vsitatum fuit. Coras *Miscell. lib. 5 cap. 23.* Cadmum primum Asylum instituisse contendit. Couar. *var. resol lib. 2. cap. 20. num 2. 3. 4.* plurima antiquorum exempla profert. Est & illud Hecubæ apud Virgilium,

Huc tandem concede, hæc ara tuebitur omnes.

Contentiones Græcarum & Asiaticarum ciuitatum apud Senatum Rom. antiquitate summa munitas quoad immunitatem templorum insigniter recitat Tacit. *Ann. l. 3. & 4.* cum ea suspensa esset à Præsidibus donec à Senatu probaretur. Ad quem modum ad sacra confugiendi deinde accessit refugium ad statuas Principum.

6. *Nouissimũ ius Greg. 14.* Canones multa sanxerunt de immunitate confugientium ad Ecclesias: sed superuenit Const. Greg. XIV. † omnibus priuilegijs reuocatis, & ad vnam formam reductis: disponens vt laicis ad Ecclesias locaque sacra & Religiosa prædicta confugientibus, si fuerint publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, & publicas stratas obsident, ac viatores ex insidijs aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quiue homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesijs, earumve cæmiterijs committere non verentur, aut qui proditorie proximum suum occiderint, aut assassini, vel hæresis aut læsæ maiestat. in personam ipsiusmet Principis rei, immunitas Ecclesiastica non suffragetur: sed qui talia delicta commisisse videbuntur, quando à Curia sæculari requisiti Episcopi fuerint, ipsi vel curia sæcularis de Episcopi, Officialis, seu alterius ab eo potestatem habentis, & non inferioris, licentia extrahantur, & ad carcerem Episcopi traducantur; sub oportuna custodia: nec inde extrahi, Curiæque sæculari prædictæ consignari, nec tradi possint, nisi cognito prius per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipsi vere crimina superius expressa commiserint, tuncque demum de mandato Episcopi per iudicem Ecclesiasticum Curiæ sæculari, quacunque appellatione postposita consignentur; si sæcularis secus faxit, censuras incurrit latas contra immunitatis infractores.

7. *Quæstio an quis asylo dignus sit, cognitio eius est Ecclesiastica.* Iuxta quam Constitutionem, & imo vbi ea publicata non est, de iure, ea cognitio † ad Ecclesiasticum iudicem spectat, cum quæritur an quis immunitate Ecclesiæ gaudere debeat, nec ne: seponendo aliam quæstionem, an sine licentia Episcopi extrahi possit, quem non gaudere debere constat. In qua diuersus quidem passim vsus est de facto; et si de iure extrahi sine licentia non possit. *Vt habet Boer. decis. 109.* & nunc eadem Bulla clare decidit. Ea itaque in prima quæstione primo attendi possunt Concordata inter Duces Brabantiæ & Episcopos Leodiens. & Cameracens. inita, §. *quoad vero violationem immunitatis Ecclesiæ cognoscet Iudex Ecclesiasticus &c.* Facit eodem *c. ad Episcopos. 17. q. 4. ad Episcopos* (inquit Gelasius Papa) *direximus iussionem, vt eos qui Ecclesias violasse perhibentur, accessu earum iudicent indignos:* quibus verbis diserte asseritur authoritas Episcoporum iudicandi de ijs, quibus immunitas competere debeat.

Vnde

Vnde idem Pontifex *ibidem in cap. frater* vtitur his verbis, *quod nec potestatibus, nec principibus vnquam licuit perpetrare, vt hominem in Sanctuario constitutum captata sacerdotis absentia reluctantem, reclamantemque violenter abstraherent.* Quare B. August. ibid. *in c. Miror,* Bonifacium ita alloquitur, *quo instigante facere ausus es: hominem de Ecclesia rapuisti, &c. ergo si amicus intenditur, cur Deus offenditur? sed si de potestate presumitur, Nabuchodonosor Regem intende &c. Ecclesiæ igitur illæsum reuoca.* vbi donec id factum fuerit, Bonifacium à communione segregatur. Quos canones si quis in notorio delicto & iure non procedere contendat, at saltem vbi controuersia est, delictum aliquod immunitate dignum sit an non; locum habere fateri oportet. Respondissent enim isti Principes Gelasio & Augustino illos excommunicantes, iudicasse se Asylo indignos, & sanxisse, vt à sanctuarijs auellerentur. Religiose itaque ipse Rex Scotiæ *in ca. inter alia, extra de imm. Eccl.* Pontificem consuluit de his qui immunitate gaudere deberent, non authoritate sua sanxit, quod luberet aut videretur; & Pontifex quid ex sanctorum Patrum decretis faciendum esset, respondit. Quando vero id ex antiquis canonibus non eliceretur, Ecclesia decidere solet. Sic Gregor. IX. *in c. fin. extra de imm. Eccles.* quod antea determinatum non erat, mandat Archiepiscopis Toletano & Compostellano, vt publicent delinquentem in Ecclesia, non debere gaudere eius immunitate. Et quidem cognitio huiusmodi immunitatis adeo antiquitus visa est esse iuris Ecclesiastici, vt illius violatio Episcopo componenda, id est, emendanda decreta sit in Concil. Tribur. *relato c. si quis. 17. qu. 4.* vtpote cum ea, si iuris diuini non sit, (quod plerique Canonistæ tradiderunt,) at saltem quam proxime inde deprompta est, vtpote cum agatur de reuerentia Deo, eiusque domui debita: cuius determinatio, quæ quantaque esse debeat, procul dubio ab ijs petenda est, quibus iuris diuini partes delegatæ sunt. In eum sensum, Concil. Trid. *sess. 25. c. 20.* asserit Ecclesiæ & personarum Ecclesiasticarũ immunitatem Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus esse constitutam. Denique quicunque authores in resolutione suprascriptæ quæstionis quam minimum Ecclesiæ deferunt, ij saltem fatentur cognitionem immunitatis esse mixti fori, adeoque præuentioni esse locum: sed id cum de facto quæritur, non cum de iure, scil. an hoc crimen de iure immunitatem habeat, non cum quæritur, an hic hoc crimen commiserit. Atq; hæc quidem abunde sufficere videntur præsertim vlterius facta relatione ad ea quæ scribit Borgninus Caualcanus *l. 5. dec. 21. n. 16.* vbi luculenta solutio habetur omnium eorum, quæ vlterius adferri ac obijci possent.

Adhæc Caualc. *ibid. num. 29.* asserit, ne quidem † licere iudicibus reos è templis eripere, non tantum vt ad sanguinem damnent, sed ne quidem vt ad bannum, vbi dicit se vidisse super ea re litteras à Cong. Card. scriptas ad Episcopum Papiensem iussu Pontificis, vt faceret remitti captos & relegatos in Ecclesia à iudice sæculari, & bannum cancellari, ex eo quod ad iudicem sæcularem non spectabat talis cognitio, & Episcopos debere tueri immunitatem ecclesiæ sine timore etiam vsque ad effusionem sanguinis. Pro ciuitate quidem Antuerpiensi res expedita est: nam in tractatu quem Episcopus Cameracensis habuit cum ciuitate Antuerpiensi anno 1514. vlt. Maij, in principio disponitur conformiter Bullæ Greg. XIV quod Decanus Christianitatis veniet ad fugitiuum, & habita informatione nomine Episcopi, permittet duci reum ad carcerem ciuitatis, qui in eam rem Episcopo commodetur, sic quod in corpore aut membris nihil ei fiat, neq; ius vllum aut processus cõtra eum formetur, sub pœna excommunicationis & cessationis à diuinis, 8. *Asylum etiam à banno tuetur.*

donec per Officialem aut deputatum declaretur an immunitate loci gaudere debeat; ſumptibus tamen ciuitatis; & caſu quo declaretur, quod immunitate gaudere debeat, reſtituetur loco vnde deductus eſt,& ibi liber relinquetur; & ſi ſecus iudicetur, reducetur nihilominus ad eum locum, & ibi ſæculari iuſtitiæ permittetur,vt abducant: rogando nihilominus pro gratia. Certe præclara prudentia illius Epiſcopi Iacobi de Croii, quam ſedes Apoſtolica pro vniuerſalis orbis regimine poſtea imitata ſit. In Concordatis Hannoniæ inter Epiſcopum Cameracenſem, & Conſiliarios ſuæ Maieſtatis *initio 2. Martij* 1541.(vbi quidem ſemper ſtricte habita fuit iuriſdictio Eccleſiaſtica,) hac de re cōuentum eſt,quod in caſibus *ca.inter alia. extra h.t.* & homicidio deliberato,quod vocant *vilain,& de faict d'aguet*, aut vt Franci,*de guet à pens* ſine præuia declaratione Officialis poterunt rei è ſacro loco extrahi: ſi porro extraxerint ſæculares,qui hæc non commiſerunt, tenebuntur immunitatem redintegrare; & in caſum recuſationis,cognitio & declaratio competet Officiali Cameracenſi,ſicut ab omni tempore competijt.

Ad Epiſcopos autem,ſeu eorum deputatos,non inferiores,decernit Gregorius hanc quæſtionem pertinere. Clemens tamen VIII *conſt.*1595.*inc.aqua.* quoad milites Melitenſes ad eorum ſuperiores cum Epiſcopo ſpectare iubet.

9. *Cōſtit.Clericos nō tuetur niſi extra cauſam correctionis.* Hæc Conſt.Greg agit de laicis extrahendis: poteſt itaq; inferri,probari eam ſententiam,quæ dicit Clericos ob crimina extrahi à ſuis iudicibus poſſe *de qua Couar.l.2.var.reſol. cap.20. Abbas in c.inter.extra hoc tit.*vel ideo quod iudicia Clericorum ſint ad correctionem, cui impediendæ non datur Aſylum,ſed parcendo ſanguini. *Ricc.in prax.cler.deciſ.*591.Adeoq; ſi ageretur de crimine contra Clericum ad finem,vt eo probato depoſitus,degradatuſq; traderetur corporaliter puniendus brachio ſæculari;eo caſu extrahi non poſſet:*Dianap 1.t.2.r.24.p.3.t.2.r.38*,quin nec Clericus in minoribus à iudice ſæculari poſſet extrahi. *M.Ant.Gen.in fin.vbi ſupra,*

Vetat nihilominus conſtitutio quaſcumque perſonas Eccleſiaſticas, ſæculares, vel cuiuſuis ordinis aut militiæ regularis, quorumcunque priuilegiorum,indultorum, aut conceſſionum prætextu, quæ omnia ad terminos iuris reducit, etiam criminum exemptorum reas ſecularem curiam abducere, carcerare, cognoſcere, aut quoquo modo procedere. alias quam de iure:& per priuilegia eiſdem ordinibus aut militiæ conceſſa permittitur.

10 *An hæreticus?* Quod ſi hæreticus ob debita incarceratus,carcerem effregit,atque ad locum ſacrum confugit, & requirit creditor vt extrahatur, & carceri rurſus mancipetur, primo quia debitores ad illudendos creditores non debeant habere immunitatem, ſecundo quia neque effractores carcerum, tertio quia multo minime hæretici? in his locis ſequamur opinionem Couarruuiæ,vt ob debita nemo extrahatur. *var.reſ.l.2.cap.20.num.*14. Criminal.inſtr.an.1570.art.66.&quamquam ex lege regia in Hiſpania,alijſq; locis ſecus obtineat; hic tamen ius ſequimur.Et vero conſtitutio Gregorij XIV. de debitoribus extrahendis non meminit. (ideoque Ceuallos de *cogn.per viam vibl.p.2.quaſt.5.num.5.& ſequen.* contendit extractionem debitorum neque Conc. Trident. (quod ſ. 25. cap. 20. generalibus tantum verbis vtitur) neque Conſt.Greg.XV.aduerſari.dummodo detur cautio de non procedendo contra eos criminaliter.)verum quidem eſt quod Conſt. fraudulentos decoctores à prædeceſſoribus ſuis excluſos narret: Ipſe tamen in verbis diſpoſitiuis ſanctionis ſuæ (qua omnia priora priuilegia ad vnam formam reducere ſe profitetur) nihil

nihil statuit. Effractores vero iure, *Couar. vbi supr. num. 13* & consuetudine hic vsitata, non extrahuntur, & quamuis effractio crimen sit, ob quod etiam, si ob crimen capti sunt, confessi conuictiq; ab aliquibus creduntur: non tamen inter ea crimina à Gregor. recensetur, ob quæ extractio permittenda sit. Et si ob crimen ab eo exemptum captus esset: non tamen ideo foret extrahendus; nisi constaret, vt inquit constitutio, quod ipse vere crimina superius expressa commiserit. Hæreticus quidem extrahi potest, ad punitionem criminis, *vt inquit Couar. vbi sup. n. 11.* & clare decidit Const. Greg. & olim Ioannis XXII. 1316. *in Bullario* sed hic criminaliter non agitur contra hæreticum: prout criminales hæreticorum puniriones tempora hic non permittunt neque extrahi petitur, vt talis; sed vt debitor & quando criminum rei extrahi petuntur exigit d. Const. Greg. vt Iudices Ecclesiastici *à curia seculari fuerint requisiti*; non à priuato atq; ob priuatam causam, diuersamq; à crimine. Quin & speciale est, vt in materia hæresis Iudex Ecclesiasticus nullius alterius motum sequatur. *de crimine*, inquit constitutio, *hæresis, cognitio ad forum ecclesiasticum tota pertineat, neque in ea curia secularis quoquo modo se intromittat.* Quoquo modo, inquit, vt Iulius Tertius 1551. *constit. inc. licet.* & consonat *c. vt officium. 11. §. deniq. de hæretic. in 6. cognitio*, inquit, *omnis*: post condemnationem, etiam punitio secularis. denique forum Ecclesiasticum indefinite dicit, cum in alijs criminibus episcopum, aut ab eo deputatum exegisset ne forte videretur excludere hic inquisitores, quibus id Ioan. XXII. 1316. cuius const. est in Bullar. concessit, vt hæreticos ad loca sacra fugientes possint ipsi extrahere: nec Episcopi impedire.

Qui in ipsis Ecclesijs peccant, immerito implorant auxilium. vt Tacit. *l. 3. Ann. neque quemquam* inquit, *in Capitolium aliaue Vrbis templa perfugere, vt eo subsidio ad flagitia vtatur.* Vnde & hos Const. excludit; sed loquitur tantum de occidentibus? vel mutilantibus in Ecclesia. Quid ergo de furantibus & similia committentibus? iure tuti non sunt, *c. frater, cum seq. 17. qu. 4 Farin. pr. Crim. l. 1 t. 4. q. 28. n. 24. 52. 57. 74.* Et valde vsus etiam post hanc Const. inclinat; sed dubito, cum loquatur in maioribus, an ad minora possit extendi; sed & hoc nisi fiat, ipsi Ecclesiæ noxium foret. Itaq; in dubio pro Ecclesia & anteriore iure respondendum videbitur.

An in Ecclesia delinquentes.

An fures?

Cui accedit quod constitutio Gregorij tam in præfatione & narratiuis verbis quam dispositione loquatur de facultatibus, & indultis extrahendi, priuilegijs, & gratijs per Sixtum V. Pium V. aliosque concessis, quodque illorum differentias ad vniformem regulam reducere, perperam interpretandi occasionem submouere, & ne Ecclesiastica iura conculcentur prouidere voluerit, etiam vltra id, quod vetus Canonum norma præscripserit: in quibusdam casibus permittendo, nullo autem verbo facultatem extrahendi à iure concessam restringit. quod tamen in iuris correctione diserte fieri oporteret: adeo vt nec eo casu procedat argumentum à contrario sensu, ceteroquin in iure validissimum. Quare nec in hac quæstione illud formare possimus ex eo, quod Gregorij constitutio inter reos, quos extrahi permittit, eos referat, qui homicidia & mutilationes membrorum in ipsis ecclesijs, earumue cemiterijs committere non verentur: quasi ij, qui furta, minoraque delicta in ijs locis committunt, non extrahantur. præterquam quod ex fluxu sermonis de varijs homicidiorum generibus agentis, facilius inciderit mentio per homicidia aut mutilationes, quam alia crimina, delinquentium. accedit quod c fin. *ext. eodem* illis ipsis verbis vtatur. ex quo fonte cum ea fluxerint, energiam eandem vt habeant,

conue-

conueniet.at d. cap. fin. vera & communis doctorum sententia non restringit ad homicidia & mutilationes, sed pro exemplis ea accipit dumtaxat. Licet Ludouicus Romanus fere solus contrarium tenuerit. *Couar. var. resol.l.2. c.20. num.15. & latius Farinacius vbi supra & quos allegant*, quos iuuat generalis ratio *in d. cap. fin.* proposita *in vers. cum autem in eo* Censemus igitur Gregorij constitutionem non ad restringendum ius, sed priuilegia pertinere.

An homicidæ præmeditati? An igitur qui homicidium deliberatum de quo mox supra diximus, commiserit, extrahi permittetur? fauet C.1.*extra de homicidijs* ex lege veteri sumptum, vt si quis per industriam & insidias proximum occiderit, ab altari auellatur, & moriatur; vsus & praxis fere communis. *Guido Papa decis.221. Boer. dec.19. Gomes. var.res.t.3.cap.10.numer.2. Instruct. crim. Philipp. II. ann. 1570. art.66. concordata, vt dixi Hannoniæ, aliaque.* Verum quia inter alia publicum tantum latronem, nocturnum depopulatorem, insidiosum in itineribus publicis aggressorem, ab asylo reijcit, ideoq; magnus etiam doctorum numerus deliberatum homicidam ab Ecclesia defendendum astruit, vt iuris controuersi hæc quæstio ante hac fuerit: dicemus Pontificem videri pro posteriore parte decidisse, quando assassinus vel proditorius homicida non fuerit; quem dum excipit, reliquos inclusisse censebitur.

An maiestatis reos? Quid dicemus de reo læsæ maiestatis, quem ex priori iure ab Ecclesia non defendi passim traditur: & tamen Gregorij constitutio non nisi eum reijcit, qui læsæ maiestatis in personam ipsiusmet Principis reus sit. si iuris correctio non admittatur, non est ambiguum, valde abusu prorogatum esse hoc crimen, vt non tantum extēsum fuerit ad Consiliarios Principum laterales, sed & alios gradus minorum gentium. In his si homicidium inciderit ob priuatas forte simultates, ad excepta crimina non pertinebit, sed læsæ maiestatis à Gregorio reuocatur ad primum gradum, adeoque personam Principis, eosq; qui perduelles vocantur, & hostilia aduersus Principem agitasse conuincuntur, vel Rempubl. ob quam, cuiusque caput est Princeps. sicquod Gregorij constitutio non secus obtineat in eo, qui Rempubl. prodere, quam qui Principem inuadere molitus fuerit.

11. *An delicta vetera in Const. recepta sint?* Sed & illud quæri potest, an Constit. locum habeat in delictis † præscriptis 20. annis vel pene eo extensis, cum pœnæ huiusmodi temporis lapsu tollantur penitus, vel mitigentur: *vt est text. in l. querela, C. Ad leg. Corn. de fals. Prof Farin.prax.crim. l. 1. t.1 quæst.10. num.*84.85. cum verba sint accipienda cum effectu; & eundem effectum non habent crimina præscripta, vel tam diutino lapsu mitigata. Videtur quod non; sed quod tempus saltem imminuerit eatenus acerbitatem, vt non qualificata, sed communia cēseri debeant, quæ ab immunitate non secludunt. At, inquies ea præscriptio hodie non adeo viget. sed respondeo, constare ex Chenu *en ses notables questions. quæst.83. Papon. arrest. l.24 tit.11. arr. 1. & seq. Imbert Inst. for. l.3. cap.9 gloss.1.* eam diuersis supremarum Curiarum arrestis, & iam his vltimis annis firmatam: quin & eam probat Damhouder. *in praxi criminali ca.1. & 8. num.24. qui praxim nostram apprime nouit.* Et quamuis in foro sæculari non foret seruata; tamen in Ecclesiastico habere locum debet: quod non ijsdem legibus constat, adeoq; ibi non tantum non vsu, sed contrario vsu, vt leges solent, abrogata doceri deberet.

12. Et quanquam † notorie constaret quem commisisse crimen exemptum in d. Bulla, nihilo-

nihilominus debet eiusdem dispositio seruari, vt per manum Ecclesiasticam extrahatur ad carcerem Ecclesiasticum, & cognoscatur & decidatur an immunitate gaudere debeat, & si contra sit factum, Ecclesia debet contra spolium restitui, & postea extrahi reus rursum & cognosci. *M. Anton. Gen. in praxi. cap.* 18 *num.* 5. Insuper Iudex qui non extraxit nec mandauit, sed ab alijs extractum condemnat, nihilominus incurrit pœnam excommunicationis hic comminatam. *M. Anton. Gen. ibid.* Vnde & mandantes & non restituentes apparet comprehendi, vt ipsos violantes, & mandantes crimina hic recitata perinde atque crimina ipsa perpetrantes. *Idem ibid. numer.* 7. Ratio est in responso Alexand. III. *in cap. mulieres* 6. §. *fin. extra de sent. excom. in l.* 1. §. *deiecisse D. de vi & vi armata l. non solum, D. de Iureiur. l. non ideo* 5. *C. de accus.* Quam excommunicationem etiam incurrit extrahens ad finem componendi pacem, &c. *ibid. num.* 9.

Exempti criminis sub forma prescripta nihilominus extrahendi.

Tamen absolutio ob violatam immunitatem Ecclesiæ contra hanc Bullam spectat ad Ordinarium, quia non † reseruatur Papæ, neque enim omnes violantes immunitatem Ecclesiæ in Bulla cœnæ comprehenduntur, sed statuentes contra eandem. *Ita Iud. in Cur. Neap. refert M. Ant. Gen. in prax. c.* 18 *num.* 3. 4. sed Clem. VIII. decreto eiusmodi absolutio sedi Apostolicæ est reseruata. sed hanc reseruationem spectare non ordinarios, sed regulares tantum multi existimant. *vid Dianam p.* 1. *tr.* 1. *r.* 41. 13.

Excommunicatio Const. non reseruata.

14. Porro Const. Greg. XIV. diserte † dicit, vt rei condemnati, vt asylo indigni, appellatione postposita, brachio sæculari consignentur. vbi & deuolutiuum, non suspensiuum effectum intelligo: nam antequam Ecclesiasticus in secunda instantia pronunciasset, sæcularis ad condemnationem & executionem capitalem processisset, quo ergo deuolutio sine suspensione spectaret? Sed quæri potest, si reus immunitate dignus iudicetur, an restituatur appellatione Officiarij postposita? quod expresse non dicitur: & fauor iustitiæ dubium facere videtur; sed rectius est ad paria duci, vt quod reo, pro quo est fauor immunitatis, reuerentiæ Dei, & asyli, quæ hic quasi ad iustitiæ euasionem inuenta, licitum non est; Officiario actori licitum non existat. Sed reus Ecclesiæ restitutus, si quia expensæ compensatæ sint, quod neque satis crimen, neque nihil probatum sit, appellet à compensatione; non existimo deferendum: ne in parte vel accessorio aliud statuamus quam in toto & principali.

Sixtus V. breue concessit pro Regno Neapolitano, & Prouincia Aprutij, ne vlli Banniti immunitate locorum tuti essent, vel à Prælatis celarentur sub grauibus pœnis. *refert Quar. v Banniti.* sed est localis & temporalis concessio.

15. Transeamus ad aliud genus immunitatis † Ecclesiasticæ. Inter scelera Neronis refertur, quod postquam omnia expilatat, tandem in prædam etiam Dij cessere; spoliatis in Vrbe templis, egestoque auro, quod triumphis, quod votis omnis populi Romani ætas prospere aut in metu sacrauerat. Cæsar. *l.* 1. *de bello ciuil.* Pompeium etsi summa necessitate ciuilis belli implicitum, ac decertantem pro populi libertate arguit his verbis: *pecuniæ à municipijs exiguntur, & è fanis tolluntur: omnia diuina & humana iura permiscentur,* & l. 2. *pecuniam omnem, omniaque ornamenta ex fano Herculis in oppidum Gades intulit.* ac deinde narrat, *se ea referri in templum iussisse, & duobus temporibus Ephesia pecunia auxilium tulisse.* Iosephus tamen *Antiqu. Iudaic. l.* 14. *cap* 8. asserit Pompeium deuictis Iudæis templum Hierosolymitanum ingressum, mensam reliquamque sacram suppellectilem auream, & sacras pecunias, duo millia talentorum, contingere noluisse: *propter pietatem,* inquit, *etiamq; hoc dignum*

De immunitate personarum Eccl.

sua virtute fecit. Refert Liuius *l.5.* cum aurum deesset Romæ, votaque Delphico Apollini soluenda forent, matronas propria auri ornamenta Reip. obtulisse: quin etiam cũ ad redimendam libertatem pretium Gallis exsoluendum esset, Senatum ad matronas confugisse, vt summam pecuniæ necessariam congregarent, *vtque*, inquit, *sacro auro abstineretur*. plura habet *Pecqu. in præf. lib. de Eccl. reparand.*

16. Iure Canonum † *in c. non minus, c. aduersus. h. t.* & in Bulla Cœnæ generaliter excommunicantur imponentes onera quæcumque Ecclesiasticis, & *Clemen. præsent. de censi.* iubet Ordinarijs, vt quandocumque constiterit quempiam in eam excommunicationem incidisse, publice is denuncietur.

Excommunicantur qui Cleri immunitatẽ minuunt

Bulla † Cœnæ excommunicat generatim eos qui noua vectigalia imponunt. Vbi dum non tantum comprehendit, quæ nunc primum instituuntur, sed etiam augmenta

17. & propagationes veterum, *Nauar. in Man. cap. 27. numer. 51.* seu quæcumque vltra consuetudinem accipiuntur, *Chas. ad Cons. Burg. tit. 1. § 4. in gloss. verb. induire. num. 29. l. vltim. C. Noua vect. institui non posse, & ibi Cuiac. in paratit. l. locatio §. eorum. D. de publ. l. 4. § fin. ibid. Nouell. 43. cap. 1. vers. nouum autem fuerit, non tantum quod nunc primum impositum fuerit, sed etiam quod primum modum excedit.* Vt præter Principem supremum vel noua instituere, vel vetera augere non liceat, *Rebuff. ad Const. Reg. tract. de mercat. art. 2 gloss. vn.* Quin & ipsi Reges multis in locis eas sibi leges posuerunt, vt non nisi indictis & probantibus Comitijs ea imponerent. *Corset. tract. de potest. reg quæst. 49. num. 3. Noua digest. legum Hisp. l. 6 tit. 7. l. 1 noua recopilat.* Sic Carol. V. & Philipp II. & Alberti & Isabellæ *in læto introitu Brab.* promiserunt, sub veteribus telonijs & vectigalibus mercatores commeaturos, neque supra solitum quicquam exactum iri. Exactio odiosissima est, & Principi raro prodest, cuius gloria est (vt de Traiano Plinius) si fiscus sæpe vincitur, cuius causa numquam mala est, nisi sub bono Principe. Quare Rebuff *ad l. inter. D. de vectig. ver. imponere vectig.* asserit eos qui Principi noua vectigalia consulunt, sine magna causa, pœnis tartareis perpetuo cruciandos. Iuxta illud Machab. lib. 2. *Et tu qui inuentor es omnis malitiæ, non effugies manum Domini. Cogita igitur quod morieris, & cito, & generatio tua extinguetur.* Brabanri non quoad vectigalia tantum sed & qualiacumque onera à Ioanne Duce ita liberi semper fore promissi sunt, vt nullis precarijs grauari possint; nisi si militarem honorem Dux aut filius accipiat, aut filias elocet, aut capiatur, si ad aulam Imper. vocetur. 100. libræ Louan. eunti, & totidem redeunti debentur; totidem in prolium matrimonijs. Indicium magnæ veterum paupertatis, qualis fere fuit, quo tempore leges XII tabularum ferebantur, quando pro pulsatione hominis liberi 25. asses indicebantur; qua crescente vilitate monetæ L. Neratius insigniter abutebatur, cum obuium quemque soluta ea pœna depalmaret. *vt est apud A. Gellium Noct. Att. l. 20. c. 1.*

Bulla Cœnæ noua vectigalia damnat, & quæ illa.

18. Priuilegio, quod omnibus anterioribus est amplius, concesso à Frederico Imp. *Const. de statutis & consuet post lib. feud. Auth. item nulla C. de Episc. & cler.* nulla potestas vel persona publica, vel priuata, collectas siue exactiones, angarias, vel parangarias Ecclesijs, vel alijs pijs locis, aut Ecclesiasticis personis imponere potest: pœna tripli, & banni Imperialis adiecta.

19. Quin & Conc. Tolet. 3. *Can 9.* vetat † ne Episcopi Clerum angarijs grauent, sed forma sint gregis, non vt dominantes in Clerum, *ne videantur*, inquit, *in Ecclesia Dei exactores potius quam Pontifices nominari.*

Quare

Quare ad rem redeundo, Clericus † adeo est immunis ab oneribus, vt sponte soluens non legitimum vectigal peccet; quia præiudicat Ordini, quod sine consensu Papæ facere nequit. Atque olim etiam excommunicatum fuisse constat. *c. Cler. de imm. Eccl. in 6.* Sed *extrau.* Benedict. XI. *Quod olim,* & Clem. *vn. eod.* eum rigorem mitigarunt. Quamquam nūc sub specie pietatis, & tuendæ etiam religionis Clerus passim oneratur: nec reclamat, sed cedit argumento quo Christus didrachma soluit *Matth.* 17. ne sæculares etiā retardentur: vt sit minus malum indebita soluere, quam occasionem dare ne alij debita non soluant, vnde tota Resp. in periculum incidat, & simul Clerus maiori malo inuoluatur, atque sub hæreticorum dominationem redigatur. Nam impræsentiarum non minimum retinaculum subditorum in fide Principis, est fides erga Deum; dum si populus ad Confœderatos Ordines deficeret, veretur ne ad hæresim cogeretur. Recte Tacit. *l. 5. histor. superstitionem,* inquit, *fouebant, quia honor sacerdotij firmamentum potentiæ assumebatur.* Sixtus V. ad Hen. III. Gall. Regis postulationem Clero Galliæ concessit, vt in subsidium belli contra hæreticos in regno existentes alienare possent immobilia pro centum millibus aureorum. *Rescriptum recitat P. Matth. in S. D. l. 1. t. 7. cap. 7.* In Braban. anno 1551. Bulla Pontificia concessum fuit Regi, vt Clerus medietatem prouentuum anni vnius penderet, Rex tamen solutionem prorogatis terminis faciliorem reddidit, in Gallia litteris Regijs belli oneribus exemptus deinde fuit. *Chopp. Mon. l. 2. t. 3. n. 4.* 20. *Clericus sponte soluens peccat.*

Vtinam tamen Principes † quicunq; necessario Ecclesiasticæ pecuniæ auxilio vtūtur, eas rationes inirent, vt omnia in destinatos vsus impenderentur; non multi, qui oneri magis sunt quam vsui, saginarentur; noxiæ Reip. egente milite: ac censum suum, sumptumque ipsi noscerent, vt Tacit. *l. 1. Ann.* de Augusto refert his verbis. *Opes publicæ (libello) continebantur, quantum ciuium sociorumque in armis: quod classes, regna, Prouinciæ tributa aut vectigalia; & necessitates ac largitiones: quæ cuncta sua manu præscripserat Augustus.* Et quamuis rei suæ quisquis moderator sit & arbiter: publicæ tamen aliæ sunt leges seruandusque modus, finisque, quo data est: & in qua maxime locum habere debeat, quod Ludou. XI. Galliæ Rex pronunciasse solitus dicitur; Sapienti satius esse nihil debere, quam multa elargiri. 21.

In summa necessitate, & repentino præsertim casu, Ecclesiastici tenentur ad murorum custodiam & vigilias, *cap peruenit h. tit.* alioquin secus: ne quidem ad fortificationem ciuitatis vel hospitium militum; nisi domus eo onere affecta, ad ipsos peruenerit, *C. Fabrian. l. 9. t. 29. def. 26. Choppin. de sac. eccl. polit. l. 3. tit. 2. num. 3.* Conc. Braban. iudicauit in causa Capituli & communitatis Auderlechtensis suburbanæ Bruxellensis circa annum 1606. inhibetur *c. præterea de iur. patron.* ne quis Ecclesias grauet, aut exigat præter antiquos, seu in fundatione reseruatos reditus: non fodrum, albergaria, regium. fodrum bene interpretatur Boet. Epo. *heroi. quæst. de reg. num. 24. 25.* pabula equorum: albergarias, hospitium: vtrumque ex germanica voce *voeder & herberghen.* In his locis specialia Ducum mandata sunt, ne quis inuitis præfectis in Monasterijs hospitetur. ita & edictum Carol. V. 15. *Iunij 1556. lib. edict. fol. 28. art. 1. & 7. de validis mendicantibus.* & specialiter habet de ea re literas plurium Ducum Monasteriū S. Bern. ad Scaldim, vt neminē recipere teneatur; nobilē, aut plebeium. Vt pia loca ab hospitijs militū libera sint, vide Const. Pij IV. *quā refert P. Matt. S. D. l. 3. t. 16. c. 1. 2.* Cæterū in onerib. realibus, seu precarijs, vt vocamus in Brab. 22. *In summa necessitate clerici tenentur ad personalia onera.*

 contri-

contribuunt bona Ecclesiastica, quæ non sunt amortizata, aut vt talia habita 70. per annos ante annum 1541. & quæcumque ipsi Ecclesiastici sibi, non Ecclesiæ acquisiuerunt. Ita sanxit Philipp. Bonus, *litteris* 20. *Septemb.* 1451. *quæ instructionem super precarijs continent art.* 7. *&* 8. Quanquam multis in locis indistinctè ad contributionem vocentur; malitia paganorum, & negligentia Ecclesiasticorum. Quin & Conc. Brab. *inter Monasterium S. Bernard. & pagos de Vuestmal & Sqersele* 22. *Aug.* 1598 declarauit à precarijs ac similibus oneribus, non decimas tantum, sed & decimarum conductores immunes esse, ne scilicet per horum latus Clerici transfigerentur. An idem sit censendum de conductoribus aliorum bonorum Ecclesiasticorum amortizatorum, vt nec ipsi contribuant, sicut nec locatores? Pro affirmatiua facit similitudinis ratio, & *art.* 14. *d. instruct.* vbi precariarum onus dirigitur in colonum, & nihilominus amortizatis bonis datur supradicta immunitas. Et ita aliquibus locis vsus habet; pluribus secus: sed error sæpe irrepit ideo, quod non inquiratur an antiquitus amortizata, an recentius acquisita bona sint.

NE CLERICI VEL MONACHI
negotiis sæcularibus se immisceant.

1. IVstissima † prohibitio. quid enim ijs cum sæcularibus quibus renunciarunt? non reuertantur vt canes ad vomitum; qui enim mittit manum ad aratrum, respiciens retro, non est aptus regno Dei: nec fieri potest, vt profectus spiritualis non impediatur per sæculares occupationes. vt non inexpertus ille testabatur; *numquam redij minus homo, quam cum inter hommes fui.* Igitur Clerici procuratores litium non tantum, sed & rerum laicorum & tabelliones, & Officiarij esse prohibentur. *c.* 1. 2. 4. 8. *hoc tit.* & si in pecuniaria causa fraudem commisisse deprehendantur, ab Ecclesia non defenduntur. *d. cap.* 2. sed & per beneficiorum subtractionem compescuntur. *d. c.* 8. Denique nihil debent lucri, quæstusue causa gerere, seu non proprium procurare. *cap.* 1. 6 *hoc tit.* alioqui priuilegijs clericalibus non gaudent. *d. c.* 2. *Concord. Brab.* § . *Clerici, vbi multis enarrantur, quæ eis permittantur vel inhibeantur; sed agunt maxime de priuilegio fori.*

Clericorum negotiatio etiam non turpis, & sine scandalo vetita est: præsertim cum actuum frequentia. non itidem vnius, aut alterius. & porro si non per se, sed per alios illam faciant; quasi in hac cesset, ratio prohibitionis; vetitam multi non putant. sed vereor ne facile non omnis cesset cupiditas, atque implicatio. quamuis non tanta, quam cum per se fit. *Dian. p.* 1. *R.* 72. qui tamen in sacris non est, vel clericaliter in habitu & tonsura seu beneficio viuit, ita vt clericali priuilegio gaudere velit; negotiari per se potest. *R.* 73.

2. Carol. V. autem clericos negotiantes † declarauit, à nullo onere immunes fore, quod ob huiusmodi negotia laici pendunt. 21. *Febr.* 1528 *lib. edict. fol.* 747. *cui consonat c. quamquam de cens. in* 6. *& Clem. præsenti eod. tit. iuxta priuilegium Leonis X. ei concessum* 2. *Id. Iunij,* 1515. Sic Tacit. *lib.* 13. Ann. decretum refert, *vt militibus immunitas seruaretur, nisi in ijs, quæ varo exercerent.*

Clerici negotiantes priuantur immunitate.

Vnde

Vndè quæri poteſt quid dicendum ſit de clericorum Collegijs penuaria vinaria cum lucro & immunitate quorumcumque onerum exercentibus? Concilio prouinciali *Mech.* 1.*ad fin.*probari non videtur; ſed ſepoſita certe fraude, vt per promos vel adminiſtros indebita communicatio vini non immunibus non fiat? neque illicitum eſt lucrum neque turpe:conformandum tamen rationibus à Boetio Epone allegatis. *Quaſt.heroic.l.5.ad c.6. num.*10.*hoc tit.* ſpectat enim hoc non ad cauponariam, ſed ad neceſſitates cleri, vt ſub tali ratione modico vino vti poſſit præſertim ſi ſæculares ſine oneribus vendi eis vetant, niſi ſub grandi quantitate,quæ ſingulis non ſemper eſt oportuna. Negociatio autem clericis interdicta tantum eſt ea,quæ ob lucrum non neceſſitatem aut inopiam ſubleuandam exercetur.Sic D.Paulus *laboramus*, inquit, *operantes manibus noſtris.quæ latius proſequitur d. Epo.d. l.5.h.t.c.1.n.34.& quos ibi citat.*

LIBER QVARTVS.

DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIIS.



IRCA ſponſalia † nihil per Concil.Trid.eſſe immutatum, ſed ea relicta eſſe in terminis iuris communis, ſæpius reſpondit Cong. Conc. *Gutierrez.Tr. de Matrim.ca.*4.præterquam quod ſponſalia de futuro non tranſeunt in matrimonium de præſenti, per ſubſecutam copulam. *vt refert reſcriptum Epiſcopo Tornacenſi* 27.*Septemb.*1510.*Sahagun. hoc tit.num.*75.*Gutierrez.lib.*1.*can* 4.*ca.*18. *n.*9.*Sanch.de mat.l.*3.*d.*40.*num.*6.*&* 7.*Riccius in prax. dec.* 234. (ſicut pœna contrahentium matrimonium cum conſanguineo, *vt Clem de conſang.* non afficit contrahentes ſponſalia;) præſertim cum ratio perpetui adulterij, quam Trid. *ſ.* 24.*cap.*1. *in proœmio* præfatur, non obtineat in ſponſalibus: quæ ſi ſubeſſet, locus foret legi *Oratio D. de ſponſalibus.* ſed cum d. cap.1.*Trid.h.s.*ſit correctorium iuris antiqui, vbi non eadem ratio militat, non debet extendi ad non expreſſa. Vnde ſequitur; ſi qui mutuas promiſſiones fecerint de matrimonio ineundo,& multo magis ſi vel copula vel iuramentum acceſſerit, ſi poſtmodum alteruter reſilire voluerit, alio inſtante etiam hunc cogendum † eſſe ad matrimonij ſolemnizationem.*Franc.Leo.theſ.for.cap.*24.*num.*20.quamuis iure ciuili liceat à ſponſalibus recedere.*l.*6.10.*D.de ſponſ.* tametſi conueniens ſit,vt coactionem præcedat monitio. Quinimo magis conuenit,vt cum ad coactionem proceditur, non agatur per cenſuras *iuxta c. ex litteris h.t.*ſed prius per alias pœnas,etiam carceris.*M Ant.Gen.in prax.Neap.cap.*14 *per cap.* 3.*ſeſſ.*23.*Trid.* Quod procedit etiam vbi non acceſſit defloratio, modo de promiſſione conſtet. *vt ibidem docet ſeruare Curiam Neap.* & Far.*deciſ. crim.d.*73. refert Rotam iudicaſſe, huiuſmodi promiſſorem per cenſuras etiam eſſe cogendum;niſi tamen tales ſubſint cauſæ,ob quas ſponſalia merito ſolui deberent. *Caualc.in indice primæ partis deciſionum, verb matrim.*

1\. *Circa ſponſalia nihil mutatum nouo iure.*

2\. *Vt ea obligens, & cogi promiſſores poſſint vt olim.*

trim. Vnde constat, nos eam tueri sententiam, quæ dicit obligatos ad contrahendum matrimonium esse cogendos, non monendos tantum. tametsi matrimonia debeant esse libera; scil. vt omnes contractus initio dicuntur esse voluntatis; at vbi initi sunt, & promissio facta, adimpletio est necessitatis. non enim vit qui semel placuit, postea displicere potest: *vt habemus in c. horrendus 32. quæst 5 horrendus*, inquit, *& incultus est vir? semel placuit; nunquid vir frequenter est eligendus?* &c. & in sponsalibus similiter loquitur gloss. *in cap. quod semel de Reg. iur. in 6.* Neque immerito; cum enim matrimonium per sponsionem iniri, per consensum de præsenti perfici, per copulam consummari dicamus; in his diuerso iure vti non oportet. neque debet quis mutare consilium in alterius præiudicium, *c. mutare, de reg. iur. in 6.* Præiudicium, inquam, & infamiam, quæ publice sequitur eos, quorum sponsalia sic soluuntur, & iniuria, quam etiam priuatim patiuntur: nam cum multa sponsis liceant, *Sanchez de mat. l. 9. d. 46 num. 46.* multa inter eos solent fieri, quorum sine erubescentia meminisse non possunt, si coniuges non fiant.

Sponsalibus recte hodie pœnam apponi posse post Automnum diximus *in Notitia iuris Belgici tit. de sponsal.* at deinde quamuis Pontius *de mat. l. 12. c. 19.* Eandem sententiam amplectatur, à resiliente vix pœnam deberi censent propter communem opinionem in contrariam Diana, & quos citat. *p. 3. t. 4. r. 211.*

3. *Non si de præsenti contraxerunt cotra formam Concilij.* Quod si porro non præuijs † promissionibus de ducendo, aut sponsalibus de futuro, tecta via partes absente parocho processerint ad verba de præsenti, nihil egisse censebuntur; ob decretum irritans: adeoque nullus exurget effectus, nec resoluetur actus in sponsalia de futuro. *Nauar. de cland. desp. con. 5. num 1.* Ne quidem si sponsalia fuerint iurata. *Gutier. de iuramento confirm. p. 1. c. 51. n. 26.* quod caput vide pro intellectu *c. 1. Concil. Trid. de reform mat.* ita vt neuter ab altero cogi possit ad celebrandum solemniter matrimonium. *Ita declaratum refert Caualc. in md. prima par. verb. matrimonium.* Nisi, *dicit Sa. V. sponsus § fin.* contrahentes voluerunt se obligare, eo modo, quo poterant: etsi dissentit Gutierrez *vbi supra de mat c. 11. n. 2.* Ne quidem si copula & defloratio sub hac vmbra intercesserint. neque eo casu dotatio à deflorante peti poterit, cum obligatio ad ducendum cesset, atq; ita succedanea honoris reparatio. cum & ratio cap. 1 *de stup. & ad.* hic non sit, quia nec vi, nec metu, aut precibus taliter contrahens seducta præsumatur: sed constet sub vmbra irriti & inefficacis matrimonij cognitam esse, quod totum suæ erga decretum Ecclesiæ contumaciæ imputare debeat. Gutierrez tamen *vbi supra* secus sentit, quod æquius. Si tamen præuiæ fuerint de ducendo promissiones, etsi matrimonium absente parocho, & deinde copula sequatur, in vim promissionum priorum censebitur in copulam nupta taliter consensisse: vnde ad solemnizandum matrimonium, & dotem agere poterit. *Caualc. vbi sup. & par. 3. decis. 21. nu. 44.* vbi etiam notat, non esse proprium parochum eorum qui in vrbe habitant, cum tempore vindemiarum per aliquot etiam menses ruri sunt, & sponsalia ac matrimonia taliter contracta iuxta suprascripta regulantur *Riccius prax. mat. dec. 244. Garc. de benef. p. 5 c. 7. n. 11. ad 4. Nauar. cons. 7. de cland. desp. etsi citati à Diana p. 3. t. 4. r. 231. liberius sentiant.* vbi quis tamen in duobus locis æque principaliter habet domicilium, potest vtrobique contrahere matrimonium. *L. domicilium D. Ad municip arg. l. hæres absens, D. de iudiciis, Gutierrez de mat. capite sexagesimo quarto, Sabagu hoc tit. num. 81. ex Cong. Conc.* sed in confinio duarum parochiarum habitans eam sortitur, sub qua magis frequens est aditus. *Riccius. dec. 333. seu in 2 ed. & 510.*

Si

Si quis aliquam † ex tribus verbi gratia sororibus ducturum se promiserat, & vnam cognoscebat, iure antiquo huiusmodi indeterminata sponsalia transibant (vt probabilior est sententia) in matrimonium: quæritur an, cum iure Conc. Trid. taliter præsumpta matrimonia sublata sint, *Gutier. de Matrim. cap. 70.* hæc similiter nullius erunt hic effectus? Et existimo fieri sponsalia determinata ad hanc personam, quæ ante erant indeterminata; vt ante determinabat eadem copula ad matrimonium: vt copula hæc eatenus operetur, quatenus potest, id est, determinationem saltem certæ personæ, etsi non matrimonium de facto; nam eatenus resistit Concil. At dices cum Sanchez *l. 1. d. 26. num. 12. de Mat.* iuris veteris rationem fuisse, vt excusarentur tales à præsumptione peccati, adeoque creditum affectu coniugali coniunctos fuisse, vt *in c. 16. qui fidem, h. tit.* at post Concil. non possunt censeri affectu coniugali fecisse; cum tali coniugio Conc. resistat. Resp. non videri iuris antiqui eam solam fuisse, sed & rationem honestatis, & fauorem matrimonij. vt quæ taliter corpus tradidissent, postea non abirent illusæ: atqui ea ratio adhuc effectum habebit, si cum matrimonium esse non possit; (quia Conc. publice contrahi vult,) sponsalia saltem dicamus fieri. Vnde si ea omnia contingerent præsente parocho & testibus; perinde ac fieri solent in tenebris; vere esset matrimonium. *Gutier. de mat. cap. 70.* Quare saltem determinata nunc esse sponsalia dicamus: & in eorum vim compelli posse ad solemniter ducendum. Idem de conditionalibus sponsalibus liceat dicere, dum copula interuenit, cum conditio est adhuc in pendente: scil. vt purificata per hanc, & absoluta fiant, cum matrimonium tantum non esse prohibeantur. 4. *Indeterminata sponsalia per copulam determinantur.*

Ecclesia semper detestata † est ea matrimonia, quæ filij contrahunt inscijs inuitisue parentibus; nisi scil. iusta eis sit caussa. Tamen eos anathemate damnat, qui dicunt ea rata non esse, aut parentes irrita facere posse. Vt non facile sit excusare ex toto circa hunc articulum Constitutionem Henric. III. Galliarum Regis, Blesis editam: non quod filii fam. libere parentes in re tam graui, præsertim vbi lex aut mos aliter requirit, negligere aut spernere possint, *Azor. Institut. Moral. p. 2. l. 2. cap. 2. quæst. 6.* sed ne inuiti cogantur. *Trid. cap. 9. s. 24.* vel etsi peccent, irrite contrahere dicantur. 5. *Filij fam. inuitis parentibus non irrite contrahunt, sed tamen peccant.*

Parentes si iustam caussam † habent, inconsultum filij matrimonium inductione, non vi impedire possunt. *Trid. cap. 9. sess. 24. cap. 18. sess. 25.* neque eos tamen comprehendit cap. 9. *sess. 24.* si via facti vtantur, tametsi grauiter peccent; loquitur enim de dominis temporalibus, & magistratibus exteriorem iurisdictionem habentibus. *Sa. V. excom. nulli reser. §. 11.* Sub quibus tamen comprehendo Duces, & Centuriones, seu alios magistratus militares, qui carcere & alijs pœnis milites cohibent, ne contrahant, aut cũ his aut illis cõtrahant. Vt ante paucos annos S. Congreg. declarauit, facta relatione SS. vnica missione militari excepta. Nec itidẽ comprehendo iudices, qui ad instantiã parentum, filios alicubi includunt; vt cum ratione caussam suam examinent; præsertim dum dubitatur an amatorijs poculis à meretricibus inducti sint adolescentuli, adeoq; helleboro egeant ad purgandum cerebrum, dum ad matrimonium ducuntur, non ab instinctu rationis, sed tanquam boues ad victimam. 6. *Ideoque hi illorum conatibus, suasionib. obsiare possunt, non vi, aut metu.*

Sed tamen etiamnum hic quæritur, † an saltem præsertim filiæ famil. ob prȩteritos neglectosque parentes exhæredari possint? Et quidem vt id iure Cæsareo fieri possit, tria requirit Sanchez. *l. 4. d. 24. de Mat.* Primo, vt parentes eam velint matrimonio collocare, & dotem iuxta suam qualitatem ei dare. Secundo, vt filia illi matrimonio repugnet, 7. *An exhæredatione.*

& vitam

& vitam luxurioſam publice meretricando eligat. Tertio, vt ſit minor 25. annis. *hanc etiam ſententiam Iaſon communem vocat in Auth. non licet. C. de lib. præter & clare hæc decidit §. aliud quoque in Auth. vt cùm de app. vt explicat Sanchez d. diſ. 24. num. 3.* & quamquam hic Carol. V. edicto ſuo anno 1540. ſecus videatur ſtatuiſſe: tamen ſi bene illud examinatur, loquitur de ſollicitatione, & ſpecie raptus, ſollicitantes interdicens aqua & igni, vt nemo eas hoſpitetur, ſub pœna 100. floren. aureorum: Præfatio etiam loquitur de clandeſtinis matrimonijs. Sed de quocunque caſu loquatur edictum, illius diſpoſitio non aliam pœnam habet, quam vt qui practicant talia matrimonia; dotibus, & duarijs teſtamentarijs, conuentitijs, & conſuetudinarijs, priuentur. quare cum iuris correctione non debet trahi ad exhæredationes. ſed anno 1623. Rex ex hæredationis pœnam adiecit, aliaſque, vt & alimēta negari poſſint. *diximus in Notitia iuris Belgici. h. t.* quanquam vult Sanchez *d. diſp. 25.* per Conc. Trid. omnia huiuſmodi correcta eſſe ob libertatem abſolutam, qua matrimonia gaudere debeant. Quæ ſententia benigna eſt, ſed controuerti poteſt, ex eo quod non obſtante libertate, quam Conc. concedit, aſſerit tamen quod Eccleſia eiuſmodi matrimonia ſemper deteſtata eſt, atque prohibuit: quæ verba pœnam non eſſe ſublatam inferre poſſe videntur, niſi parentes pro arbitrio ſuo tantum diſſentiant, & ſola ſit pro ratione voluntas. Vnde ſi quando parentes ſine cauſſa diſſentiunt, vult edictum Caroli V. recurri ad iudicem: quare ſi is cauſſa cognita filiabusſ. permiſerit contrahere, nihil eis parentes pœnæ irrogare poterunt. quin & alias ſubſiſtente pœna in peccantibus non porrigitur ad nepotes. *Ann. Rob. rer. iud. l. 2. c. 9.*

Nonnunquam ex iuſta cauſſa præexiſtente, ſed ignorata, vel ſubſecuta ſponſalia ſoluuntur. inter quas prima eſt fornicatio ſequens. *c. quemadmodum de iureiur.* quæ tamen non liberat ab obligatione dotandi: non eſt enim modus tollendæ obligationis. *Nauar. de cland. deſp. cap. 3. num. 6.* ſed tamen cum dos magis ad arbitrium & officium iudicis, quam actionem ſpectat, eius ratio haberetur, ac facile minus decepta crederetur, aut minus ardue victa, ſed pugnaſſe virgo tanquam quæ vincere nollet; quod dotis æſtimationem minuit.

Porro ſicut olim id apud antiquos diſputatum inuenimus, an ancilla redhiberi poſſit, ſi vitio veſicæ laboret; ita apud me diſputatum fuit, an ſponſa † cum ſponſalia iniret ignara, poſtea edocta, ſponſum præſertim ebrium poſtico falli ſæpe, & viciniam inficere, ſolui ſponſalia iuſte petat? & cenſui poſſe, quod notabilis ſit deformitas; quæ ignorata ſponſalia ſoluit, & aggrauat immenſum obſequium coniugale.

8. *Graui ex cauſa poſſunt ſponſalia ſolui.*

De tactibus ſponſorum impudicis, vt in ſponſa non ſponſo ſoluant ſponſalia vide citatos à *Diana p. 3. t. 4. r. 283.* vbi etiam reſol. ſeq. ſponſi & ſponſæ imparitatem probat, cum vterque fornicatus eſt, vt compenſationi locus non ſit; ſed ſolus ſponſus cogere poſſit ſponſam ad matrimonium in quo compenſationem dari magis, quam in matrimonio cauſa eſt, quod hoc difficilius, quā illa diſſoluatur. ſed vt hæc in Belgio obtineant, diximus in conſult. can. h. t. Sponſalia etiam per aliud matrimonium validum, eatenus tantum diſſolui, quatenus eo durante effectum habere non poſſunt, ſed quatenus alter expreſſe taciteue non remiſerit, ſuſpendi obligationem; vt ſoluto forte inter-medio matrimonio expergiſcatur obligatio, recte docuit Pontius *de mat. l. 12. c. 13. n. 4.*

9. *Quid circa matri-*

Quoad matrimonium † de præſenti Conc. Trid. contra vetera iura ſanxit, vt qui aliter, quam præſente Parocho, vel alio ſacerdote de ipſius Parochi ſeu Ordinarij licētia, &

duobus

duobus vel tribus testib. matrimonium contrahere attentabunt, vt ad sic contrahendum omnino inhabiles sint, & huiusmodi contractus irritos & nullos esse decernit, prout eos suo decreto irritos facit & annullat. *d.c.1.§.qui aliter.*

Inhabilitas autem ibi irrogata non est permanens sed tantum ad eum actum sic celebrandum, quod si itaque qui eum sic celebrarunt, velint inter se, vel cum alijs seruata forma Concil. contrahere; nihil est impedimento. *Sac Cong. citati à Barbos. in Collect. DD. ad d.c.1. num* 144.

Atque ita præsente parocho & testibus, est in facie Ecclesiæ contrahere; quæ per eos in isto actu repræsentatur. *cap. ecclesia de consec. dist.1. c. relat. 2. extr. de testament.* vt non apte aliquando aliqui Pastores zestentur, aliquos in facie Ecclesiæ Cathed. vel parochialis contraxisse: & ineptius nuper in quadam lite quidam matrimonium contraxisse asserebantur in cæmiterio, vnde alter nullitatem arguebat, quod non in facie Ecclesiæ contraxissent. Itaq; si parochus vel testes absunt, etsi alius sacerdos adsit, sine eius vel Ordinarij licentia, est irritum matrimonium. *d.c.1. §. qui aliter, Cong Conc. apud Serol. pr. p.1. V. Matt. §.1. Sa. V. mat.*

Et hæc quidem quoad subsistentiam veri matrimonij. Cæterum matrimonium vt iustum sit, seu rite contrahatur, requirit Concilium, vt diebus Dominicis aut festiuis non ferialibus, (in qua re non potest Episcopus contra Conciliarem constit. dispensare. *Serol. vbi sup. §.2 ex Cong. Conc. Trid.* nisi sit magnus in templo populi concursus, quo finis legis obtinetur. *Barbos. ibid. n.33.*) denunciationes illud præcedant, prout ante sanxerat Concil. magnum Lateran.

Tres autem continuos dies festos Concilium exigit: adeoque immediate succedentes: saltem vt mora longa non intersit; ne fallatur memoria. alioquin denuntiationes repetendæ forent. *citati à Barbos. ibid. n.27. & seqq.*

Itaq; si quis eas neglexerit, tametsi ob id matrimonium non vitietur, † *Riccius dec* 257. *ex Cong. Gutier. de mat. cap.* 56. seuere corrigendum esse rescripsit Cong Conc. B Carolo Borom. 25 *April.* 1575. *Sahagun. hoc tit. n.* 46. *Caualc. p.1. dec* 29. *vbi per duas sententias ita indicatum dicit. Charond. Resp. lib* 8. *R.*12. Choppin. *de sac. polit. l.*2. *tit.*7. *nu.*5. vbi is refert & edictum Blesense art. 40. sanxisse iustas nuptias contrahi non posse, nisi præuia trina monitione. 10. *Denūciationes omissa non irritant contractū.*

Adeo quidem vt cum ijs sentiam, qui taliter contrahentes subiectos volunt pœnis clandestine contrahentium. quippe Conc. Lateran. *c. fin ext. de clandestina dispensatione,* tales clandestinos vocat, pœnisque subijcit §. *si quis.* dicit porro Conc. Trid. se Lateranensibus vestigiis inhærere. *cap.1. sess.24. de reformat.* neque expresse in hoc contrarium statuit. *bene Sanch. de mat. l.3. disp* 1 *n.7. & alij quos citat & Gutier tract. de mat. c* 55. *n.5.* non tamen proles affici censeo, quin legitime nascantur dum reuera validum est matrimonium.

An autem pœnæ matrimonij clandestini incurrantur ante sententiam, & contrahentibus à solo Ecclesiastico iudice irrogentur, adeo vt secularem præpediri possit; reseruatæque sint: an suspensus parochus ab Episcopo absolui possit; excutit Sanch. *de mat. lib.3. d* 52.53.54.

Si vero loci ordinario iusta aliqua caussa esse videbitur, & speciatim si metus sit ne malitiose impediatur matrimonium, remittere potest denunciationes ante contractum, *d. c.1.* sic tamen vt fiant ante consummationem; nisi & hoc relaxandum iudicauerit: prout hic mos relaxauit, vt non audierim vnquam post contractum iam matrimonium proclamationes fuisse factas.

Et quamquam Concilium malitiosi impedimenti mentionem tantum faciat, idem tamen iudicium est de alijs † iustis causis *Sabag hoc. tit. num. 52. ex Cong Conc. Gutier. de mat. cap. 57.* Quæ porro illæ caussæ sint, habetur apud Sanchez *d. l. d. 9. Gutier. de mat. cap. 57. n 3. & longo ordine citatos à Barbosa ad d. c. 1. n. 70. in Collect. dd.*

11. *Causæ dispensandi super bannis.*

Inter quas hic frequentata est vicinitas temporis clausi. *ex Cong. Conc. Serol d. l,* §. 9 quāquam Conc. prou. Med. illam non admittat Serol. post Nauar. & has admittit, quòd nobilis cum ignobili, diues cum paupere, senex cum adolescentula contrahat. articulus mortis, necessitas discessus viri, fæmina prægnans, scandalum, aut verecundia in diu habitis pro coniugibus, tutor qui impari virginem vult iungere, vel iniusta nouerca, status magnatum, de quorum matrimonio palam agitur, & quotiescumque notabilis commoditas spiritualis vel temporalis suadet. *citati à Barbos. in Collect. DD. ad d. c. 1. n. 71. & seqq.* sed affirmatiue eas causas ponere longum foret, iudicio & prudentiæ Episcopi committuntur. Sic Cong. Conc. respondit, rectè relaxari denunciationes quibus in locis sponsi ante matrimonium solent concumbere. qui titulus generatim nullibi assumitur, etsi in particulari aliquando consideretur: forte ex ratiocinatione Taciti, *lib. 3. Annal. Nescio,* inquit, *an suasurus fuerim omittere potius praualida & adulta vitia, quam hoc assequi, vt palam fieret quibus flagitijs impares essemus.* Pastorale Mechliniense instruit parochos, vt serio inhibeant sponsis ante matrimonium copulam, & ad vitanda pericula, vt infra 40. dies ad solemnizationem matrimonij procedant. quod & decretum in Synodo Audomarensi 1583. *de matrim. cap. 4.* Debet itaq; remissio denūciationum fieri ex rationabili caussa, quia non libero arbitrio, sed prudentiæ, id est ratione, & causa regulatæ voluntati committatur. *Sanch. de Mat. libr. 3. d. 8 nu 1. Gutier. li. 1. q. can. c. 18. n. 6. & seq.* Exigitur ergo caussa: & sine iusta caussa dispensare, quidam volunt esse mortale; quia sit grauis materia. quamuis hoc durum sit, saltem si qualis qualis ratio adsit, nec vlla impedimenti suspicio.

Et existente causa Ordinarium dispensare nolle quidam mortale affirmant, si scandali aut malitiosi impedimenti periculum subsit. *Sanch. lib. 3. disp. 3. num. 6. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 20. num. 23. & de matr. cap. 57. num.* 4. eoque casu rite ad superiorem ad officium ab eo supplendum prouocari asserit, quod Hurtado *de Mat. di.* 20. *n.* 71 extendit ad quemcumque casum notabilis boni publici aut priuati spiritualis vel temporalis. Contrahi etiam sine denunciationibus & dispensatione, mortale *ibid.* Sanchez asserit. & sic contrahentes castigandos diximus n. 10.

Huius tamen caussæ non alia cognitio necessaria est, quam informatio aliqua extraiudicialis, quæ mentis dictamen eo inflectat. *Sanchez vbi supra numer. tertio.* Vnde etiam extra diocesim fieri potest. Super denuntiationibus porro ex causa dispensandi ordinario tribuitur facultas pro dictamine ipsius conscientiæ, qui proinde nulli dat illius rationem, vt illarum omissio matrimonium non irritet, vt nec clandestina irrita sint, quamdiu ecclesia illa irrita non fecit, non Principes seculares. diximus *in Consult canon. h. t. consult.* 2. *&* 11. Præter Ordinarium autem nemo denunciationes remittere potest, præterquam quod in mortis articulo (non quotiescunque est grauis caussa, & periculum in mora, & præsertim recusante Ordinario : Vide tamen Gutierrez *de Mat. cap.* 57.) ad proles ante susceptas legitimandas, sine denunciationibus, quasi ipsa lege benignè dispensante, vel cessante coniungi liceat : præsertim si Episcopus in eadem ciuitate non sit ad manum.

Quæ

Quæ fuit communis interpretatio *cap vet. extra de Cland. desp. ita post Nauarrum & Cuccum Sahagun. hoc titul. num. 52.* & eam diserte admittit Synodus Audomarensis 1583. *tit. 10. cap. 13.* sub cautione, quod proclamationes fient, si æger conualescat ante cohabitationem, aut obsequia coniugalia. quæ cautio consonat Trid. decreto; sed non vsui nostro, vt dixi. Esset tamen non inutilis hic, ob impedimenta dirimentia, & imprimis ob cognationem spiritualem, quæ ex Confirmatione oritur. nam tales patrini hic neque à parochis neque Episcoporum actuarijs registris inscribuntur. quod Pontificale tamen commendat, & dict. Synodus Audomaren. *titul. 4. cap. 4.* à parocho fieri desiderat. Mortis tamen articulus aliaue vlla necessitas non sufficit, vt sine parocho matrimonium contrahi possit. *Gutier. tract. de mat. c. 61. Diana p. 3. t. 4. r. 234.* Quamquam aliqui *à Barbosa in Remiss. ad d. cap. 1. n. 165. in Collect. DD.* citati secus censeant. Quod benignum foret eo casu quo haberi parochus à moriente non posset. & proles legitimare per subsequens matrimonium & defloratæ matri, & conscientiæ suæ satisfacere desideraret: quando iam momenti impossibilis esset obseruantia Concilij, adeoque extra obligationem videretur *arg. eorum quæ inf. num. decimo sexto dicuntur.* sed tamen petere potest moriens vt Princeps proles, etsi post mortem, legitimet, quod concedi solet, sed non est vndique par effectus.

In militibus frequens causa suadet omitti denuntiationes: sed vt indifferenter id fieret nimis in speciem aduersari videretur Concilio Trid. quod dumtaxat ex probabili suspicione malitiosi impedimenti, aut causa simili de prudentia ordinarij denuntiationes omitti permittit. ex facto igitur singulari Concilium hæc decidi voluit, non admitti huiusmodi regulam vniuersalem. præsertim cum decisum sit denuntiationes etiam extra ecclesiam fieri posse, si est frequens populi conuentus, vnde innotescere possit nuptutientium desiderium, & impedimenta deferri. præsertim cum fœminæ habent suas parochias paganas, vbi denuntiationibus factis finis Concilij obtineri possit.

Ordinarius † porro dispensare potest, non Episcopus tantum, quia eo nomine vtitur Concilium, id est, qui ordinariam cognitionem & iurisdictionem habet (nam ad hanc, non ad Ordinem ea facultas pertinet.) Quare qui auctoritatem Episcopalem in suo territorio præscripserunt, aut alio titulo obtinent, hanc potestatem vendicare possunt. *Refert iud catum Choppin de Sacra polit. l. 2. tit 7. num. 6. Sahagun. hoc tit num. 53. ex Cong. Conc. Sanch. de mat. l. 3. d. 29. 30. 31.* Capitulũ ergo sede vacante, abbates etiam cõmendatarij, obtinentes iurisdictionem ordinariam, quasi Episcopalem. *citati à Barbos. in Collect. DD. ad d. c. 1 n. 56 & seqq.* non Archiepiscopus in diocesi suffraganei. quia non est ibi ordinarius, *n. 65.* sed Nuncius, qui in sua prouincia est ordinarius *c. 2. de off. leg. in 6.* & si ob impedimenta sibi ignota, & incommoda Nuncij Belgici requisiti fuerint sæpius, ne ea potestate facile vterentur, vti monita ea lubenter auscultarunt. Vnde sequitur Officialem aut Vicarium Episcopi generalem eandem iure potestatem habere, (tamen nonnullibi Episcopi dum præsentes sunt, eam aliquando restringunt) quippe illi Ordinarij sunt, qui & hic interesse matrimonijs, & alijs authoritatem dare posse dicuntur. *quod late tradit Gutier. de matrim. cap. 66. 68.* conforme est *cap. 1. extra de frig. & ibi gloss. c final. de cogn. spirit. Nauar. de spons. cons. 47. n. 1 Riccius dec. 259. Sahagun h. t. n. 53. refert ita censuisse Cong. Conc.* 12. *Qui dispenset?*

Adeoque iure proprio,seu à Conc.attributo, quippe eo ipso quo vicarius est, atque ita Ordinarius. *Sanc.lib.3.disp.7.num.9.Gutier.Canon.quæst.lib.1.cap.19.n.13.* quamquam & possit Episcopus alicui generaliter delegare facultatem remittendi denunciationes. *Sanch. ibid num.*20. Licet Menochius *conf.69.num.55.* secus senserit.quia tametsi Ordinarij prudentiæ id relinquit Conc si causa sit ardua, ramen non eligit determinatam personæ industriam,sed prælatis præsentibus,& futuris generatim committit.

Non tamen Vicarij foranei seu archipresbiteri hæc possunt, nisi speciatim eis facultas ea detur;multo minus parochi. *Ricc.ib.in fin.Gutier.tr.de mat.c.56 Nau.de cland.conf.1.2. Sanchez.de mat.l.3.d.29.n.10.* quia non sunt Ordinarij, nisi habeant matrimonialiũ causarum cognitionem delegatam vt minori concesso, & id attributum videatur. *n.* 20.nam quæ iure competeret ablata est per Tridentinum *s.* 24. *c* 20.§ *ad Sec.* Archipresbiter etiã Cathedralis non censetur hodie vicarius, vt matrimonio assistere possit, aut assistendi licentiam dare.quamquam olim omnibus diocesanis sacramenta ministrasse videatur. *Sanch. de mat.lib.3.d.27.* quo modo nec Archiepiscopum subditis suffraganei hoc officium præstare putat *Sanchez.d.28.* nisi per appellationem aditus sit, nam tum supplere potest ordinarij officium,perperam denegatum,vt in omni appellatione.

Porro denunciato aliquo impedimento, aut cognito parocho aliquo rumore,de quo tenetur inquirere, supersedere debet ab vlteriori progressu, & rem ad superiores reijcere. *cap. 3. extra de Cland.desponſ.Synod. Mechl.prou.*1607.*tit.*10. *cap.*4. *Audom.* 1583. *de mat. cap* 8 qua in re sæpius parochi committunt, pergentes donec inhibeatur, cum ipsi partibus progressum interdicere debeant, sub pœna suspensionis ab officio ad triennium. *d. c. 3. §. si vero & nec quid fieri debeat manifestu constiterit documentis, d.cap.3.§. 1.in fin.* sic & loquitur Conc. Trid. d.c. 1. *quibus,* inquit , *denunciationibus factis si nullum legitimum opponatur impedimentum,ad celebrationem in facie Ecclesiæ procedatur.*

13. *Quis proprius parochus?* Parochus proprius † in hac materia est proprius Sacerdos, Beneficiarius Ecclesiæ Parochialis, vel qui eius vices legitime gerit, sub qua Parochia contracturi degunt, & firmum domicilium habent; saltem quo tempore contrahunt, etsi non habent animum permanendi. *Sa.V.Mat* & qui domicilium transtulerunt, cũ declaratione animi deinceps permanendi, quamuis à pauco tempore *Gutier.de mat.c.63.vbi late.* alioqui:qui nuper aliquo deuenerunt,& animum permanendi non habent, ibi valide nõ contrahunt;nisi antiquum domicilium deseruerint,& iam non aliud habeant. *Sanch.de mat.l.3 d.23.num.* 14. Quod si vterque contrahentium sub diuersa Parochia habitet , vtrobique proclamationes faciendæ sunt , vt vtriusque apud suos noti impedimenta facilius detegantur; (neque in hoc Trid. à Lateranensi dissidet.) quamuis ab vtroque eorum parochorum matrimonij celebratio fieri possit. *Gutier .de mat. cap. 62. num. 4. Serol §. 61. sup.ex Cong. Conc.* Sahagun. *hoc tit.num.*54. & ita conciliat Cuchum & Nauarrum,quando sunt diuersarum diocesium. Serol. *vbi supra ex Cong. Conc.* requirit, vt ordinarius loci viri, significet ordinario vel parocho mulieris factas esse denunciationes, aut dispensatum, adeoque ad matrimonium progredi posse quod & prudenter præscribit Sinod. *Mechlinit.de mat.c.5. synod.2.t* 10. *c.* 3. tametsi mero iure alter ordinariorum cum vtrisque sponsis dispensare possit. *citati à Barbos.ad d c.1.n.54* vbi tamen Serol.male dicit,ob certitudinem huius sacramenti eum qui diuersarum diocesium est, censeri vagabundum , & *iuxta ca. septim.session.* 24 *Trident.* posse vbi libet, re per ordinarium examinata,contrahere : quod de his nemo

dixerit.

dixerit:nisi vagabundum dicamus respectu duarum solum parochiarum, quod est improprie:& d.c.7.intelligitur de erronibus *Gutier.de mat.c 65.n.2.* vt nec sub vagis censeatur miles.quamuis instabiles sedes habeat.

Non simpliciter autem parochum alicuius,sed proprium requirit Concilium: vt locutio de parocho habitationis acciperetur; non de parocho originis:qui proprius non est, & quo vagi qui parocho dicuntur destituti, numquam carent; qui tamen vbique contrahunt:quia proprium non habent,aut pro tali omnes habent. atque adeo alter vagus,alter proprium habens,vbiq; contrahit.Neque enim *in d.c.7.* pro vagis formula præscribitur,vt in c.1.*de reform.mat.*qua non seruata vagorum irritetur matrimonium. neque enim vllam clausulam irritantem,aut inhabilitatem habet:neque eo fertur præfatio d.c.7 nec vt imperfectum d.c.1.hic suppletur:nec licentia ordinarij hic est attributiua iurisdictionis,sed decisiua eorum quæ ibi iubentur inquiri.*vt diximus in Consult. canon. h.t.consult.7.*ideoque passim omnes pro validis habent vagorum matrimonia,nec forma d.c.7. seruata,nec licētia obtenta. nemine in contrariū citato à Barbosa *in Collect. DD.ad Concil. Trident.ad d.c.7.numer.*8.& vero quæ in vagos,peregrinos,hospites,Ordinario iurisdictio competit,eadem locorum parochis pro suo modo, & gradu iure tribuitur: exercitio limites ex prudentia Ordinarij Concilium statui cupit.

Vbi etiam non ab origine sed ab habitatione parochianus quis dicitur, & huius non illius Ecclesiæ portionem canonicam debet.Ideoque vt ab originis Episcopo ordines recipi possent,specialiter iure expressum est.*sentit Sanch.lib.3.disp.23.numer.6.7.* De militum Belgicorum matrimonijs,& quis eis vicem parochi proprij præstet, diximus *in Consult. canon.tit.de sponsal.& mat.& tit.de offic Iud.ord.delegat.*

Et quia exhibitio præsentiæ quam parochus facit est voluntariæ iurisdictionis, tam ab eo quam deputato ab eo extra parochiam, adeoque à parocho viri in parochia mulieris valide præstari potest.*citati à Barb.in Remiss.ad d.c.1.Cong.Conc.16.Febr.1595.*

Non proprius Parochus aut alius Sacerdos coniungens aut benedicens sponsos, est suspensus,*dict.ca.*1.credo ab officio,seu functione pastorali & ordine, non beneficio,etsi & hæc pœna infligi possit. *Add.ad Sa.V.suspens.*§.4.& Synod.2.*Ant.t.*10.*c.*2.*pecuniariam adiungit.* *Pœna non proprij parochi assistentis matrimonio.*

An autem imponi debeat triennalis suspensio, *de qua in c.fin.de clandest.despons.*controuertitur:existimo *cum Sanch.l.3.d sp.*48. *num.3.Gutier tract.de mat.c.75.nu.*14. non debere. quippe pro determinato tempore triennali à Conc.Lateran. arbitrarium Trid. suffecit. Pœna autem excōmunicationis quam regularis incurrit *per Clem.1.de priuil.*quāuis Sanch. *lib.3.disp.48.n.8 post Nauar.*sublatum crediderit, dilette per Conc.non tollitur: stare ergo non prohibetur.quamuis prohibitioni noua pœna accedat.quamquam non noua,vt diximus, quæ tantum habet certi temporis mutationem, in arbitrarium scilicet donec Episcopus coniunctorum,vel vicarius eius generalis, *Sanchez lib.3 disp.52. num.4.Gutier.de mat.cap.75.num.*25 absoluat.

At vero ex tacita seu præsumpta licentia procedere quis non potest, sed requiritur expressa,vel commissio generalis ad administrandum omnia quæ spectant ad curam animarum,&,vt quidam,ad omnia.parocho absfuturo,vel omnia sacramenta, & si non in scriptis,quæ tamen actum præcedat, quamuis metu vel dolo extorta, nisi dolus sit circa substantiam, modo etiam reuocata sufficienter non fuerit, seu per certum nuntium, aut lite- *Commissio non proprij qualis esse debeat.*

literas, aut mortem. quæ etiam licentia non præsumitur, sed probari debet: nec alius sacerdos credere potest dicentibus se habere eam licentiam à parocho. *citati à Barb. longo ordine in Remiss. ad d. c. 1.* excusabitur tamen sic coniungens non suos, quos suos esse credebat, vel licentiam habere, dummodo ignorantia non sit ita crassa, vt sit ingens temeritas. *Sanchez. dict. disp. 48 n. 7. Gutier. dict. c. 75. n. 16.* Licentia autem ordinarij alieno facta, quem proprium credidit, matrimonio sufficit. *citati à Barbosa in Collect. DD. ad d. c. 1. n. 10.*

14\. *Qualis parochi præsentia requiratur, & qualis sit?* Parochus præsens esse debet formaliter, & † ad actum matrimonij adhiberi, sic vt intelligat quod agitur; quamuis ob aliam causam accersitus, vel inuitus adsit. *ex Cong. Conc. Gonz. ad Reg. 8 gl. 48. n. 35. Gutier. de mat. c. 69. & Ricc. decis. 243.*

Adeoque nec ad subsistentiam requiritur vt pronunciet verba Conc. *ego vos in matrimoniũ. citati à Barb. in Collect. DD. ad d. c. 1 n. 45.* quin & Conc. quo ad ea receptũ vniuscuiusq; prouinciæ ritum permittit. vt & in sponsalibus nullam verborum formam præscripsit. *Cong. Conc. 19. Decemb. 1569.* imo addit *vel alijs vtatur verbis* &c. similiter testes non rogati, sed vi detenti, & repugnantes sufficiunt. *Gutierrez. tract. de matr. cap. 55. in fin. Sanch. de matr. lib. 3. disput. 39. num. 9.*

Parochi porro præsentia pro forma actus hic exigitur, vt matrimonium cõtractum in præsentia mille testium, eo absente, nullum sit; cum eius præsentia, vt quæuis forma, per æquipollens suppleri nequeat. *vt censuit Cong. Conc. apud Goncal. ad reg. 8. Can. gl. 48. n. 29. 30.* Quod si eodem modo diceremus, in ca. cum esses *de testam.* alijsque eius generis, præsentiam parochi, vel notarij requiri; non facile per duos alios testes supplebitur: etsi hoc forte contra communem sit,, neque satis *in c. cum esses* pro forma requiritur: cum non vtitur his verbis, quibus hic c. §. qui aliter vtitur.

Parochus beneficij possessor vt sit, sufficit; neque hanc eius præsentiam vitiat excommunicatio, suspensio, notoria fornicatio, vel etiam priuatio, quam diu reipsa relinquitur in possessione. *Sanchez l. 3. d. 21. Gutier. de mat. c 62 n. 25. 26. 27.*

Parochum sacerdotem esse non oportet, vt præsentiam hanc præstet. *Nauar. de cland. desp. consↄ. 9. 10. Sahagun h t. n. 88. Sa. V. Matr. ex Cong. Cõc. Gutier. de mat. c. 62. n. 21.* sed ab eo ad hanc præsentiam substitutus sacerdos esse debet ob ea verba Concilij, *vel alio sacerdote, Sahagun. in c. quamuis, de off. deleg. n. 13 hoc tit. n. 89.* Illud porro verbum *(alio)* qualitatem sacerdotij referre quidem videtur; sed id ob frequentiã accidit, quod vt parochi intra primum annum tenentur ad sacerdotium promoueri, plerique sint sacerdotes; atq; ita vsui loquendi, nõ necessitati qualitatis id tribuendũ est. propter quẽ vsum nonnunquã à propria significatione receditur: *Nauar. d. consↄ. 3. n 3. l. Labeo. D. De supell. leg. c. ex litteris, de sponsↄ.*

Præter parochum testes saltem duos eosque simul non successiue requirit Conc. qualitatem nullam exigit. Itaque testes qualescunq; ad matrimonij subsistentiam sufficiunt, dummodo ratione vtantur. *citati à Barb in Collect. DD ad d. c. 1. n. 138. & seqq.* sed an etiam ad probationem? nec dubito, quin etiam adhuc, si Parochus librum habet, iuxta Conc. decretum, cui coniunctorum nomina inscripserit. nã libro soli, vti à persona publica, in negotio à iure ei iniuncto, creditur: sin minus officio hic parochus functus fuerit; an solis testibus fides dabitur? nihil ex iure antiquo mutatum crediderim.. *egimus supra tit. de Parochis. n. 7. 8. & de probat.*

15\. Enim vero in † Gallia satis obscure scitur, an & quatenus decretum hoc sit publicatũ. quam plurima sunt arresta clandestina matrimonia irrita declarãtia, præterim post Cõstit. Henr. III. Blesis editam. Gallici recentiores scriptores passim ea tradunt, sed quidam

ea volunt referre ad vim legis Regiæ, quidam ad efficaciam decreti Concilij. Videri potest *Chenu in qu. notab. q.* 13. *& seq. Charond. Resp. l.* 7. *resp.* 71. *l.* 13. *resp.* 84. *l.* 11. *Resp.* 12. *de mariages clandestins. Iul. Pelæus in act* 43. Verum scio etiam ab ijs, qui coram examinarunt eos, qui astiterunt, quod tempore Liguæ Gallicæ circa annum 1594. audiuerunt Parisijs publicari illud decretum: etsi omnia acta Ordinum illorum ad eorum inuidiam postea fuerint rescissa. Sed & vidi testimoniũ R. D. Siluij, à Petra Viua S. T. D. Abbatis B. Mariæ de Insula, Cancellarij Vniuersitat. Paris. Vicarij Episc. Parisiens. quo asserebat ann. 1602. mandato Episcopi Paris. conformiter ad constitutiones Regias decretum Conc. Trid. *c.* 1. *s.* 24 irritans matrimonia clandestina, iuxta eam formam, quã Conc. *in fin. d. capitis* præscribit, in omnibus Ecclesijs vrbis & diocesis Parisiensis fuisse publicatum. Nobilis quidam adolescens Belga Parisijs incidit in casses amicæ, cuius vt copia potiretur, promisit se eam in vxorem ducturum: secuta est copula: refrigescente charitate, redijt in Belgium; illa subsecuta eum in ius trahit, dicit se eius vxorem, *ex cap. is qui fidem, de spons.* ille opponit Conc. Trid. per quod cessat *d. ca.* disputatur de vigore seu obligatione Conc. in isto loco: per duas conformes sententias declaratum est, nullas subesse nuptias. Verum enim vero Henr. IV. Galliæ Rex in edicto Nannetẽsi declarauit, se habiturũ pro legitimis ea matrimonia, quæ sine parochis coram consistorio deformatæ Religionis contrahuntur. Vnde quidam post ann. 1602. & d. edictum Henrici IV. intra diocesim Paris. contraxerunt coram consistorio Charantonensi, in diocesi Paris. cum Parisijs degerent, essentq; eius religionis; deinde maritus abijt transfuga ad Turcam, à fide apostata: vxor conuertitur ad fidem Orthodoxam; & offert se matrimonij conditio honesta: quæsitum, an matrimonium illud pro nullo haberi possit? (quasi edicta Regia videantur talia magis tolerare pro politia sæculari, & quoad hæreditates quam legitima facere, prout vere non possunt, vbi Conc. Trid. publicatum est) non minus, quam edictum illud de Monachis & Clericis in sacris statuit matrimonium ineuntibus. Ideoque ob publicam quietem prolem legitimã magis haberi, quam esse; imprimis quoad successiones potius, quam in ordine ad sacramentum, & vinculum matrimonij, quod soluere vel stringere edicto non potest Rex; sed id ad Ecclesiã spectat. *can.* 4. *sess.* 24. *Concil. Trident.* c. 1. ibid. de reform. matr. adeo vt si quis taliter coniunctus conuertatur, (nam de hæreticis solis agit edictum, ita vt si quis Catholicus taliter contrahat, nihil agat. *Chenu d. c.* 13. *Char. Resp. l.* 13. R 84.) renuntiare fauori edictorum posse videatur, & nullitatem vinculi admittere, & proclamare ad libertatem: & ea posita ad alia vota cõuolare, ex causa præsertim, quæ spõsalia de futuro soluat. Is casus cum hic incidisset, censui liberum esse.

In Gallia Cõc. Trid. obscure obligat.

Porro pro † ditionibus ijs Belgicis, quæ vna cum obedientia natiui Principis iugum Ecclesiæ excusserunt, extant declarationes Cardinalium Conc. Trid. Interpretum in hæc verba: *Congregatio Conc. perpensis consultationibus Episc. Tricaricensis circa formulam matrimoniorum quæ in partibus Hollandiæ Zelandiæ, Frisiæ contrahuntur, ita censuit:* 16.

16. Pro Belgio Resolutiones matrimoniales.

Primo vbi decretum eiusdem Concilij c. 1. s. 24. de reformatione matrimonij non est publicatũ, valere matrimonia contracta, absque conseruatione formæ à Concilio præscripta.

Secundo, publicationem præsumi, vbi id decretum fuerit aliquo tempore in parochia tanquam decretum Concilij obseruatum.

Tertio, hæreticos quoq; vbi decretum d. c. 1 est publicatum, teneri talẽ formam obseruare, & propterea ipsorum etiam matrimonia absque forma Concilij quamuis coram ministro hæretico, vel magistratu loci contracta nulla atque irrita esse. *Quar-*

Quarto, vbi etiam constat decretum Concilij esse publicatum, vel aliquo tempore in parochia tanquam decretum Concilij obseruatū, sed parochialis Ecclesia vtpote vacans proprio parocho careat, & cathedralis itidem Episcopo atq; Capitulo, habentibus à Concilio facultatem alium sacerdotem ad id delegandi nullusq; alius ibi sit, qui vices parochi vel Episcopi suppleat, matrimonium valere absque præsentia parochi: seruata tamen in eo, in quo potest forma Concilij, nempe adhibitis saltem duobus testibus.

Quinto, si extent quidam parochus & Episcopus, sed nullo constituto Vicario, vterque metu hæreticorū lateat, ita vt vere ignoretur vbinam sit, vel eodem metu à diocesi absit, nec ad alterutrum sit tutus accessus: validum esse matrimonium contractum absque forma: adhibitis tamen vt dictum est, duobus testibus.

Quod vero attinet ad casum specialem in scripturis eiusdem Nuntij contentum, Cong. ita duxit respondendum: cum secundum ea quæ proponuntur matrimonium fuerit contractum in parochia, vbi fuerat publicatum dictum decretum, & extaret in diocesi Antuerp. cuius erat parochia, Vicarius, qui iuxta Concilij decretum poterat prouidere: vtique huiusmodi matrimonium absque forma contractum esse nullum. Ita subscriptum erat: Hieronymus Cardin. Matth. Quæ omnia indistincte *iuxta ar. 3.* accipio tam de hæreticis quam de Catholicis: neque quorundam eruditissimorum tamen virorum responsum mihi placet, omnia eiusmodi inter hæreticos contracta matrimonia pro nullis habenda esse, eo argumēto, quia tenentur formam seruare, ergo debent velle; & quia cætera eis sint per accidens, præsentia vel latebræ parochi: quia etsi eius tuta copia fieri posset, eius opera vti nihilominus nollent: itaque nulliter contrahunt: quia defectus hic se debeat habere ex parte ministri Ecclesiæ, non contrahentium. Quia respondendum est, velle debere, vbi tenentur: non tenentur vbi copia tuta haberi nequit, ergo nec ibi debent velle. sed nec ipsa voluntas nouo hoc iure ea pœna disertè castigatur, neque antiquo: à quo ideo recessum non erit, & nouum imo his casibus cessare declaratur quibus seruari nequit.

Ex eadem Epikeia, qua procedit artic. 4. & 5. dictarum resolutionum, vt scilicet credamus Tridentini mentem non esse, vt obligare velit vbi parochi copia haberi, decretūue obseruari nequit: dicendum est matrimonia captiuorum vel mercatorum apud infideles, in ijs locis, quæ post decreti publicationem, in eorum manus venerunt, esse valida. quamuis Sanchez. *de mat. l. 3. d. 18. numer. 33.* epikeiam in eo decreto nolit admittere: sed ijs in locis, quæ semper sub eorum potestate fuerunt, non epikeiæ sed publicationis, quam decretum requirit, defectui, vt valida sint, acceptum refert: Id quidem bene, non æque illud. Quod si vero incola loci vbi Concilium publicatum est, diuertat ad locum vbi non est publicatum, vel econtrario: non tantum per modum domicilij, sed hospitij dumtaxat, vel transitus; validum erit ab eo matrimonium, sine parocho contractum: vbi publicatum non est, inualidum erit sic contractum, vbi publicatum est. quippe ad solemnitatem actus non leges domicilij, sed actus inspiciuntur, *cap. 1. de sponsal. Sanch de matr. lib. 3. disp* 18. *nu.* 25. etiamsi ad vitandam decreti obseruantiam eo concesserint: quasi in illius fraudem. quia iure suo vtuntur cum extra domicilium existentes illius lege soluti sint. *Sanchez. n.* 27. *vbi sup.* sed. S. Cong. postea contra respondit. Quid ergo si sine parocho contrahens in loco, vbi decretum ligat, transeat locum vbi decretum non ligat, & ibi copulam exerceat? si post sponsalia tantū aut fidem de ducendo datam. postquā habita copula extra locum Concilij facit matrimonium, cum circa sponsalia Concilij nihil mutarit, transibunt ea sponsalia in matrimonium: si sine præuijs sponsalibus, sine parocho de fa-

de facto processum est ad matrimonium, cum illud, *vt supra diximus hoc tit. num.3* non resoluatur in sponsalia, nulliusque sit effectus: propter decretum irritans (*de cuius energia late Gonz. ad reg. 8. Canc. super finalibus illius verbis,*) nihil actum censebitur, nullusque surget iuris effectus, sin autem initis sponsalibus, aut fide data sine parocho contractum sit matrimonium, cum vtile ab inutili separabili non vitietur, *vt supra diximus, d. num.3.* non impedietur, quo minus ex fide de ducendo data (separato intermedio inutili matrimonio) per copulam maritali affectu habitam, in loco idoneo, sequatur iuris, quod in loco habitæ copulæ obtinet, effectus. vt scil. tali fide affecti, & commixti, fiant ibi coniuges. modo non vetus tantum factum firmare, sed fieri coniuges exercendo copulam intendant.

Sub dispositione c.1. non † comprehenduntur ij qui semel publice contraxerunt coram parocho & testibus, sed ob occultum impedimentum eorum matrimonium est inualidum: non enim tenentur iuxta formam dicti c.1. de nouo contrahere; non tantum ex declaratione Pij V, sed ex ipsa ratione Conc. quæ est, vt matrimonium constet Ecclesiæ, viteturque peccata ex occultis coniugijs prouenientia. *M. Ant. Gen. in pract. cap. 21. n. 7. Riccius decis. 246. Nauar. h. t cons. 14. in fin. de despons. Impub. cons. 3. De eo qui duxit. cons 3. 4. Sanchez cum pluribus quos allegat. de Mat. l. 2. d. 37. nu. 3. l. 7. d. 37. num. 47. d 37. nu. 3. referens & Pium V. & pœnitentiaria pratorium, & S. Cong. ita censuisse.* vtpote cum agat decretum de clandestinis, vt hoc non est quod semel publice initum est. At vero res ea apud me semper hunc scrupulum habuit, quod eo euentu, quo occultum illud impedimentum postea fiat publicum, vt facile potest, neque de occulto consensu renouato probationes erunt, incommoda Concilij non vitabuntur: nam coniux alterius pertæsus impedimentum probans, quod ante occultum erat, dum alter renouatum consensum non probauit, separari poterit, aliamque ducere, ac perpetuus adulter esse. ob quam rationem, tanquam exceptionem Sanchez. *num.* 10. asserit, casu quo parochus & testes vel aliquis eorum impedimentum noscat, etsi alias occultum foret, publice omnia repetenda; quia iam coram Ecclesia non est validum. Vnde impedimentum etsi aliquatenus non occultum sit; sed nec publicum, videbitur ea tamen repetenda forma Concilij Quare puto Petrum de Ledesma *de matrim. tit. 45 ant. 5. dub. pen.* bene censuisse, oppositam sententiam esse probabiliorem, & Pium V. non declarasse Concil. sed dispensasse. similiter Binsfeld, *in Enchiridion ca. 17. quæst. antep* priorem opinionem eo casu excludit quo periculum foret, quod impedimentum publicum fieret, probarique posset in iudicio. Gutier. *qu Canon. l. 1. cap* 28 *num. 7.* semper censet repetendam formam Concilij, nisi subsit valde specialis caussa, & tunc petendam esse specialem dispensationem secreto contrahendi. Quare nec impuberum matrimonium publice celebratum per cohabitationem & copulam, vt iure antiquo verum nunc matrimonium fieri vult adueniente pubertate, sed de nouo requiri dictam formam, *idem Gutier. tract. de mat. cap. 76. num.* 30. 31. sed & probabile est ad dictum cap. 1. non spectare matrimonia clandestina inter impuberes contracta ea ratione, quia iuris interpretatione habeantur pro sponsalibus, adeoque eorum iure regulari possunt, & sic dicuntur censuisse Cardinales, *apud Sanchez. de Matr. L. 1. d 21. num 5. etsi is dissentiat.* Ob huiusmodi incommoda non nisi circumspectissime executioni mandandæ sunt litteræ occultarum dispensationum super consanguinitate aut affinitate, quæ Confessario eligendo dirigũtur, cum ea clausula, vt lacetẽtur, nec in foro fori prosint: ne executores indiscre-

17. *Qui cum impedimento semel publice contraxerunt, an possint deinde secreto ratifi. art.*

ti faciant coniuges,in foro puniendos, vt incestos & separandos: & si improbi sint,cõuolaturos ad adulteria.adeoq; ab executione abstinere debent, quotiescumq; non omnino secretum est impedimentum:cum id literæ requirunt.

18. *Qualiter hodie libere contrahi debeant.* Vt autem plene † de coniungendorum libertate constet,præcipit d.ca.1 à parocho virum & mulierem interrogari, & mutuum eorum consensum intelligi. Vnde quæritur an per hoc derogatum sit iuri veteri habenti pro sponsalibus & matrimonijs legitimis, quæ pater aut mater pro prolibus præsentibus & tacentibus contrahunt? Et non esse derogatum, ait Sanchez de Mat.*l.1.d.23.num.13.* quia parochus mutuum consensum contrahentium satis intelligit, cum Parentes eum exprimunt,& proles præsentes tacent adeoque consentiunt: *ex Speculi.cap.vn.de desp.Imp.in d. §. Non tamen.* Hic vsus tamen,vt etiam consensum per signa vel nutus (etsi hodie etiam sufficiat,*Gutier.tr.de mat.c.46.*) indicandi potius est abrogandus,& seruandum vt ipsi contrahentes respondeant. nam elocutio eorum,& vox,cæteraque magis enixam voluntatem, aut coactionem indicabunt: præsertim his in locis,vbi id inualuit.Mandat enim Concilium id fieri iuxta receptum vniuscuiusque Prouinciæ ritum.Non itaque doctrina alijs moribus consona, ad nostram praxim traducenda est. Interrogationis huiusmodi omissionem,si alias parocho constet de mutuo liberoque consensu, venialem culpam dumtaxat continere censent citati à Diana *p.3.t.4.r.294.* non mandat autem Tridentinum interrogari contrahentes super impedimentis: *ijdem ibid.* siue quia denuntiationes factas præsupponit;siue quia,id officij factum credit in præuijs sponsalibus. nam inuestigare super impedimentis iam ante ipsos parochos iussit Concilium Lateranense *c.3.x.de clandest.desponsat.* inuestigatio autem recte principium habet in examine ipsorum despondendorum,& propterea hi præmittunt inquisitionem,an illi nullo impedimento affecti sint,& in ipsis literis parocho mandant, vt ante coniunctionem ab ipsis super eo exigant iusiurandum. Non tamen d. c. 1. correxit ius antiquum *in c.fin.de procur.in 6.Gutier.tract.de matrim.c.43.* quin possit contrahi per procuratorem, etsi diuersis temporibus consensus contrahentium explicetur: dummodo tamen non interim prius consentiens animum mutasset; & dummodo consensus vtroque tempore explicetur coram parocho & testibus.Sic etiam hodie per litteras matrimonium contrahi potest, seruata tamen parochi & testium præsentia:vt explicat Sanchez *de matr.l.2.d 12 n.3.& repetit Gutierrez.tract.de matr.c.45.* Si ficte tamen quis consensisset coram parocho altero vere consentiente; sufficeret eum qui ficte consensisset, priuatim vere consentire.*Sanchez de mat l.2.d.32.nu.13.16.17.* Neque scrupulus in alia quæstione supra à me motus hic obtinet, quippe hæc fictio nunquam probari potest vt solui ex ea possit matrimonium; nempe habet fingens iuris præsumptionem contra se, cui eius iuramentum non præualeret. Sed an opus sit & alterum de nouo iam eius rei gnarum fieri,& consentire?opus esse censet Pontius:*de mat.l.5.c.24.*negat Sanchez. *d.disp.32.Coninck d.24.dub 10.t.2.*

19. *Benedictiones nuptiales & laudabiles circa eas consuetudines retinendæ.* At vero cum hic dicit Concilium nuptias esse † benedicendas à parocho quidem,& in templo,de primis intelligo sponsis quamuis corruptis.*Cong.Conc.13.Ian.1594.* neque derogari iuri sub pœnis grauibus vetanti secundas nuptias benedici. *Menoch.de arbit.l.2.cent.5.cas.417.num.2.*

Nuptias,inquam,vtriusque secundas. Nam si alterutrius primæ sunt,benedici debet

qui

qui antè non fuit benedictus, *ex extrauag Ioan.XXII.quam ex Perez citat Sanchez de mat.l.7.d. 82.num.24.* vbi & consuetudinem obtinere asserit, vt quando non vterq; coniux fuit ante benedictus, nuptiæ benedicantur: quasi iure societatis coniugalis, quæ faciat hæc communia. quod & in his locis obtinet.

Benedictionem quidem in templo suscipi mandat Concil non æque matrimonium ibi contrahi. adeo vt Sac.Cong. censuerit Ordinariū non posse prohibere, quin matrimonia domi celebrentur, seruata Conc. forma referente Sanch *lib.3.disp 15 num.20.aliisque.* sed id quidem pro ijs regionibus non improbo, vbi virgines raro in publicum prodeunt. sed in liberioribus gentibus, vt sunt nostræ Belgicæ, probare non possum. vbi quidem vsus hactenus obtinuit, vt non extra templi parietes matrimonia solemnizentur. præsertim cum Concil. *d.c.1* laudabiles consuetudines retineri vehementer optet, præter formam à se præscriptam. laudabilis autem ea consuetudo censeri debet, vbi matronæ virginesq; omni honestate salua, omni die, & hora templum, forum, plateas frequentant. Et propterea in synodo *Antuerpiensi 1620. tit.10.c.9.* non nisi in templo sub missarum solemnibus, atq; ante meridiem celebrari matrimonia decretum est. quod & itidem in Coloniensi, & Panormitana apud *Dian.p.3.t.4.r.279.*

Enimuero si pro benedictione annuli nuptialis antiquitus parocho vel Ordinario aliquid dari est consuetum, licite vsus ille retinetur. *Cong.Concil* Modo tamen ab initio pro fidelium voluntate nulla exactione vel compulsione fuerit introductus, neq; à sponte dantibus quicquam recipiatur, antequam benedictionem sacerdos libere fuerit impertitus. *Cong.Conc.11.August.1595.* Certe Concil. *s.24.cap.1.§ si qua prouincia laudabilibus consuetudinibus & cæremonijs vtantur, eas omnino retineri S.Synodus vehementer optat*: non verò si corruptelam, haud ad honestatem vergentem. sic Charond *l.7.Resp.79.* refert abiudicatam Episcopo Ambianensi, & Abbati d:Relais certam præstationem, quam solent recipere pro licentia quam dabant primis diebus nuptialibus concumbendi. cum ob reuerentiam benedictionis concubitum differri ad secundam noctem Conc. Carthag. 4. *in cap sponsus dist.23.* suadeat. sed quia consilij id erat non præcepti, sine iusta caussa hanc præstationem inductam fuisse liquet. & in simili aliquo iure contra monasterium Sancti Stephani in vrbe Neuersi: vbi & alia de abrogatis similibus insolitis seruitijs, vt conuiuijs annuis, quæ principium à liberalitate præsumuntur sumpsisse similia habet *Choppin. de sac.pol l.2.tit.7. n.3.* & apud Scotos legem fuisse latam, vt nouæ nuptæ pudicitiam libaret satrapa. alia habet *Papon.l.22.Arr.tit.9.arr.18.* sed eam abrogatam substituto aureo nummo Rege Malcolmo Cammore. Simili redemptionis iure in Brabātia nostra vtitur satrapa de VVesterloo. Alibi & hoc ipsum abrogatum est Senatusconsultis Si tamen nihil honestatem offēdat, & origo aliqua non ex liberalitate appareat, vti v.g. Abbas Sancti Germani Parisieñsis, charitates debet monachis ex diplomate Caroli Calui; & testamento S Remigij Episcopi Rhemorum annua conuiuia debentur Remensibus & Laudunensibus Presbyteris & Diaconis, continuatio iniungetur. *vt illius rei plura arresta recitat Ragueau en son indice des droicts Roiaux. verb. Droict de festin.*

Hortatur etiam Synodus Trid. *d.c.1.* vt coniuges ante benedictionem sacerdotalem, in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitet hortatur, non præcipit. Quamobrem Sanchez. *l.3.de matri d.12.* Nauar. & alij. *quos citat.* existimant, non esse peccatum,

si coniuges ante benedictionem misceantur. sponsi autem synodalibus ordinationibus multis in locis sub eodem tecto ob periculum pernoctare vetantur.

20. *Libertas matrimonij pœnas legales tollit.* Ad libertatem † matrimonij etiam spectat, vt legalibus pœnis non retardetur. nam mulier, si dormierit vir eius, soluta est à lege viri. Itaq; pœnæ secundo nubentium, v.g infamia, pro ea quæ intra annum luctus nupserit, aliæq; quæ tertij fauorem non spectant, iure Canonum, (quod moribus sequimur. *Bus. ad l.9.D. Qui not. infa.*) sunt sublatæ; non autem quæ tertij fauorem continent. *Bus. ibidem post Boer. & alios* qui id passim receptum vsu referunt. Sic Principes nostri *in edicto ann. 1611. super administratione iustitiæ. art.* 28. statuerunt vt secundo nubentes, siue mulieres, siue viri, si quæ donatione inter viuos aut testamento à priore coniuge habuerint; reseruentur, & affecta maneant filijs communibus. sic quod non possint beneficium conferre in eos, quibuscum secundum matrimonium contrahitur in præiudicium dictorum liberorum.

21. *Et superiorũ coactiones ac impedimenta.* Matrimonium † adeo ex plena libertate contrahi debet, vt neq; contrahentes cogantur, neq; impediantur. In vtroque n. æqualis est reatus. Licet tamen vbi iusta caussa suadet, & inconsultum prætenditur matrimonium, per formam inductionis impedire, præsertim parentibus, sed non per vim. *Guterres can 4. l. prim. cap. vigesim. num.* 27. iniuste tamen impedientes non incurrunt excommunicationem, *Trident. cap. 9. sess. 24.* quia loquitur tantum de Dominis temporalibus, cæterisq; exercentibus iurisdictionem in foro externo: vt diximus, & constat ex præfatione; vltra quam dispositio, præsertim ob particulam, *(quare)* quæ causalis est præcedentium, non debet extendi. vnde nec eam parochus incurreret, sed bene Episcopus. *Sanch. l. 4. d. 22. n. 9. 10.*

22 *Et legales prohibitiones.* Similiter ex hac ratione non male dicemus leges † prohibentes matrimonia inter certa personarum genera, vt tutorem & pupillam, curatorem, eiusue filium & minorennem, cuius curator est; inter rectorem prouinciæ, & aliquam prouincialem; iure Canonum esse correctas. *Azor. Inst. mor. l. 5. c. 20. Bus. ad l. 36. D. de Rit. nupt.* vbi & mores iure ipso laxiores asserit.

23. *Et patriam potestatem.* Præterea Consuetudo † Belgica adeo matrimonij libertati fauet, vt minores ipso matrimonij contractu, si non patria passim, (quod tamen pene censet Bu. *ad l. 2. n. 10. D. sol. mat.*) tutoria tamen & curatoria potestate soluantur, & liberam bonorum etiam immobilium administrationem nanciscantur. *Bus. ad l. 2. D. de minor.*

24. *Conc. Trid. nouum impedimentũ raptus cõstituit.* Conc. Trid. *s. 24 de matrim. cap. 6.* abrogando *c. fin. extra de rapt. c. pen. & vlt. ext. de secund. nups.* & temperando Constitutionem Iustiniani *in l. vn. C. de Rapt. Virg.* impedimentum nouum † dirimens constituit, vt inter raptorem & raptam matrimonium consistere non possit, tantisper dum rapta est in potestate raptoris *contra c. fin. ext. de raptoribus*, vbi agi de omni raptore dicit Sa. *in verb. matr. num. 9.* & sic censuisse Cardinales. sed Sanchez *de matrim. l. 7. d. 13. num. 4.* solum raptorem † causa matrimonij comprehendi contendit. quia

25. *In quibus speciebus.* textus statim à principio de eo agat; præsertim quod raptor caussa libidinis non eodem modo peccasse, puniendusque videbatur: quia hoc decretum non punit raptum, vt est species luxuriæ tantum, id est, factum in ordine tantum ad explendam libidinem, *Sanchez de matrim. l. 7. d. 13. num. 5.* neque si quis rapiat, vt tertius cum rapta matrimonium contrahat: modo is ignoret. *num. 6.* neque si de vno loco ad alterum, ac sub potestatem raptoris non traducatur, *num. 7.* etsi ad locum destinatum etiam ob resipiscentiam non venerit. *num. 10.* quia delictum in ipsa abductione consummatur. (vnde non refert copula se-

qua-

quatur, an non, *num.8.)* neque si femina principio volens abducta sit, *num.9.* neq; si importunis precibus victa fuerit, modo violentiæ pares non fuerint. *num.11.* neq; si dolo circumuenta extrahatur. *num.12.* quod hæc species non proprie raptus sit, etiam inscijs parentibus, adde etiam inuitis, *num.13.* nam hoc decretum respicit libertatem matrimonij, quæ à parentum consensu non pendet. *ca.1. Trid. hic.* Nam, vt dictum est, cum rapta separata, & loco libero constituta est statim à raptore duci potest, neq; parentum consensus ex necessitate expectandus est: Vt raptus dissentientis coniugis solus irritet matrimonium, non eorum quorum est in potestate, patria, tutoria, dominica, regia, etiam in regum filijs: *vt consult.11.h t. diximus in Consult. can* & contra erit raptus, si virgo inuita à parentibus, etsi volentibus, abducatur. *num.13.* Nisi sponsa fuerit de futuro; quia iure communi raptus hic à pœnis liberatur. *cap.pen. de rapt.* quod c. à Trid. non corrigitur. *nu.15.* (quod accipio quoad pœnam, non quoad subsistentiam matrimonij, citra formam Trid. *d.c.6.*) non item si fœmina rapiat virum, quia verba decreti eo non porriguntur. *n.16.* vtriq; quoad pœnas. Porro fœmina virgo fuerit, an mulier; honesta an meretrix; nihil hic interest, modo ineundi matrimonij causa rapiatur. *num.14.* Sponsalia raptorum similiter irrita sunt ob eandem rationem libertatis, in fauorem matrimonij, nisi separata rapta & libero loco existens, mentem suam declaret.

Quamuis autem solo casu dissentientis raptæ matrimonium impediri existimem, tamen conuenire credo antequam coram parocho iuxta formam Concilij Trid. contrahere permittantur, raptam separari, & in loco tuto constitui; vt securius de eius assensu constet: quem fingere potest dum in raptoris potestate est, & forte præsumitur. per *L. vnic. versic. nisi etenim. C. de rapt. virg.* congruum etiam est audiri parentes, si quod forte canonicum, non malitiosum impedimentum deferre velint. sed & decens non negligere reuerentiam parentum, si forte flecti, & induci possint, nec ante nuptias à parocho benedici, quam id tentatum, aut non temere omissum sit. ex ratione *c. aliter. 30. q.5.*

Clausula in dispensationibus apponi solita, (*dummodo propter hoc rapta non fuerit*) plures ex huiusmodi raptus speciebus nonnullis videtur comprehendere, vt obsint dispensationi, scil. etsi volens puella inuitis parentibus aut tutoribus abducatur, aut per munera grauis momenti, aut per dolum: non tamen si ipsa virum adierit, nec si stuprata sine abductione de loco ad locum nec si caussa contrahendi sponsalia, inuitis parentibus virum accessit, etsi fuerit stuprata *c fin de rap. M. Anton. Gen. in prax. cap.21. num.12.* At parochus ante separationem, & liberum rursum contractum, matrimonio assistens, has pœnas non incurrit, quasi fauorem præstet: quia raptus nunc consummatus est; quare ei non fauet, iam facto. sed si operam addixisset ante actum incitando, quasi eo animosior raptor sit futurus, incurreret. *Sanch. l.7. d.13. nu.1. de mat.* Ergo, vt diximus, hoc decreto impedimentum nouum dirimens constituitur tantisper, dum rapta in raptoris est potestate: *contra c. fin. ext. de rapt.* 26. *Clausula (dummodo sponsa rapta nõ fuerit) de quibus speciebus.*

Sed aduertendum, quod sub anathematis pœna, quam *ex cap.9. Trid hoc tit.* ipso facto † incurrunt, non tantum maledictio solemnis, vt quidam volunt, sed excommunicatio latæ sententiæ significatur. *Sanchez l.4. dis 22. l.7. d.13. num.1.* ferendæ sententiæ est dotatio raptæ, ad quam tenetur raptor, siue ducens, siue non. An autem infamia & casus à proprio gradu in clericis, incurratur ipso facto, an per sententiam; ambigi potest. Sanchez. *l. 7. d.13. num.1.* censet in vtroque requiri sententiam: ego dubito; quia eodem textu & oratione 27. *Pœna prius ipso iure an per sententiã incurrant.*

tione decretum complectitur pœnam excommunicationis & reliquas: omnibus illa verba (ipso iure) præmittens. quod adeo ad omnes referre videtur. excipio pœnam dotationis: quia separata oratione de ea agitur: & dicit arbitrio iudicis dotationem faciendam iuxta scil. raptoris & raptæ qualitatem: quod caussæ cognitionem requirit.

28. *Rapta nubens libere raptori an bona amittat?* Enimuero existimandum est, raptam † nubendo libere raptori non amittere bona semel ad eam ob raptum deuoluta, neque credo ea deuolui ad fiscum, vti olim solet ob nuptias cum raptore initas. *Auth. de rapt mulier.* § *sancimus.* Eam sententiam tenet Ludou. Moli. *de iust. tract.* 3.*d.*105. vbi eam defendit, non obstante expressa lege regni Lusitaniæ contraria; quam ob dictam caussam perinde atq; d. Auth. cessare vult. contra autem Sanchez. *d. l.*7.*d.*13.*num.*1. quare idem nos dicemus de 16. artic. læti introitus Brabantiæ, quid. legi & Auth. ex parte consonat. Hanc sententiam firmant verba Concilij, vbi raptor iubetur, si raptam libere consentientem duxerit, decenter iudicis arbitrio dotare: quod non posset, si bona à raptore essent ablata, vel rapta nubens retinere non posset. quin & in ea opinione sum, vt si rapta eiusque parentes contrahendo parcant raptori, remittatur ei pœna mortis; & pro exemplo tantum, ne malum crescat in rep. arbitrio iudicis puniatur. Mol. *ibid. n.* 10.

Quod & in Brab. nostra procedere existimo nunc, etsi Lætus introitus corpus & bona raptoris fisco addicat, & raptæ si cum raptore manserit. certe raptus crimen olim hic valde exosum fuit, magno indicio castimoniæ huius loci, & istius sæculi, vt raptores & adiutores, si fugitiui in Brabantiam reuerterentur, priuata authoritate à consanguineis raptæ occidi possent, ex literis VVenceslai Ducis, Bruxellensibus *datis* 1579. 19. *Iun.* & Tabulæ legum Brabantiæ den Lantchaertre Ioannis Ducis 1312. habent raptori esse amputandum assere caput. verba sunt, *men saude hen den hals afshouwen, oft sagen met eender plancken.* eadem statuuntur in tabulis legum Grimbergicarum 1274. Sponsalia etiam præcedentia raptum faciunt pœnas cessare saltem ordinarias. *c pen. de rapt. Molt. ibid. n.* 11. *Azor. Instit. mor p.*2. *l.*3 *c.*14. *dixi nu.*25. *circa fin.* & asserentibus vtrisq; sponsalia præcessisse, credendum esset; nisi graues circumstantiæ suaderent contrarium, *num.*16. Et quanquam raptor non potiatur fine suo, seu copula raptæ; eo ipso tamen quo rapuit, incidit in pœnam excommunicationis *Molin. ibid, num.*11.

DE DESPONSATIONE IMpuberum.

POenitere sponsi impuberes possunt cum ad pubertatem peruenerint. si tamen iuramentum interuenit in doli capacibus, seu pubertati propinquis, ad dissolutionem requiritur vtriusque iam puberis consensum. *cap.* 10. *x. de sponsal.*

DE

DE CLANDESTINA DESPONSAT.

QVoniam olim solo consensu constabat matrimonium, sola partium publicatio, aut probatio sufficiebat, vt illud ab ecclesia reciperetur, tanquam à principio in conspectu ecclesiæ contractum *c.1.& 2.x.h t.* quamuis etiam tunc clam contrahi, aut clandestino sacerdotem assistere prohibitum esset. *c.3 h.t.* & secus præsumentes, prout & falsa impedimenta deferentes, grauiter puniri. § *fin.ibid.* hodie porro Concil. Trid. *de mat.s.24. c.1.* easdem proclamationes matrimonio præmitti, aut super ijs, si iusta causa suaserit, dispensari iterato iussit: atque insuper, si non denuntietur impedimentum, coram proprio parocho, vel alio sacerdote de parochi aut ordinarij licentia, contrahi: alioquin contractum nullum esse: & contrahentes ad sic contrahendum inhabiles esse decreuit. ita vt, illa forma non seruata, non clandestinum sed irritum, atque nullum sit matrimonium. qua de re propterea *sup. tit. de sponsal. & matrimon.* egimus satis late. *vt in cap. 1.x. de sponsal. & matrim.* agitur de forma, quæ contendebatur irritare matrimonium. egimus etiam de denuntiationibus eodem decreto *d. c. 1.* præscriptis, ne illud per causæ continentiam. Cæterum nullum iam matrimonium, quod coram proprio parocho & testibus est contractum, clandestinum in rigore videri debet. quia parochus & testes repræsentant ecclesiam, cuius conspectui contrariatur clandestinitas. *d.c.2.* Cæterum quin peccent tam parochus assistens quam partes sine denuntiationibus contrahentes, tam contra *d.c.1.* Trid. quam *d.c.3.x.h.t.* non dubitatur, & tam pœnis canonicis, quam arbitrarijs puniendos esse.

DE SPONSA DVORVM.

ILlicitum est bina simul sponsalia habere *c.1.x.h.t.* sub pœna infamiæ *l.1.D. de his qui not. inf. l.nem. C. de incest. nupt.* vnde rigorose Ducis Albani tempore Instructio criminalis gladio puniri voluit eos, qui duas ducerent vxores.

DE CONDIT. APPOS. IN Despons.

MAtrimonium coram parocho, & testibus contractum, sub conditione *si mulier est nobilis, & legitima* deficiente conditione est irritum, quamuis secuta hodie copula, & sub conditione de futuro contractum vt constet, necessarium est purificari conditionem coram parocho & testibus *attati à Barbos. in Collect. DD. ad d.c.1.s.24. de mat. n.155.*

Sponsa-

1. *Conditio ſi Pontifex diſpenſauerit an ſit valida?*

Sponſalia inter † conſanguineos & affines contracta ſub hac conditione (ſi Pontifex diſpenſarit) ſi quidem eo gradu ſe contingant, in quo diſpenſari poſſit & ſoleat, valida ſunt: ſi vero vel non poſſit, vel non ſoleat; habetur conditio pro impoſſibili iure vel facto; adeoque cum contrahentes inhabiles ſint, inualida ſunt ſponſalia. *Gutierrez. can. qu. l. 1. c. 22.* vbi tamen pendente conditione, vel ea etiam ſecuta, pœnitere eis licere aſſerit. *num.* 18. ex communiore opinione: quæ tamen mihi numquam probata eſt: quia iure canonum hic contractus obligatorius eſt validus, & irreuocabilis, vt ſup. *de ſponſ. num.* 2. diximus. Neque mouet quod obijcit *num.* 20. argumentum de impuberibus, quibus poſt pubertatem liceat à ſponſalibus reſilire: id enim non infirmati vinculi, ſed iudicij illorum conceſſum eſt. Vnde ſemper placuit arreſtum, quod refert Papon. *Arr. l. 22. t. 9. art. 9. Vn conſeiller de la Court,* inquit, *ayant ſoubs le couuert de mariage abuſe vne femme, iuſques à eſtre enceinte, en voulant ſe departir d' elle ſous l' excuſe d' auoir porte vn de ſes enfans au bapteſme, fuſt par la cenſure de la Court admoneſte d' obtenir du Pape diſpenſe, & prendre en mariage laditte femme.* Valida autem eſſe conditionalia hæc promiſſa, eueni enteq; conditione retrottahi ideo perſuadeor, quod hæc ſit communis natura conditionalium obligationum, quam nullus iuris textus in ſponſalibus mutat, aut alterat. Et ſuppoſita hac theſi facile ſolui poſſunt argumenta à Gutierrez allata. Vbi tamen mihi probatur, quod habet *num.* 11. quod etiam iſtiuſmodi promiſſio valida ſit in ſecundo gradu. tametſi Concil. Trid. *ſ. 24. c. 5.* decreuerit vt in ſecundo gradu nunquam diſpenſetur, niſi inter magnos Principes, atque ob publicam cauſam. quia id quidem ſeruit pro inſtructione Pontificis, non abſtulit tamen eius poteſtatem, neq; Curiæ conſuetudinem. *de qua infra de eo qui cogn. conſang. De hac quæſtione videri inſuper poſſunt citati à Diana p 3. t 4 r 290.* vbi ſententiam noſtram dicit ſatis firmam. neq; tamen eadem ſententia ſtante exiſtimo contrahentes de præſenti ſub huiuſmodi conditione incidere in excommunicationem Clementinæ *vnica de conſang.* quoniam illa agit de pluris matrimonijs, & mox ſecum crimen adferentibus: idq; probant verba; *temeritatis audacia refrænare, metu pœnæ, ſeparentur ab inuicem &c.* totaq; conſtitutionis mens fertur ad refrænandum carnale commercium inter impeditos: non vero in eos, qui ſub conditione, & bona fide, & ſine periculo inceſtus contrahunt. quoniam ea deficiente negataque diſpenſatione res eo redigitur, vt videatur nihil eſſe actum. eodemq; modo rerum eccleſiaſticarum alienatio vetita eſt ſub cenſuris: admittitur tamen indies ſub conditione beneplaciti apoſtolici. ſic tamen vt ante illius interuentum poſſeſſionem tradere non liceat; & tradens incidat in cenſuras.

Ob operam meretriciam accipere licere, nec reſtituendam eſſe mercedem, communis eſt doctrina. *Gutierrez. l. 2. can. quæſt. cap.* 10. vbi tantum in foro exteriori petere poſſit, permittit ſoli meretrici quæ à Republ. ad actum venereum expoſita toleratur. vt cum Vlpianus dicat *in l. 4. D. de condict. turp. cauſa.* quod meretrici datum repeti non poteſt, quia † turpiter quidem faciat quod ſit meretrix, non turpiter tamen accipiat cum ſit meretrix, præſupponitur quaſi de actu tantum meretricio, id eſt, coitu iure non punibili. ſi enim cum clerico aut milite meretricetur, eumque dementet, adeo vt hæredem ſcribat: inſtitutio irritabitur.

DE CONIVGIO LEprosorum.

Lepra † matrimonium non soluit; vel eius effectus, vt debiti petitionem, impedit. *c.1.& 2.h.t.* sed sponsalia & promissiones de futuro, si fuerit ignorata, *cap.3.hoc.tit.* dirimit: vt compelli sanus cum leprosa inuitus pergere nō debeat: non possit tamen si velit reijci. *d.cap.* tametsi satius esset vt inter se connubia inirent, ne infectio vlterius glisceret. sic in † Anglia ad loca solitaria relegari solebant; separati à communione omnium hominum, vt legit Anton. Augustinus *in notis ad d.c.1.* 1. *Lepra matrimonium non soluit.* 2.

Lepra, quæ hodie viget in his partibus, non est tam ignea, quam prisca Iudæorum; aut quam nostri ex oriente olim huc retulerunt, cum ad terram sanctam voti seu belli caussa itum est; sed vel alia species est, vel admodum à climate, vel tempore mitigata. illa exanguia etiam corpora inuadebat, vestes laneas, & lineas, infusis maculis subuiridibus, & subrufis, *Leuit.13.* ædes quinimo & parietes: *Leuit.14.* adeo, vt domus immundæ & defe- rendæ à Sacerdote iudicarentur.

Qui hic in Xenodochijs Leprosis inseruiunt, ea incommoda aut infectiones non ita sentiunt. quinimo nuptas leprosis, non contaminatas fuisse, & proles sanas genuisse constat. *Isaac. Pontan. in histor. rerum Amsterodamensium. Valerius lib.7.cap.39.* Imo plures, qui vt leprosi stipem ostiatim diu petierunt, scio à Medicis ab ea deinde immunes iudicatos, vt vitiosa quædam scabies ea videatur potius, quæ etiam curabilis aliquando sit. Nihilominus qualiscumque sit morbi species, censui ignoratam sponsalia soluere, ob generalem doctrinam sumptam *ex cap. quemadmodum ext. de iureiur.* quam *sequitur Sanch. de mat. l.1. d.57.*

In Brabantia nostra leprosi habent suos decuriones, ac regulas & instituta quædam (præter constitutiones Principum *quæ extant in libro edictorum*) à Carol. V. & Philipp. II. quorum diplomata aliquando mihi exhibuerunt, eis concessa, iuxta quæ decuriones eis ius dicunt, qui si excedere arguantur, appellant ad iudicem Ecclesiasticum. Vti aliquot eorum appellationes recepi & decidi. Sic olim sacerdotes iudicabant inter lepram & lepram. Vnde est illud Christi; *vade: ostende te Sacerdoti.* & iuxta dicta diplomata præfecta monasterij *ter banck*, iuxta Louanium iudicat adhibitis Chirurgis & medicis, de leprosis, an vere tales sint: ne sub eorum vmbra validi mendicantes stipem exigant. Quo iure etiam vtitur Præfecta monasterij *ter siecken*, in suburbano Antuerpiensi, quod iam in ciuitatem translatum est.

DE COGNAT. SPIRIT.

1. *Qui hodie eam contrahant.* VNus tantum † & vna impostetum suscipere baptizandum, vel confirmandum debent: inter quos inuicem nulla, sed inter eos solos, & baptizatum confirmatumque huiusque patrem & matrem, ac ipsum baptizantē contrahitur cognatio spiritualis. *Trid. c. 2. sess. 24. de refor. mat.* Itaque debent si duo adhibentur diuersi esse sexus. Ita refert declarasse Cardinales Cuccus, *Inst. maior lib. 5. tit. 2. n. 9. Sanch. de Mat. lib. 7. disp. 57. n. 4.* neque Episcopus dispensare potest. *Serol. ex Cong. Conc. Pr. p. 1. v. Baptis. §. 4. Sanch. ib. n. 60.* & possunt esse vir & vxor patrini alienæ prolis. *Sanch. ib. n. 5.* Et quoniam iustissime motum est Conciliū ad restringenda impedimenta huiusmodi cognationis: recte creditur peccare grauiter & forte mortaliter parochum, qui designari vnos non curauerit, ac plures admiserit, nec posse ordinarium dispensare super eo decreto, vt nec ex vno sexu dumtaxat admittantur plures. quinimo sine iusta causa nec omitti patrinus potest, sed idoneus exigi ad instruendum illum, pro cuius fide apud Deum fide iubet, ideoque recipi nequit infidelis: quin nec cathecumenus, sed baptizatus in baptismo alterius, confirmatus in confirmatione. id tamē distat, vt infidelis adhibitus cognationem spiritualem, quæ est iuris Ecclesiastici, cui infideles non subijciuntur, aut cōmunicant, non contrahat: Christianus tamen, etsi non rite adhibitus, contrahat. iterū vetatur recipi hæreticus, excōmunicatus, interdictus, criminosus, mutus, suscipere Abbas & monachi. sed possunt pueri ratione vtētes, quāuis baptizādis minores. sed neq; oritur cognatio inter patrinos vna adhibitos, neq; transfunditur à marito in vxorem, nec in filium patrini, quo minus cum suscepta à patre coniūgi possit, sed inter patrinum tantum & baptizatum, baptizatique patrem & matrem, non etiam baptizati liberos: rursus inter baptizantem & baptizatū, baptizatiq; patrē & matrem tantū; non auos hinc inde aut liberos. nam hos Tridentinū nō expressit, & inter expressos tantum contrahi voluit, adeoque dum illud patrem & matrē exprimit carnales intelligit, quamuis illegitimos, nō legales aut spirituales. neq; distinguit qualis sit baptizans, ita vt etiam laicus cognationem cōtrahat, quamuis in necessitate baptizans, vt quamuis Tridentinū iubeat patrinos in libro describi, non tamen dubitandū est, tangētes etiā non descriptos contrahere: dū tamen contrahendi proposito tangunt. neq; enim cōtraxerit si quis alio proposito tetigerit. vt si obstetrix aut quæ alia baptizandum porrigat, aut baptizatum recipiat, citra huiusmodi intentionē. quin imo nec cū ea intentione, si ex designatis non fuerit. vbi scilicet alij designati sunt *de quibus omnibus citati à Barbos. in Collect. DD. ad Conc. Trid. s. 24. de refor. matr. c. 2.* patrinus porro baptismi idem & confirmationis esse non debet. *c. in cathecumino. de consecrat. dist. 4.* nec solet in confirmatione nisi vnus adhiberi: si tamen fuerint adhibiti, idem quod de baptismo est iudicium. *c. fin. eod. in 6.* vetat tamen pontificale vnum eodem tempore pluribus, quàm duobus, in confirmatione patrinum se exhibere. si tamen fraus absit, nototumque defectus, admitti solent. Si plures susceptores quam duo adsint, & nulli designentur, Suarez & Sanchez putant, nullos cōtrahere cognationem; Nauarrus & Serol. omnes: Sa, primos virum & fœminam tangentes. Mouentur illi quod Concil. designatos tantum vult contrahere. Sed certe Concil. loquitur eo casu, quo designantur: Itaque si in designatione & parochus & alij Concil.

non

non obseruauerint, casus censebitur omissus; & propterea ex iure priori decidendus; adeoque iuxta illud omnes contrahent. decisum differt c.3. eod. in 6. vt quàuis vnus & vna tãtum debeat suscipere, si tamen interueniant plures, omnes afficit. Verba hæc in fine: † *omnibus inter alias personas impedimẽtis spiritualis cognationis sublatis*, adeo generalia sunt, vt impedimentũ Catechismi prorsus tollant: etsi quidã secus opinati sunt. *Sanchez. l.7.d.10.n.16.* 2.
Vnde bene monet idem Sanchez, cum pueri domi baptizati sunt, & supplentur postea preces & solemnia in Ecclesia, patrinos hic tantum adhibitos in libro baptizatorum non esse simpliciter vt patrinos describendos, sed vt patrinos Catechismi. Contingere enim posset, inter patrinum huiusmodi & pueri matrem contrahi matrimonium, & postea ex eo libro oppugnari vt nullum, ob cognationem spiritualem, & tamen cognatio orta est ex Catechismo, vt hæc tantum est, & plane sublata est. Iam olim tantum erat impediens, vt cognatio baptismi est dirimens, atque ita verum matrimonium ob falsi impedimenti asscriptionem contingere posset solui. similiter neque inter ipsos patrinos est hoc impedimentum, neque à marito transfunditur in vxorem: vt olim *ex c. Martinus, de Cog. Spirit.* ita Pius V. *in const. inc. cum illius vicem.* 1566. declarauit. Impedimenta per Conc. Trid. remissa an pro sublatis censenda sint vbi illud non est publicatum, quæsiuimus *in Consult. canon. h.t. consult.* 1.

Cognatio tamen † hæc manet tam in parentibus illegitimis quam legitimis, *Sanchez. 7.d.54.n.16.* eadem omnino censeantur de patrinis confirmatorum. *Sanchez l.7.d.57.n.9* vbi vide septem alias quæstiones de patrinis. Vide & Seto. *vbi supr.* 3.

DE COGNATIONE LEGALI.

DVrante adoptione non potest filius adoptantis coniux esse adoptatæ. *c. vnic. x. h. tit.* causæ aliquam similitudinem habet iustitia publicæ honestatis. cuius impedimenta Conc. Trid. *de refor. mat. c.3.* restrinxit, vt sicubi valida non sunt sponsalia, impedimentum non faciant: si valida, primum gradum non excedant. in matrimonijs autem manet ius antiquum. *tetigimus infra tit. de consanguinitat. in 6.* & quidem indistinctè loquitur Conciliũ, vt in inualidis sponsalibus cesset impedimentum publicæ honestatis. vt excludenda non videantur illa, quorum nullitas est occulta, siue ex causa metus, siue errore personæ, siue defectu interioris consensus, aut aliâs. cum etiam in eo cui probatio deest, ius ipsum non varietur: sed reus tantum absoluatur, actore non probante, iterumque ob indistinctam locutionem Concilij, dicendum est sponsalia semel valida, quamuis mutuo consensu soluta, impedimentum permanens relinquere. & rursus ob generalia Concilij verba, *quacumque ratione valida non erunt*, comprehendi etiam inualiditatem formæ contractus. sed quoniam decretum *d.c.3.* tantum obtinet in sponsalibus de futuro, rectè decisum dicitur manere impedimentum publicæ honestatis, in ijs, qui de præsenti contraxerunt contra formam c.1. §. *qui aliter de ref. mat. Trid.* porro dum concurrunt & affinitas, & iustitia publicæ honestatis, omnia impedimenta sunt explicanda, ne dispensatio sit subreptitia. Vide de his omnibus citatos à Barbos. *in collect. DD. ad Concil. Trid. ad d. c.3.*

DE CONSANGVINITATE ET affinitate.

AFfinitatis rationem magnam habuerunt leges sacræ veteres, ciuiles Romanæ, atque etiam Christianæ adeo quidem, vt iuris naturæ eam esse aliqui voluerint. etiã in copula fornicaria, cum infideli etiam cõtrahi. vt nec cũ illius consanguinea ad fidẽ conuersa matrimoniũ constet, quod illa per baptismũ non tollatur. *citati apud Barb. in collect. DD. ad Conc. Trid. s. 24 de refor. mat. c. 4. n. 2. 4. 5.* etsi in fornicaria alij *n. 3.* secus, rectiusq; sentiãt. meritoque Concil. Trid. in affinitate ex copula licita, nihil ex iure vetere mutauit. *citati ibi. n. 8.* vt in fornicaria, vt secundum gradum non excedat. ob causas ibidem à Concilio iuste motas. quæ non eædem sunt in affinitatibus matrimonialibus, adeoque publicis, & solemnibus. quare etiam iustitiæ publicæ honestatis impedimentum ex matrimonio ortũ non esse mutatum diximus ex Motu Pij V. sed etiamnum consistere vsq; ad quartũ gradum. reuerenter enim affinitas legitima & publica honestas habendæ sunt. vt per illas amicitijs & concordijs firmetur resp. mutari in ijs non expedit. nam *affinitates apud concordes*, inquit Tacitus. *l. 1. annal. sunt vincula charitatis, vti apud infensos incitamenta irarum.* in fornicarijs, plerumque occultis, vetus prohibitio in vlterioribus gradibus sine dispendio nõ potest obseruari quare idem Pius V. *in d. Motu* declarauit hodie nullum impedimentum remanere, quo minus in vlterioribus gradibus contrahi possit, cum verba Tridentini viderentur de contractis tantum, non contrahendis matrimonijs sonare; tametsi ratio & hæc complecteretur. vnde sequitur, in huiusmodi gradibus vlterioribus fornicariæ affinitatis, incestum hodie non committi. adeoque circumstantiam aggrauantem non esse, aut in confessione exprimendam: dum viduus cum consanguinea illius, cum qua ante fornicatus est, copulam habet. quod etiam Tridentinum de affinitate ex fornicatione contracta statuit, merito statui solet de omni copula illicita, vt etiam matrimonium liceat cũ consanguinea illius, quam quis adulterio polluit, sacrilega, aut alia coniunctione. *vide de omnibus citatos à Barbos. in Collect. DD. ad Concilium Trident. sess. 24. de reform. matr. ad cap. 4.*

DE EO QVI COGNOVIT CONsanguin. vxor.

STatuit Concil. Triden. *cap. 5. sess. 24. de Ref. Mat.* his verbis: *Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, separetur; & spe dispensationis consequendæ careat:* idque

idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit. quod si ignoranter id fecerit, siquidem solemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subijciatur pœnis. non enim dignus est qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, cuius salubria præcepta temere contempsit. si vero solemnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit: tunc facilius cum eo, & gratis dispensari poterit. In contrahendis matrimonijs vel nulla omnino detur dispensatio, vel raro: idque ex causa, & gratis concedatur. In secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam. Extense posui hunc textum, quia præclarus est, & summatim multa sancit; tametsi nec hodie satis pro voto Concilij obseruetur: ita importunitas, & aliæ artes semper valent, præterquam quod Nauar. *de Consang. cons.* 13. enumeratis omnibus pene grauibus causis, quas de rigore non sufficere dicit in secundo gradu, cuius dispensatio hic restricta est ad publicam causam, & magnos Principes, in fine addit, *quod sicut misericordiæ Domini non est numerus, ita misericordiæ S.D.N. nemo alius ab ipsomet modum necessarium imponere potest.* Sed neque continuatum est propositum Gregor. XIV. *qui const. inc. sicut antiquitas. Cal. Mar. a.* 1. innouando omnes pœnas, & censuras contra incestuosos, intimat quod deinceps super primo aut secundo tantum consanguinitatis, aut affinitatis gradu, etiam mixto cum quibusuis personis, neque in contrahendis, vbi carnalis copula cum spe vel sine spe obtinendi dispensationem, etiam prole secuta, vel diffamatio copulæ interuenerit, neque in sic pro tempore contractis, etiam scandalorum aut inimicitiarum vel alio quouis prætextu, neque etiam cessantibus circumstantijs supra dictis, nisi cum personis, intellige Principes, ex causis scilicet publicis à Concil. Trid. permissis, dispensare intendit. & vt qui id tentabit seuere puniatur. Cum dicit. d. c. 5. cum ijs qui ignoranter in gradu prohibito iuncti, sunt functi officio, faciendo proclamationes; dispensari posse: neque explicat per quem; quo casu solet intelligi ordinarijs id permissum: *Sanchez de Mat. l. 8. d. 5. num. 5.* quæritur an Episcopus cum talibus possit dispensare? Et dicendum quod non: quia illa doctrina huic textui non quadrat: qui totus directus est ad Pontificem, quasi eum instruens: Nihilominus in casu summæ necessitatis, & vbi matrimonium est publicum impedimentum occultum, & scandalum in separatione, nec ad Pontificem aditus pateat, ob partis inopiam, aut alias: cum hoc, inquam, casu plurimi authores, *quos refert & sequitur Sanchez l. 2. d. 40. n.* 3. Episcopo tribuant potestatem dispensandi in dirimentibus; nihilominus requiritur in partibus, saltem, altera, bona fides. *Sanchez ibidem n.* 4.

Nauarr. tamen † *Conf. c.* 14. dicit non posse dari certam regulam eorum, quæ ob hanc dispensandi facultatem debeant concurrere, & relinqui Iudicio prudentis. Sed quia, vt dixi impedimentum occultum hic requirant auctores, dispensatio huiusmodi extraordinaria Ordinariorum fere occulta est, & in foro conscientiæ seruit. 2. *Episcopus quando in gradu consanguinitatis dispenset.*

Cæterum Ecclesia Leodiensis † vlterius processit, vt colligitur ex instrumento appellationis, per Synodicum Episcopi & Vicarij Leodiensis interiectæ à decretis Nuntij Apostolici 7. Aprilis 1606. vbi articul. 10. his verbis vtitur. 3. *Quid in hac re solet Episcopus Leodiensis.*

Quod ad hæc Episcopi Leodienses habeant antiquissimam & immemorialem consuetudinem dispensandi ex causis legitimis in quarto matrimonij gradu, & in tertio, hinc inde, si imminens appareat periculum defectionis partium ad vicinos fidei hostes, mutuæ internecionis parentum & amicorum inter se, ob corruptam puellam, & partes non habeant media recurrendi ad Vrbem. Quod huiusmodi dispensandi consuetudo in publicatione Concil. Triden. fuit Illustris. & Reuerendis. Episcopo Vercellensi piæ memoriæ in hic

in his partibus Nuntio Apostolico per Liuinum Torrentium tunc vicarium Leodiensem, postea Episcopum Antuerpiensem factum, exposita, & per eundem Illustrissimum & Reuerendiss. Nuntium laudata, & approbata. Quod huiusmodi consuetudo habeat vim priuilegij, & indulti Apostolici, atque à priuilegio & indulto Apostolico initium sumpsisse censenda sit. Quod Episcopatus, & Ecclesia Leodiensis ob sui splendorem, & antiquitatem, perpetuamque in fide Catholica constantiam, Ecclesiæ Romanæ filia dicta, alias multis à S. Sede adornata sit priuilegijs, & prærogatiuis, supra alios communes Episcopatus.

At vero non audio vicinos aliquos Episcopos eodem iure, priuilegio, aut consuetudine vti, non eos quidem, qui nouiter in Belgio instituti sunt, intra eos limites, qui à finibus diocesis Leodiensis, per Paulum IV. abscissi sunt, 4. Idus Maij 1559. cum toto eo iure, auctoritate & prærogatiuis, quibus anteriores Episcopi, in locis dimembratis vsi fuerant, quod forte tamen possent, & an aliquando expediret, perpendi potest.

Nonnulli etiam Doctores benignam in contracto matrimonio dispensandi facultatē citra huiusmodi consuetudinem de iure putant posse extendi ad contrahendum; subsistentibus vrgentissimis causis. *Diana p. 2. t. 2. Misc. r. 19.* sed rarissima sane est huiusmodi causa ex facto, & dubitari potest an Romana curia pro iure sit admissura. saltem in foro externo, in quo nec eas sustinet, quæ ibi pro foro conscientiæ tantum dantur.

4. *Dispensatus super bannis potest dispensari super impedimēto non secus ac si denunciationes essēt factæ.* Qui ab Episcopo † obtinuit dispensationem super denunciationibus si postea detegatur impedimentum, potest nihilominus dispensari; quia nō temere denuntiationes omisit, aut ex contemptu: quod Concil. requirit. *Sanchez. ibid. & l. 8. d. 25. n. 32.* Præsumptio hæc duo requirit, vt sciat se quis consanguineam cognouisse sponsæ, verbi gratia, & sciat inde oriri impedimentum; nam si id nescierit, dispensabitur: quia præsumptio excludit ignorantiam, etiam crassam, modo non sit tanta vt cum dolo coincidat. *Sanchez. ib. & l. 8. d. 25. n. 25.* Et etiam ad meam dubitationem respondit 3. *Oct.* 1618. Auditor Illustrissimi Nuntij in Belgio, & alius insignis practicus in foro Ecclesiastico, cum oratores allegassent ignorantiam, & probaretur scientia gradus quarti, ex quo seniores agnati rusticis persuasissent non oriri impedimentum: Et conformiter respondit accipienda esse verba in litteris narratiue posita: *Deinde ad eorum deuenit notitiam quod quarto consanguinitatis gradu.* &c. (subintelligendo futurum ipsorum matrimonium impediente.)

5. *Et qui copulam habent sine prauio contractu.* Animaduertendum etiam, loqui hoc cap. de contrahentibus † & consummantibus de facto matrimonium: non de ijs, qui simpliciter, sine præuio matrimonio incestam copulam habent. Hæc enim ordinaria caussa dispensandi est, modo copula habita non fuerit eo fine, vt ob illam facilius dispensatio obtineretur. *de qua restrictione Sanchez libr. 8. de Mat. d. 25. num. 21. 22. 23. 38.* Quin nec locum habere in ijs, qui sponsalia vel matrimonium contrahunt, non coram suo parocho, sed clandestine, quia non æque grauis horum est præsumptio ait *Sanchez. lib. 8. disp. 25. nu. 33. 34.* Et quamuis mentio tantum fieri hic videatur de impedimento consanguinitatis; gratia frequentioris vsus id euenit; adeoque obtinet in omni impedimento dirimenti. quia eadem ratio, quæ Concil. mouit, militat. vide tamen quæ dicimus *infra n. 6. in fin.* Et demum Conc. post proœmium vtitur verbis generalibus. ibi, *Si vero impedimentum aliquod &c. Sanch. de mat. l. 3. disp. 47. n. 7. l. 8. disp. 25. n. 24.* Si quis autem prætenderet ex speciali circumstantia in casu huius cap. à Pontifice dispensationem nihilominus obtinere, deberet orator circumstantiam hanc quod de facto cōtraxisset aut consummasset, in gradu prohibito, vtpote notabiliter aggrauantem, explicare. *Sanchez. l. 3. di. 45. n. 3. l. 8. d. 25. n. 21. 22.* quippe de facto sic contrahentes, incurrunt excom-

communicationem *clem.vn h.t* quę semper explicanda.*cap.post cessionem.extra de prob.c.dilectu,de Rescript.c. cum bona, de atat. & qual.* non autem incurrunt qui solam copulam habent etiam post sponsalia post Conc.Trid.quia non transeunt nunc per copulam in matrimonium;ante Conc.vel vbi illud nondum publicatum,incurrunt. *Sanc.de mat.l.7.d.48.n 7.* Vt tamen matrimonium in casu prohibito ignoranter initum, caussa sit gratiæ dispensationis impetrandæ,iusta & probabilis ignorantia requiritur.*Sanch.l. 8.d.25.n.27.* quia diuersimode loquitur Concilium,vt scil.culpabiliter contrahens neque ex alia causa sperare possit dispensationem,in pœnam;at inculpate contrahens,ob probabilem suam ignorantiam sine alia causa possit,ex gratia scilic.quia verisimiliter sine scandalo aut saltem infamia separari non poterit:ob quam diuersitatem considerationis pœnæ & gratiæ, sufficiet ad euadendam eam , ignorantia alterutrius; vt non ad obtinendam eam gratiam. *Sanchez l.8.d. 25 n.30.31.* Itidem sufficit ad verificandam clausulam apponi solitam in dispensationum literis quod copula non sit habita spe obtinendæ facilius dispensationis.

Quare recte Nauar. *in manual.c. 22. n. 86. licet olim,inquit,facilius dispensabatur in impedimentis eorum, qui iam etiam scienter contraxerant, & consummauerant matrimonium hodie tamen iure Concil. Trid.s. 24. cap. 5. de reform. mat. difficilius dispensatur. & consummatio illiciti matrimonij,qua olim inclinabat Papam ad dispensandum, hodie retrahit.* sic etiam Toletus *lib. 7. c.22. num. 3. vbi ita ait,illi qui scienter contrahunt & habent copulam,vt facilius impetrent dispensationem à Papa, debent narrare Pontifici se illa intentione habuisse copulam, & contraxisse, vt facilius cum eis dispensaretur,quo non narrato dispensatio nulla est*, vnde scienter copulatos, dispensationem impetrantes, stylus literarum grauat iuramento, quod se purgent, quod *sub spe facilius impetrandæ dispensationis incestum non commiserint*, sed & multo magis, si quis non tantum incestum committere,sed etiam in gradu prohibito matrimonium contrahere,& multo magis si consummare ausus fuerit: & dispensationem postulare voluerit,id explicare hodie debet.quoniam Concil.Trid.*d.c. 5.* tales omni spe impetrandæ dispensationis vult carere, adeoque id factum explicandum est, quod difficiliorem redderet Pontificem ad dispensandum.quamquam enim Concilium *Trid.d.c.5.* instruxit,vt diximus,Pontificem;restringere tamen absolutam eius potestatem non potuit.sed oportet vt constet de voluntate,quæ conformis esse ecclesiæ decretis præsumitur vbi aliter non exprimitur.

Sed & generatim non valet dispensatio obtenta super cognatione . tacito quod oratores se carnaliter cognouerunt.ita refert statuisse S.Cong.*post Nauarrum Sa. V. dispensatio* § 10.& Serol.pr.p 3. eod.*ver.* §. 4. matrimonium sic contractum esse nullum. sic & copula interueniens ante impetratam dispensationem à summo Pontifice inter Consanguineos vel affines, vel post illius impetrationem ante executionem à delegato factam, vitiat dispensationem, & debent impetrantes de nouo recurrere ad Curiam , *Gutierrez. can quæst.l.1.cap.15.in fin.* 6. *Copula subreticita dispensationi obest.*

Igitur laudabilis est si non necessaria consuetudo rogandi etiam sub obligatione iuramenti impetrantes dispensationem an commiscuerint corpora. *Sanchez. de matr.l.8.d. 25.num.14.15.* quippe cum delegatus teneatur de precum veritate, subreptione, & obreptione inquirere, debeatque copula exponi,si interuenerit: an tacuerint impetrantes explicandam; potest,debetque Iudex inquirere; solet enim id assiduum obreptionis vitium esse, neque minus de subreptione quam de obreptione Iudex se debet informare, Et quamquam non debet quis turpitudinem suam detegere,etiã sub iuramento indebite

ac præ-

ac præter iuris ordinem rogatus; tamen id locum habet, vbi agitur ad criminis vindictā: cæterum hic Iudex iuramentum illud exigit, in vicem probationis, quo modo probantur quæ in animo & secreto conscientiæ consistunt; atqui iuramentum probatorium obligat ad veritatem prodendam, ad probationem exigendam iudicem obligant commissoriæ dispensationis literæ. Sed tamen inquies, cum est secretum, sufficiunt declaratoriæ Pœnitentiariæ. ergo secretum non tenentur impetrantes prodere; sed respondeo: idipsum ex declaratione mentis Pontificum oriri, quippe volunt Pontifices eo in casu non opus esse in litteris copulæ explicatione, vel vt quidam dicunt literas, quæ ob tacitam copulam vitiarentur, purgant eiusmodi declaratoriæ. ergo diluto silentij næuo, validæ sunt literæ, & vere preces, nullaque obreptio, cessatque finis explicationis qui alio casu obligat. In cognatione autem spirituali vel publicæ honestatis impedimento omissam copulæ mentionem non inducere nullitatem tradit Sanch *de mat. li. 8. disp. 25. n 9*. Quorum ratio est quia stylus & modus gratiæ concedendæ, quando inter consanguineos aut affines interuenit copula, diuersus est ab eo, qui seruatur quando non interuenit, & attendendum est circa gratiam, dum quæritur an sit subreptitia, vtrum si quod tacitum est explicatum fuisset concessurus vel concessurus eo modo, fuisset, stylus autem in alijs modo dictis impedimentis, siue copula interuenit, siue non, est idem. vt asserit Sanch sed tamen Nuncij qui in hoc impedimento dispensant, quando narratur copula solent adijcere clausulas pœnitentiales quæ alias non apponuntur. quare securius erit & hic copulam explicare. & necessarium esse contendunt. citati *à Barbosa in coll. DD. ad Conc. Trid. s. 24. de mat. ad c. 5. n. 20.*

7. *In 2. gradu dispensari vetat. Conc.* In secundo gradu vetat Concilium dispensari, nisi ob publicam caussam, & inter magnos Principes: in alijs requirit Concilium caussam tantum, non itidem publicam. de primo gradu mentionem non facit, præsupponens nunquam in ea dispensandum, prout Pius V. declarauerat esse suæ intentionis; etsi tamen sæpius id factum sit etiam inter priuatos; credere licet, importunitate petentium; quando ea deformitas & à lege exorbitantia pœnali auro castigatur. Quæ lex etiam naturæ igniculis claret: vsque adeo, vt quāuis Claudius Imperator quo amori suo & Agrippinæ obsequeretur, à Senatu Decretum impetrasset, quo iustæ inter patruos fratrumque filias nuptiæ statuebantur, præter eum tamen non est repertus nisi vnus, talis matrimonij cupitor, Tallidius Seuerus, inquit Tacitus, *l. 12. Annal.* Sed & hic tamen secundus gradus est, si iuris computatio fiat; primus & secundus, si iuxta Bullam Pij, quæ propinquiorem vult exprimi.

Magni porro principes *in d. c. 5.* intelligendi sunt *vt Gutier. tractat. de mat. c. 128. num. 4* qui post Sanchez. estimat dominos solos titulares significari, non autem ita stricte, vt ij regibus pæne æquales esse debeant; vt voluit Suarez. præsertim cum etiam sæpe dispenset Papa cum simplicibus nobilibus, & qui infra eos sunt. neque tamen de valore talis dispensationis dubitandum. *Gutier. ibid.* quamuis specialis derogatio Concil. Trid. non soleat inseri litteris.

8. *Gratis dispensandū.* Gratias † dicit Triden *cap. 5 sess. 24 de ref mat.* esse dispensandum. Idem in omni dispensatione, quæ sacros Canon[es] laxat, disponit, cap. 18. *sess. 24.* Potest tamen Episcopus pro compensanda deformita[t]e in opus aliquod pium damnare impetrantes, & in vsus suos posset, nisi hi Canones [ob]starent. *Lessius de Iust. l. 2. cap. 35 d. 9.* Quibus cum S Pontifex non ligetur, ex rationab[ili ca]otu potest in vsus suæ Cameræ applicare: Declararunt etiam

Card.

Card. Cong. hunc locum esse accipiendum de compositionibus, non de mercede, quæ soluitur pro expeditione bullarum. Ad hanc rationem Papa in commissionibus dispensandi monet delegatum, sub pœna excommunicationis, vt abstineat ab omni munere, & præmio. Sed an nec mercedem liceat accipere? vera videtur sententia Sanchez aliorumque, *quam habet de matr. l. 8. d. 35 num.* 10. 11 12. 13. 14. vt liceat, neque enim præmium aut munus est, quod pro æstimatione laboris datur. *dignus est operarius mercede sua.* seclusa corruptione: quo spectat inhibitio.

Caussæ † dispensandi in Curia vsitatæ referuntur à Quar. *Ver. matr. dispen.* verbis styli ordinarijs, quarum summa hæc est: quod dos minus competens sit, iuxta status conditionem; vel omnino nulla, quam consanguineus dare velit; quod per angustiam loci vir paris conditionis non appareat; si extra eum locum nuberet, dos competens non censeretur; quod locus ad mare, & excursionibus hostium infestus, alienigenas procos raros habeat; quod mulier sit 24. annorum, nec hactenus parem virum inuenerit; quod deflorata infamis remanebit; quod lites, inimicitiæ inter eos eorumue parentes per matrimonium componi possent; aut concordia inita, solidius confirmari; quod cum Belgæ sint, & se noscant orthodoxos; multique hæretici in ijs sint ditionibus, vt ne contingat eos cum ijs contrahere pro quotidiana caussa allegari solebat: & quidem tam tenaci proposito formulariorum, vt allegatam ab oratoribus aliam causam soleant eradere, & hanc substituere: etiam pro illis oratoribus, qui ijs Belgicæ locis habitant, (qualia, Deo Laus, quamplurima sunt) quib. nec vnus quidem hæreticus designari possit. sed id modo mutatū est, stylo curiæ. & hodie ea fere caussa solum allegatur pro ijs locis vbi hæreseos palam exercitium est. Valet tamen dispensatio & matrimonium, etiam sine caussa lege soluta. *Malder. de Iust & Rel t.* 10. *c.* 5 *d.* 9. *vers. dico* 4. 9. *Caussæ dispensandi.*

His causis addunt citati à Barbosa *in Remiss. ad d. cap* 5. *de reform. matr.* conseruationem diuitiarum in eadem cognatione, quando amplissimæ sunt, distraherenturque per assignationem dotis, excellentiam meritorum in ecclesiam: prolem ex consanguineo bona fide conceptam; conseruationem illustris familiæ in eodem sanguine, alias perituræ. vt si princeps familiæ esset fæmina, id enim ad reip. bonum aliquo modo spectat.

Quando impetratur dispensatio in gradu inæquali, requiritur vt propinquior † explicetur, aut obtineantur literæ declaratoriæ non obstantiæ propinquioris gradus: ex Pij V. Const. etsi de iure neque hæ declaratoriæ necessariæ essent, quia à remotiori cognominatur gradus. tamen quia in dispensando propinquior gradus difficiliorem reddere potest Pontificem ad gratiam; ideo non abs ratione ita Pontifex sanxisse videbitur; etiamsi præfatus esset, se moderari Const. Pij V. quæ omnino volebat in litteris dispensationis exponi propinquiorem gradum. 10. *Explicandus propinquior gradus.*

Cum autem alter est in primo gradu declarauit Pius suæ intentionis, non esse dispensare, quare si dispensatio obtineatur in secundo, non expresso primo; nec obtentis declaratorijs; illa ne quidem in foro conscientię proderit. quod in alijs secus seposito scandalo. quod quatenus sit in dispensationibus considerandum, & clausulæ eo spectantes, & an eæ sint conditionales quæsiuimus *in consultat. can. consf.* 1. *h. t.*

Circa † quam Constitutionem Pij V. illiusque materiam diuersas mouet & resoluit quæstiones Sanchez *de mat. l.* 8. *d.* 24 Petrus & Elisabetha cuius ille ex fratre neptem vxorem habuit, obtinuerunt dispensationem in primo & secundo affinitatis gradu; si in eo 11.

substitissent, poterat ex doctrina Sanchez *d.d.26.num.13.* dispensatio executioni mandari: sed explicuerunt affinitatem ex eo prouenire, quod Petrus ante vxorem habuisset Elisabethæ materteram, cum res ecõuerso se habeat: habuit enim ex fratre Elisabetæ neptem, cuius amita Elisabeta est, quam nunc ducere intendit. In cuius ordinis inuersione magna est disparitas. qui enim habuit materteram, & deinde ducit neptem, coniungit duo vincula reuerentiæ; qui habuit neptem, & ducit materteram, ea dissoluit, & inuertit: quam enim debuit reuereri, vt materteram; deinceps habiturus esset subditam vt vxorem; in quo absurditatem expendit *Molin de Iust.tr.2.d.161.num. 5. & Sanchez vbi supra num.12.* Et quamuis idem Sanchez *nu.13.* in affinitate eam cessare putat, quando simpliciter expositum est oratores se contingere in primo & secundo; tamen quando expositum est, quod habuit Petrus materteram, qui habuit neptem; & desiderat nunc materteram; casus conuersus sub explicito non videtur comprehendi, & expressa nocent, quæ non expressa non nocuissent. benigne tamen vidi dispensari, quasi casus expresse, non sit prohibitus.

12. *Et copula, & finn per eam obtenenda dispesationu.* Qui porro quo facilius obtineant † dispensationem in gradibus prohibitis contrahunt, vel copulantur, vt nunquam gratia gaudeant, constituit Pius V. *ref P.Matth.S.D.L. 4.tit.1.cap.1.* quod & Clem. VII. de simpliciter scientibus tantum sanxerat. *ib.c.3.* & Clem. V. excommunicatos voluit. *Clem.1 de Consang & affin Vide quæ diximus.n.5.*

13. *Quomodo hodie hac impedimenta restricta.* Propter multitudinem prohibitionum † sæpe per ignorantiam irrite contrahitur. Ideo Conc. Trid. *cap 2.3 4.s 24.* cognationem spiritualem, iustitiæ publicæ honestatis impedimentum, & affinitatem ex fornicatione, vel quacumque illicita copula. *citati à Barbosa in Remiss. ad d.c.4. Cong. Concil. 19. Decemb. 1596.* primum varie, secundum ad primum gradum, vbi sponsalia valent, (alioquin in quacumque ratione inualidis prorsus tollit) tertium ad secundum gradum restringit. Et quamuis verba d. cap. 4. sonent de dirimenti impedimento, tamen Pius V. 20. *Augusti,* 1568. declarauit etiam impediens sublatum esse: & Grego. XIII 4 Calend. Decemb. 1566. etiam post matrimonium superuenîens, vt licite debitum petatur. De consanguinitate ex fornicatione nihil hic dicitur, aut immutatur, & vt per affinitates amicitijs & concordia firmetur respubl. mutari non expedit.

Quia autem denominamus gradus iuxta ius commune à remotiori, affines ex fornicatione ex vno latere gradu secundo, ex altero gradu tertio, coniungi possunt. *Cong. Conc. 31. Martij 1597.*

Itaque vbi nondum secuta copula, adeoque nondum nata affinitate, sponsalia tamen interuenerunt, adeoque ortum est impedimentum iustitiæ publicæ honestatis; Conc. Triden. *sess.24.cap.3.* contra ius antiquum *in c.vnic. de spons.in 6.* decreuit, vt vbicunq; sponsalia valida fuerint, primum gradum non excedant: vbi quacumque ratione valida non fuerint, penitus ea sustulit. Vnde Nauar. *de spons. Cons.1.num.4.* sponsalia conditionalia negat hoc impedimentum inducere, si non purificetur conditio. Enimuero agimus de sponsalibus proprij nominis, id est, de futuro: sponsalia enim de præsenti, remanserunt in terminis iuris communis; omnibusque casibus, & gradibus, quibus ante locus eis erat: adeoque porriguntur vsque ad quartum gradum. *Ex declaratione Pij V. Calend. Iulij.* 1568. *quam refert Pias.p.2.c. 4.nu.34.* Quare soluto matrimonio ob impotentiam, etsi neque sponsalia neque matrimonium validum fuisset; potentem cum impotentis fratre contrahere volentem reieci, donec super impedimento publicæ honestatis dispensatũ esset.

quam

quam Nuntij facile concedunt; cum in primo affinitatis, nec ipse Pontifex dispensare velit.

Sponsalia si valida sunt, quamuis à sponsis remittantur, remanet ortum semel impedimentum. censet *Sanches de mat. l. 7. disp. 68 n. 21* quamuis Diana & ab eo citati *p. 3. t. 4 r. 222.* contra persistant, & existimem declarationem Cardinalium ibi citatam aut veram non esse, aut spectasse ad casum propositum sponsalium, quomodocumque non validorum, remissorum vitandæ forte litis gratia. 14.

Et quia de veris sponsalibus hic agitur, non nascitur impedimentum ex ijs, quæ parentes nomine filiorum ineunt, quam diu illi non consenserint, siue expresse siue tacite, cum præsentes essent non contradicendo, vel si minores fuerint, postquam iam ad ætatem doli capacem peruenerunt. *Sanch. lib. 7. disp. 68 num. 18.*

Præter impedimentum affinitatis ex fornicatione restrictum *ex d. c. 4. s. 24. de mat. vt diximus*, impedimenta criminum per dissuetudinem esse sublata tradit Diana *& ab eo citati. p. 3. t. 4. r. 259.* quæ erant 1. vxoricidium: *cap. admonere 33. q. 2* 2. presbytericidium: *c. qui presbyterum, de pœn. & remiss. 3.* matrimonium cum moniali, scienter initum *: cap. hi ergo 27. qu. 1* 4. si quis propriam prolem de sacro fonte suscepit, in fraudem vsus coniugalis: *c. de eo. 39. qu. 1.* 5. qui ob peccatum publicam pœnitentiam peragere debuit: *c. de hiis 33. qu. 2. 6.* raptus sponsæ alienæ. *c. statutum. 27. qu. 2.* 15.

DE FRIGID. ET MALEficiatis.

IMprobe faciunt, qui matrimonium attentant, cuius sunt incapaces. Quapropter viri conscij suæ impotentiæ, ob eam separati tenentur ad restitutionem integræ dotis, non solum in quantum facere possunt, vt mariti: nec liberantur bonorum cessione; quia taliter contrahentes committunt crimen stellionatus, & in debito prouenienti ex crimine cessat cessio bonorũ ita refert Charond. *Respons. l. 13. resp. 52.* Iudicatum huiusmodi virum, non virum, vsque ad integram solutionem in carcere detinendum. Rariora quidem iudicia hic sunt impotentiæ, tum ob climatis temperiem, vbi natura non frequenter deficit: tum ob innatum Belgis pudorem; ob quem quædam ferunt fatum suum patientius, quam ei forte sit saluti, si dum maritos non habent viros, non eis cohabitant vt fratribus, sed concumbunt, & vtuntur vt maritis, saltem quatenus possunt: & quod eis deest, ab alijs si reipsa non mutuantur, animo forte desiderant. ob quæ omnia huiusmodi irrita, quæ † sciuntur, matrimonia mandat solui, ac separari Sixtus V. in litteris quas refert Quaranta. *verb matr. imped. & Gutier. Can. qq. lib. 1. can. 16.* nisi à concubitu, cæterisque quæ coniugibus solis licent, huiusmodi Iunones, seu sorores & coniuges, abstinere velint: nec similia imposterum coniugia contrahi permittit. Qua ratione & matrimonia senum, qui amplius seminare non possunt, nulla censeri possunt. sed solent contrahere tamen, nec facile seperantur, ob probationis defectum; alioqui iuxta d. Breue irrite contrahunt. *SA. V. matrim. imp. §. 14.* Sterilitas olim recepta causa fuit in Gallia soluendi matrimonij 1.

Impotentes seperandi etiam ex officio, si nõ vt fratres & sorores tantum cohabitant.

ex lege Caroli Magni, & consuetudine non improbata ab Alexand. III. *vt refert Choppin. de sac. pol. l. 2. titul. 7. num. 22.* sed intelligo de ea, quæ notorie est ex naturæ idoneæ defectu.

Legitimum coniugatæ votum est vt mater fiat, *Nec mulier ficto semper suspirat amore.* Itaque si vir dicatur,

2. *Probationes impotentia.* ---- *Frigidus in Venerem*, visitatio † & congressus in iudicijs Gallicanis etiam supremorum Senatuum arrestis firmatis statim iniunguntur: nisi forte agatur de Eunucho qui omni officio maritali fungi potest, præterquam quod probum semen non habet. huic ob periculum corruptionis congressus non permittitur; quia etsi corrumpat, non tamen vtilis est maritus, nec caussam decidit. ob hoc, inquam, congressus ei non permittitur. *Charond. respons. l. 12. cap. 21.* prout & Sixtus V. Spadonum & Eunuchorum declarauit matrimonia irrita in d. litteris in forma Breuis transmissis ad Nuncium Hispaniarum, vbi dicit plures esse tales: alijs confestim congressus indicitur. *Charond ibid & Anne. Robert. rer. iud. l. 4. cap. 10.* Visitationem necessitas à iure, & moribus nostris recipi coegit. Nuditas quidem inuerecunda est, si quis publice sine caussa nudum se exhibeat; tamen ex caussa laudatur, aut non improbatur. Ergo totus hic titulus visitationes probat, & titul. *de ventre insp.* vbi iusta ex causa ea fit. Et quamquam de incertitudine hymenis (ob cuius cognitionem fit virginis inspectio,) multa adferantur; tamen non omnino eius ratio vana est: nam Lex diuina iussit asseruari vestimenta noctis nuptialis, vt inde omnis excluderetur mariti querela, si de nupta sua quasi non virgo fuisset, vellet postmodum expostulare. *Deut. 22.*

Congressum porro præsentibus matronis, medicis, & iudice, (vt in Gallia fit,) nullus iuris locus indicit. quamuis non desint Doctores eam probationem legitimam asserentes. *quos habet Sanch. de mat. lib. 7. cap. 109. num. 15.* etsi plausibilis ratio sit, quod iudex in huiusmodi caussa omnem mouere lapidem debeat, ad inuestigandam veritatem: censerique debere videatur permissum, quod nulla Lege inuenitur interdictum: tamen verecundia, & astantium manifestum periculum, ne in morosam saltem delectationem labantur; facile facit, vt ratione naturali vetitum credam. *cum Sanchez vbi supra num. 15.* adeoque nunquam audiui in Belgio vllam sententiam latam, per quam huiusmodi congressus indictus sit: cum non paucæ controuersiæ impotentiæ sint decisæ.

Itaque Spadones qui vtroque testiculo carent, quos ideo certum & manifestum est verum semen non emittere, inhabiles sunt ad contrahendum matrimonium; & ex officio debent seiungi; si cum mulieribus concumbant, & non tanquam fratres & sorores tantum cohabitent.

DE MATRIMONIO CONTRACTO
contra interdictum Ecclesiæ.

1. *Tempora quibus nuptiarum solemnia interdicuntur.* VEtuit Conc. Trid. *sess. 24. cap. vlt. de reformat.* ab Aduentu † vsque ad Epiphaniam, & à die Cinerum vsque ad octauam Paschæ solemnitates nuptiarum: alijs temporibus permisit.

In

In quo veterem rigorē nonnihil remisit: Plura † enim olim tēpora erant, quibus nuptiarum solemnia interdicebantur. *cap. Capellanus, de ferijs, c. non oportet 1. & 2. cap. non licet: cap nec vxorem 33. quæst. 4.* nunc temperantius Trid. hæc statuit. Solemnia autem nuptiarum, non matrimonij contractus, aut etiam † consummatio, *Sanchez lib. 7. d. 7. numer. 12. Sa. V. matr imp. §. 2.* vetantur. quod ipsum tamen Concil † Mechlin. Prouin. à sua Sanctitate probatum, *tit. 19. cap. 8.* inhibuit Et quamuis aliquibus id mirum videatur, cum fauorabile sit matrimonium; ideoque illius contractus supra ius non est restringendus, tamen visa est mihi ea ratio, quia in his ditionibus semper benedicuntur eodem tempore dum contrahuntur nuptiæ, & benedictiones nuptiarum tanquam solemnia illarum prædictis temporibus à Côc. inhibentur. quod obligare censet etiam sub mortali, *Sanchez l. 7. d. 7. n. 3. 4. 5. Graff. p. 1. l. 2. c. 85. nu. 185.* non nisi veniali: sponsalia nullus textus vetat, aut denuntiationes eo tempore fieri. *ibid. n. 7. 8.* 2. *Restricta nouo iure.* 3. *Non autē ipsi contractus* 4. *Nisi per Conc. Mechl.*

5. Animaduertendum † est quod Epiphaniæ dies est etiam inclusus in prohibitione; & sabbathum præcedens Dominicam primam Aduentus post vesperas, non autem dies præcedens feriā quartam Cinerū; quia ita eorū dierū officia disponit Ecclesia. *Sanchez. de matr. l. 7. di. 7. num. 1. 2* Computatio autem temporis fit vbique à media nocte, vsque ad mediam noctem: more Romano. *l 8. D. de ferijs. Diana p. 3. t. 4. r. 202.* & ratio est; quia hæc spectant ad mores populi communes, vt ieiunia & festa: non vero ad directionem officiorum Ecclesiasticorum: vbi à primis vesperis computatio inchoatur, & in secundis desinit *c. 1. 2. x. de ferijs.* feria autem quarta cinerum, vt in canone nominatur & includitur non incipit nisi à media nocte, nec præuium officium habet.

Et quamuis contra hanc temporum inhibitionem Episcopus † iure ordinario non potest dispensare, quia contra legem superioris non potest inferior dispensare, nisi in eadem lege id permittatur, nisi vrgentissima necessitate. *Sanchez d. l. 7. d 7. nu. 6.* tamen consuetudine hic passim secus obtinet, quæ fundamentum habet in probabili aliorum sententia secus etiam de iure sentientium *quos idem Sanch. refert.* 6. *Dispensat super his Ordinarius.*

Matrimonium vetito tempore, atque alias contra † Ecclesiæ interdictum contractū validum est. *c. 2. hoc tit.* sic & parochus si inconsulto Ordinario *contra c. 7. sess. 24. Trid.* assistat coniugio vagorum, validum erit. *Gutier. de Mat. 65. in fin. c. 67. n. 2.* Idem est si Synodus, aut Episcopus in genere aliquos certæ qualitatis, aut in indiuiduo Petrum & Ioannam coniungi vetet à parocho, etiam annuo, & amouibili. nisi & amoueatur, iurisdictioque auferatur. *Gutier. d. cap. 67. ex Cong. Conc.* vel vetet sacerdotem substitui nisi probatū & Parochus non probatum substituerit. *Sanchez l. 3. de Mat. d. 32. n. 3. Gutier. d. c. 67.* nisi addita sit clausula annullatiua. vt Sanchez & *Gutierrez* sentiūt. sed & ea addita nec aliud dixero: qui non putem Ordinarios matrimonij dirimentia impedimenta statuere, aut contrahentes inhabiles reddere posse. cum Nau. *h. t. cons. 1. & 2.* sentiat quod licet Papa per generalē legem certum genus personarum possit inhabilitare, tamē sine exēplo esse quod per suum interdictum particulare duas personas alioqui habiles, faciat inhabiles & ideo, inquit, *d. cons. 2. licet in ea essem opinione quod de absoluta potestate posset hoc facere, non tamen facile mihi persuaderem quod conueniret. &c.* 6. *Matrimonium contra Eccl. interdictū valet.*

(∴)

patriæ Flandriæ,(sed nusquã extat) quod in Flandria matres non pariant illegitimos. (vt loquuntur) Id quidem Margaretæ primæ asscribendum esset, quæ Flandriam rexit *anno* 1190. nam Margaretæ secundæ filij ex Burchardo Auenio, qui eam specie matrimonij prægnantem reddidit, cum hypodiaconatum militari balteo semper obtexisset, coram D. Ludouico Galliæ Rege allegarunt, quod etsi matrimonium Auenij & Margaretæ irritum esset, ac ex Senatusconsulto Orficiano illustris fœminæ proles non iusto patre nata, iure successionis destitueretur; tamen generatim apud Flandros secus in vsu esset. quem & asserit Iacob Marchantius *in descript. Fland. l. 1. t. de legibus.* Quin & Senatus Flandriæ Cõsulto nothis in feuda matris successio addicta fuit; cum priuilegio ætatis, sexusque; etiam extãtibus legitimis: vt & nec filius sacerdotis hæreditate matris excidat. Qua ex causa, seu quod bona fides Margaretæ pro legitimitate prolium sufficeret, D. Ludouicus Auenijs prolibus Hannoniam, alijs Flandriam arbitrio addixit. Quam historiam verius, & alijs honestius ex ipsa Innoc. III. sententia refert idem Iacobus Marchantius *in descriptione Fland. lib. 2. in Margareta II.* In Brabantia illegitimi incapaces sunt officiorum. *introitus Ducissæ Mariæ art. 32. Car. V. art. 19.* In Ecclesia Antuerp. etiam legitimati à Pontifice præbendarum incapaces sunt. *ex indulto Põt. Clem. VIII.* quali & Ecclesiam Tornacensem donatam esse asseritur. *In Flandria mater nulla parit illegitimos.*

Pius IV. 17. *April.* 1564. *const. inc. quamuis.* annullauit omnes legitimationes spuriorum, naturalium, in præiudicium vocatorum ex testamento, reuocauitque omnes legitimandi facultates in simile præiudicium. 3. *Legitimati ne præiudiciales irrita.*

De illegitimis plura diximus *in notitia iuris Belgici de naturalib. lib.*

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE possint.

TEstes coram Iudice comparere debent, nec sufficiunt literæ. *c. 2. h. t.* nec admittitur, qui tacuit tempore bannorum, nisi legitime excusetur. *c. vlt. h. t.*

DE DIVORTIIS.

AD solum † iudicem Ecclesiasticum spectat cognoscere de diuortijs, an toleranda sint vel non §. *quoad fœdus, in Concord. Brab.* Qui etiam de alimentis à marito vel vxore petitis pendente diuortij quæstione cognoscere potest; tametsi partes, si maluerint, etiã sæcularem adire possint. §. *de alimentis, in d. Concord* & de dote lucranda vel perdenda, vbi ob adulterium concluditur ad diuortium, & consecutiue ad lucrandam dotem. Tametsi quæstio possessorij, pendens in Concil. Brab. non suspendatur per quæstionem motam coram Ecclesiastico super viribus vel non viribus contractuum antenuptialium. §. *de dote ibid.* denique ex prorogatione partium expressa potest cognoscere de diuisione bonorũ § *de diuis. ibid.* 1. *Cognitio ad Ecclesiã spectat.*

Diuor-

Diuortium vt fiat, grauis admodum † causa requiritur. Vnde quod Charond. *Resp. l. 8.*
2. *Grauis ad diuortium causa requiritur.* *Resp. 62. in fin.* dicit iudicatum, quod ob morbum Gallicum non potest perpetuum diuortium fieri, sed tantisper, donec maritus sit curatus: id intelligo, nisi per adulterium illud malum acquisierit: tum enim non ob morbum, sed ob adulterium fit separatio, & morbus cum alijs indicijs probationi adulterij seruit. Charond. *ibidem* etiam differit de ijs, qui potionibus amatorijs nocent.

3. Plerisque † in locis vsu seruatur, vt bona dotalia adulteræ marito addicantur; & alicubi conquisita, stante matrim. solido iure, alicubi quoad vsumfructum tantum, seu vita vxoris durante: & post mortem restituantur prolibus. Cui accedit & alius vsus, vt si vxor septennio à marito abfuerit, mortua credatur, ad effectum, vt vir restituere bona teneatur, nisi docuerit illam in viuis esse. *ita iudicatum in Concil. Fland. 5. Sept. 1502.* sed ad ineundum aliud matrimonium requiritur moraliter certus nuncius, cum res hæc summi momenti sit, ob sacramentum.

Dixi marito bona adulteræ cedere, non contra. sic enim loquitur etiam *cap. 4. c. 2. ext. de donat. inter virum.* quoad dotem, dotalitium, & cōmuniter acquisita in vxore nō in marito. Quem Nouella 117. *Ne liceat matri & auiæ § cau. vers. si quis in sua domo.* non mulctat ea iactura, nisi cum frequenter cum alia muliere egerit, & bis monitus non resipuerit.

4. *Sæuitia compescenda.* Ob sæuitiam † cui idonea cautione occurri non potest, vxor à marito separari potest. quin & criminaliter contra eum agi, si supra correctionē maritalem sæuierit. sic Curia suprema Parisiensis perenni mansione in monasterio damnauit, qui vxorem fœde vulnetarat. *Choppinus monast. l. 1. tit. 3. num. 26.*

5. *Cautio præstanda.* Dum porro sæuitia tanta non est, quin aduersus eam cautio securam facere possit vxorem, ea restituenda est illa præstita *c. literas de rest. spol.* etiam adultera *c. de benedicto. 32. q. 2. v. Sanchez de matr. l. 10. d. 18.*

6. *Quando non?* Mulieres tamē à maritis diffidētes, ne suspectā viuendi libertatē affectent, vetuit Paul. III. 1537. *const. inc. cū sicut* cautionē de nō offendēdo petere, nisi in loco honesto collocētur.

7. *Diffidentium pœna si non continent.* Seuere Sixtus V. vt assolet, decreuit *const. inc. ad compescendum 3. cal. nou. a. 2.* vt coniuges à cohabitatione, & coniugali thoro se temere absque iudicis licentia separantes, iudicis arbitrio puniantur. maritus, qui iudicis authoritate thori separationem obtinuerit, & deinde cum scortis aut alijs mulieribus impudicam vitam duxerit, ita vt appareat quod separationem affectauerit, vt luxuriose viueret; pœna vltimi supplicij puniatur. eodem modo de vxore decernit. eadem pœna plectatur vxor, quæ vt impudice viueret fugit *à monasterio sibi assignato.*

DE DONAT. INTER VIRVM ET VXOREM.


CVm mulieres legitime separātur tota dos restituitur. *c. 1. x. de don. inter. Vir. & vx.* &, quæ stante matrimonio obuenerunt, diuiduntur. *c. 2 ib.* etiam vbi matrimonium declaratur nullum. *c. 3.* nisi interuenerit adulterium *c. 4.* aut per causas diuortij tacite vel expresse donationes sint reuocatæ *c. fin. x. h. t.* quæ æstimantur secundum iniuriæ grauitatem donatori factæ.

Donata quæ impediunt dissolutionem matrimonij, Iudicis officio extorquentur *c. 5. x. de donat. inter vir. & vx.* & sic quæ impediunt ingressum religionis. *Trid. de reg. s. 25. c. 16.* de sponsis non consummato matrimonio diximus *in Consult. canon.* LI-



LIBER QVINTVS.

DE ACCVSATIONIBVS.



SICVT accusationem † legitima debet præcedere inscriptio; sic & denunciationem charitatiua monitio; & inquisitionem clamorosa insinuatio debet præuenire. *cap. qualiter & quando. hoc tit.* Quod vt bene & prudenter Concilium Lateran. statuit; ita optandum esset vt probe seruaretur. Christus mulierem, quæ ei sistebatur vt adultera, noluit condemnare; quod eam nemo rite accusaret. Sed inscriptio & pœna talionis passim è foro discessit. tametsi apud nos Ioann. Dux Brabantiæ *in tabulis legum Brabantiæ anni 1312.* pœnam talionis diserte innouauerit, & eo loco habendum esse decreuit eum, qui alium in iure conuenisset, & querelas non probasset, quo alius fuisset habendus probato crimine. 1. *Qualiter recipienda accusationes, denunciationes, inquisitiones.*

Delatores † etiam hodie impune nimis denunciant, neque vera, sæpe neque probabilia. *Genus hominum,* inquit Tacitus *l. 4. Anna. publico exitio repertum, & pœnis quidem nunquam satis coercitum: per præmia* (refert ad Tiberij tyrannidem) *eliciebantur.* Charitatiuæ monitiones, & clamorosæ insinuationes ab officiarijs non solent hodie expectari: ea potissimum ex causa quod pleræque criminum vindictæ tantisper dum non est iudicatum, arbitrariæ esse putantur. sed & ipsis officiarijs, nisi capitales fuerint, componendæ permittuntur, ad pecuniarias mulctas redigantur, officiarijs ex asse vel quota applicandas. quæ lucra per admonitiones & emendationes nolunt sibi eripi. Sed certe in Curijs Ecclesiasticis sacri Canones maiorem reuerentiam, & obseruantiam merentur. Et quidem lætus introitus Brabantiæ *artic. 54.* ne quis temere vexetur ab auaris aliquando officiarijs, ordinauit: quod officiarij neminem poterunt apprehendere, nisi habuerint plenam informationem suspicionum, commissorum criminum, ob quæ apprehendere volunt: neq; è domo abducere, aut inquisitionem in domo instituere aliter, quam de iure, & antiquo locorum vsu: & saluo iure ampliori ciuitatis Antuerp. Louan. Buscoduc. *art. 10. addit. 2. ad lætum introitum Car. V.* 2.

Porro † quando in genere manifestum est crimen, & tamen auctor ignoratur, iudici licet, & tenetur *c. 1. de off. ord.* in genere quærere, quis fecerit; non autem in particulari an Petrus fecerit: hoc enim magis suggerentis est, quam requirentis *l. 1 §. in causa D. de quæst.* nisi de eo sit fama vel indicia. nec subditi tenentur patefacere auctorem, etiam sub iuramento rogati, si nulla laboret infamia, & nihil mali imposterum timeatur. *Lessius de Iust. l. 2. tit. 2. d. 14.* Inquisitionem specialem instituere iudex non potest, nisi præcedat infamia. 3.

Nec sufficit, vt duo vel plures, etiam iurati, affirment, se vidisse Petrum crimen committentem. *cap. inquisitionis, h. tit.* quia adhuc res est occulta: ac proinde minime per publicam inquisitionem prodenda: sed requiritur vt rumor de eo sparsus sit, per maiorem partem viciniæ, Collegij, vel vniuersitatis in qua commoratur. † Excipio tamen crimen patefactum ex generali inquisitione, commissum, vel confessum in iudicio: quodque suspicione communi laborat, vel contra bonum publicum aut infectiuum sit: atque imprimis crimen læsæ maiestatis diuinæ & humanæ. Et hæc quidem ita de iure se habent, *vt docet Lessius l. cit. dubit. 15. Nauar. hoc ti. cons. 3. 4. 5.* sed de praxi iudicium secularium secus: Quam defendit *Lessius ibidem.* ex eo, quod iuris positiui sit, vt infamia præcedat. Sed vt iudices Ecclesiastici eadem praxi vtantur, non admittitur, præsertim contra Ecclesiasticas personas; tum quia harum infamia plus scandalizat seculares, quam castigatio ædificet; tum quia facilius correptione fraterna emendari solent: tum denique quia prælatorum potius est in spiritu lenitatis subditos quosuis, etiam seculares corripere; quam asperitate pœnarum sæuire. Vnde Canones iubent, vt non ad primam famæ insinuationem inquirant, sed quando sæpe eorum aures pulsauerit, nec trium vel plurium depositiones recipiantur contra eum, qui infamia non laboret. quæ in iudice sæculari non vsquequaque obtinent. *ita Lessius.* In Concord. Brabantiæ §. *de crimine concubinatus, &* §. *de crimine adulterij.* diserte cautum est ne cognoscat Ecclesiasticus nisi de notorio concubinatu, & adulterio: & vt testes Synodales non denuncient nisi adulteros notorios: ne scilic. promotores spe lucri statim ad accusandum prosiliant; vbi vel rumusculum aliquem inaudierint. Multo certe minus permittendum eis est, vt quæ occultari possent, subtilibus indagationibus patefaciant; quo ex scandalo tum plus mali Respublica capit, quam ex omissione punitionis occulti excessus. Sic Tacitus *lib. 4. Ann.* inter acta tyrannidis Tiberij ita narrat: *Tectum inter & laquearia tres senatores, haud minus turpi latebra, quam detestanda fraude, sese abstrudunt, foraminibus & rimis aurem admouent: Interea Latiaris repertum in publico Sabinum velut recens cognita narraturus, domum & in cubiculum trahit; præteritaq. & instantia, quorum affatim copia, ac nouos terrores cumulat, &c.*

5. *Præsertim quoad Clericos.* Clerici sæcularium † iudicum potestati substracti an sint iure diuino, an humano; & quatenus; disputat Azor. *libr. 5. instit. mor. cap. 12.* Certe Syluester initio pacatæ Ecclesiæ, adstipulante & subscribente Constantino, statuit, ne Clericus apud prophanum iudicem caussam diceret, & Laicus clerico non inferret crimen. quo hodie nihil frequentius, etsi non accusatione cum inscriptione formata: quo tantum non respexit Syluester Pontifex. Vt omnis etiamsi vilissimæ personæ criminatio, testimonium, & indicium magnum videatur apud nonnullos, quodcumque contra clericum producitur. cum aliter Eugenium Bernardus instruat *de consid. lib. 4. c. 9. Hanc, inquit, velim generalem tibi constituas regulam, vt omnem, qui palam veretur dicere, quod in aure loquutus fuerit, suspectum habeas.* & iure testes tales esse debeant, qui & accusare possint, *cap. nullam, 2. quæst. 4.* iuxta superius Syluestri placitum & testes contra Episcopum 72. contra presbyterum 44 contra diaconum 27 contra subdiaconum, acolytum, exorcistam, Lectorem, Ostiarum 7. cōtra Clericum 3. numero; & sine aliqua infamia esse debent. *cap. præsul. cap. placuit ibidem.* Et quamuis aliqui id intelligant de presbyteris Cardinalibus, tamen eam dictionem abesse, ab antiquis testantur notæ ad corpus Canonicum Gregorij XIII. Vt vt sit, id constat, enixe voluisse Syluestrum Pontificem prospectum innocentiæ Ecclesiasticorum, & non sine

agmi-

agmine quadrato in eorum causis procedi. nec immerito: sunt enim Clerici malignantibus lapis offensionis,&c,vt habet generatim Bonifacius VIII.*cap.3.de immunitat.in 6. Clericis Laicos infestos oppido tradit antiquitas. & quæ ibi prosequitur.* præsertim infelici hoc sæculo, quo si accusasse sufficiat, quis innocens erit? Certe Concilium Tridentinum † ex his causis,*sess.3 cap.6.* quodque bene officio fungentes inimicos nanciscantur,qui falsa eis crimina obijciunt,in qualicumque caussa,& quocumque modo procedatur, non vult citari Episcopos aut moneri, vt personaliter compareant, sed caussas coram S.Pontifice referri,ac per ipsum terminari *ibid. cap.8* nec testes in caussa eorum criminali ad informationem, vel indicia, seu alias in causa principali recipi,nisi contestes bonæ conuersationis, existimationis,& famæ. Valde optandum esset,vt quicumque clericum aliquem accusant,aut denunciant,nisi probarent obiecta crimina,ad talionem,aut arbitrariam saltem pœnam tenerentur. Vt iure quidem in accusatores sancitum est. & tabulæ legum Brabantiæ seu den Lantchaertre Ioan.Ducis 1312.vt diximus,statuerunt, de quocumque alium in iure conueniente.

Talio enim nō legibus tantum prophanis,sed & sacris dentem pro dente excutit.quin & Damasus Pontifex eam pœnam constituit ijs, qui alterum falsi criminis accusassent. Pius Pontifex in vere Ecclesiæ Christianæ. compesceret ea ratio multos qui obrepentes superioribus,cum aures impleuerint,& fidem inuenerint,vlterius se subtrahunt.

Quæ vt in accusatoribus,delatoribus,& denunciatoribus insigni nota digna sunt; ita & illud in iudice,† quod habet D.Bernardus *de consi.l.2.c.13 est item, inquit, vitium, cuius si te immunem sentiu,inter omnes,quos noui,ex his qui cathedras ascenderunt,sedebis me iudice [illegible]tarium;quia veraciter singulariter q; leuasti te supra te,iuxta prophetam. facilitas credulitatis hæc est:cuius callidissimæ vulpeculæ,magnorum neminem comperi satis cauisse versutias:inde eis ipsis pro nihilo ira multa, inde innocentium frequens addictio:inde præiudicia in absentes.* 7. *Superioris vitiū credulitas.*

Ex his causis † receptum fuit in Curijs Ecclesiasticis,vt fiscales,quos sæpe clericos accusare contingeret Ecclesiastici essent:quod ita oportere tradit Dias *in Pract.crim.can c.4.* & prudenter statutum refert in constitut.Cæsar-Augustanæ Prouinciæ.Quod in quibusdam diœcesibus vidi seruari,&olim consuetum animaduerti ex quadam sententia pro Episcopo Cameracensi contra Capit.Antuerp.lata 18.Nouemb.1529. in qua duo promotores sacerdotes narrantur. 8.

Porro Lopez *ad idem ca.4.* excipit decem casus,quibus Laico Clericum liceat accusare:hæresis, maiestatis, dilapidationis bonorum Ecclesiæ,simoniæ,sacrilegij,notorij criminis;dum semel admissus est laicus,amplius repelli nō potest:dum suam vel suorum iniuriam persequitur, vel parochianus suum pastorem. quia illius interest eum habere bonum.tametsi *cap.8.2.qu.7.* nō permittit clerico suum superiorem,nisi in fide errauerit,accusare ; etsi ipse secus viuat quam præcipiat. Patronus potest presbyterum male curantem, aut dilapidantem bona ecclesiæ accusare. 9.

Vald differunt † correctio,iudicium summarium,iudicium ordinarium. In visitatione diœcesios si quid Episcopus corrigendo ordinat,per appellationem non suspenditur.*Trid.cap 1.in fin sess.13.& ante illud Alexand.III.in c.3 ad nostram,de appell. & Innoc.III.in c.irrefrag.de offi.ord* aut recursum ad tribunalia sæcularia. *Constitution.Regum Galliæ apud Choppinum de sacra policia lib.2 tit.4.num.28.Philip.II.in ordin.magn.Conc.Mechlin.tit.de Requestes.art.fin.* Correctio respicit policiam: quam qui curant, magis exequendo, quam iudicando & *Correctio & iudiciū summariū & ordinariū vt differant. Correctio & politica decr.[illegible]*

appellatione no in spēduntur, & quare. do & cognoscendo procedunt. Sic generatim decreta politiæ per appellationem impediri vetuit dictus Philipp. II. *ibid art.* 11. Ita Ædiles Romani pro polit acuranda constituti, si quid obuium esset quod eam offenderet, è medio tolli, frangi, emendari iubebant, magis facti quam iuris tramitem seruantes. Sic Pilatus, cum pro condemnatione Christi nullam caussam inueniret, quasi politice facturus, vt furorem populi compesceret, dixit se eum emendatum, id est, de facto extra ordinem exceptum, quasi correctum dimissurum. sic Plautus in Sticho.

--- si quæ sint improbæ:
Merces, iactat omnes: ædilitatem gerit.

Ædilis *in l. lectos, D. de per. & commodo rei vendita*, lectos qui in via erant, conscidit. *In l. itemque. § si quis. D. locati* mensuras magistratus frangi iussit. In *l. eos qui D. de decur.* qui vtensilia vendunt, ab ædilibus cæsi sunt. Igitur correctio fit sine forma aut figura iudicij, sola veritate inspecta, & olim sine scripto, &c, vt nunc Abbas procedit contra monachum, pædagogus contra discipulum. & hodie in dies fieri videmus in visitandis per prætores & magistratus vijs & aggeribus, qui in loco oculis subiecto mox decernunt & exequuntur. Hinc fit vt huiusmodi iudicia effectus iuris non habeant, vti in *d. l. eos*, constat, eos qui ab Ædilibus cæsi sunt, infames non fieri: cum alias *l. cognitionum: §. minuitur, D. de var. & extraord. Cog.* ea sequeretur. Nam hic agitur de fustigatione quæ processu formato irrogatur; ibi de ea quam intulerant lictores, ministri, magistratum comitantes, qui fustes aut bacillos deferebant, quibus emendabant eos, quos in aliqua culpa deprehendebant. *vt in l. 8. de decur. lib. 10. C. Cicero in secunda Agraria.* Quin etsi iudex ordinarius per iram aut alium affectum non lata iuris ordine seruato sententia aliquem iussit fustigari, non infamabitur. *l. quid ergo, §. quantum D. de his qui notant. inf. lect. Ictus D. eod.* Ergo correctioni locus maxime est in visitationibus, dum Episcopi sicut Ædilitij magistratus ciuitatem vel diœcesim obeunt, & quicquid inordinatum inueniunt, reformant, nec ordinarium modum procedendi seruantes, ita non nisi correctiones, non pœnas Ordinarias infligentes: hoc enim non potest fieri nisi processu ordinarie instructo: Nam & summarius processus, & cognitio vti conuenit iudicibus pedaneis; ita etiam ex eo pœna ordinaria non potest imponi, sed ea solemnem & plenam cognitionem requirit, quæ instituenda est, dum contra aliquem ordinaria punitio intenditur. Vnde & in visitatione non nisi clara & liquida emendantur, alia ad iudicium ordinarium remittuntur. *c. 1. §. sane. de censib. in 6.*

Hinc *Cong. Conc.* 24. *Apr.* 1595. etiam censuit his verbis: *Episcopum non posse imponere in visitatione pœnas ordinarias; sed tantum extraordinarias, quæ magis morum emendationem & correctionem quam delicti vindictam respiciant.* Vnde eadem Cong. 7. *Martij* 1596. respondit. Episcopū in visitatione recusari vt suspectum non posse: dum tamen in ea processum non compilet, & se intra visitationis terminos contineat. Sic & Princeps noster interpellatus vt patronus Ecclesiæ Insulensis; nulla ratione induci potuit vt Episc. Tornac. à visitatione excluderetur, sed si quid ordinando excederet, se querelas auditurum, ante paucos annos respondit. quippe sicut in visitatione cessat appellatio *Trident. s.* 13. *c.* 1. sic & recusatio *cap.* 12. *x. de appellat.*

Processus cōtra Can. Cathed. Quando Episcopus procedit contra Canonicum aliquem Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ exemptæ: (nam secus in non exempta, *vt S. Cong. respondit Ioan. Maldero Episcopo*

Antu.

Antuerp.) adhibere debet duos à Capitulo, quotannis deputandos, & vlterius seruare formam præscriptam in *c.6.§.25. Trid.* Idque vsque ad finem causæ, id est, non tantum sententiam definitiuam, sed & executionem: nam cui caussa commissa est, eidem esse intelligitur etiam & executio demandata. *c. significasti, 7. de off. deleg.* atque ita iudicatum à supremo Regis Concilio refert *Sahagun. ad d. cap. num. 9.* cui Episcopo hi duo Capitulares inuito adiunguntur, vt non obstet *cap. si quis contra clericum, de foro compet.* quia Episcopus non tenebatur delegata ibi causa, executionem ob suspicionem delegare, sicut causæ decisionem; in qua eius affectio nocere poterat: non ita in executione, quæ continet nudum ministerium, iuxta modum sententiæ: adeoque delegata ibi causa, cognitionem tantum non executionem commisisse creditur. *Sahagun n. 8.*

Correctio ecclesiasticorum vt executioni mandanda non obstante appellatione, præsertim circa ea quæ spectant ad officium diuinum, disciplinam regularium, & sæcularium clericorum, & notorios excessus, tam quoad episcopos quam alios prælatos, habentes iurisdictionem, plano loquendi modo acceptam, latius diximus in *Consult. canon. consul. 3. h. t.*

In criminibus, ex incontinentia prouenientibus, de qua in decreto de concubinarijs, & in atrocibus delictis depositionem aut degradationem requirentibus, vbi de fuga timetur, ne iudicium reddatur illusorium, si opus est personali detentione, ad eam post summariam informationem, (nec deputati ad manum sint,) potest Episcopus ad necessariam detentionem procedere. *d. c. 6. § in crim.* vbi nota quam non leuiter, sed ex necessitate à captura incipi Concil. decernat. Enimuero si indicia sint ad torturam, non habilitatur seu relaxatur aliquis data cautione de tenendo palatium, domum aut ciuitatem pro carcere, *ex Bulla Pij V. inc. licet ex iuris.* Quanquam in alijs id multis in locis frequens sit, & successerit in locum relaxationis carcerati, data cautione, de stando iuri, quam in clericis statuit *cap. si clericus de sent. excom. in 6.* nisi excessus enormitas aliud suaderet. Sic Serol. *pr. p. 2. ver. homicida.* dicit Pium IV. constituisse, homicidas & delicta committentes, pro quibus sit imponenda pœna sanguinis, non audiendos nisi in carcere constitutos. quod est iuris quidem communis, & exacte in Conc. Brab. seruatur.

In materia huius iurisdictionis Capitularis si concordiæ aliquæ initæ sint, & confirmatæ à Sede Apostolica inter Episcopos & Capitula; successores ligant quoad d. ca. 6. & cap. 4. sessione 6. *ex Congr. Concil. & Rot. Goncal. ad Reg.* 8. *Canc. gl. vigesima quinta, num. decimo quarto.*

In notorijs non requiritur ordo iuris, aut probatio, sed rei in manifestis criminibus ipso actu merito sunt damnandi, *cap. proposuit in fin. ext. de appellat. cap. 3. ext. de eo qui cognouit consanguineam ca. 9. ext. de accusation.* sed id praxim non recepisse ad condemnationem in criminalibus testatur Bugn. *leg. abr. lib. 6. collect.* 108. itaque instruitur lis, allegationes & contestationes fiunt, probationis vice impenditur manifestaria rei euidentia. quæ tamen nullis potuerit tergiuersationibus obscurari, alias enim cessat euidentia, allegatio non sufficit, exigitur probatio.

DE SIMONIA.

1. *Simoniace acquisitū beneficiū dimittendū.* SImoniacus in beneficio † quia ius non acquirit, etiam illud in foro conscientiæ non prævia alia declaratione, dimittere tenetur. Et extrauag Pij IV. *inc. in sublimi, Non. Maij* 1562. vetat etiam à pœnitentiario magno eum absolui, nisi promittentem beneficium sic impetratum, non quod ante commissam simoniam habuit, dimittere. & Pius V. *Const. incip. cum primum*, sanxit, vt quicumque † Simoniam commiserit in consequendis ordi-
2. *Ordines nō exercendi.* nibus, ab illis sit suspensus per decennium, sine spe dispensationis, & per annum carceri mancipetur: qui vero dignitates, aut beneficia consecutus fuerit, præter priuationem, inhabilitatem ad obtenta, & obtinenda, etiam corporaliter puniatur.

3. Qui porro in † sacramentorum exhibitione simoniacum aliquid fecerint, cum maxima seueritate coercendi sunt *d. Const. Pij V.* Et generatim contra simoniacos Leo X. in Concil. Later. pœnas ante latas innouauit.

4. Idem Pius V † saluberrimum decretum Conc. Trid. *s. 24. c. 14 Constitutione inc. durum Prid. Cal. Iul.* 1570. extendit, & grauibus pœnis locupletauit.

5. *Confidentia benef.* Alia simoniæ species, quæ obscure obrepserat, à Pio IV. & Pio V. duabus præclaris Constitutionibus damnata est, quas de Confidentijs † passim indigetant, ad quas insignem tractatum scripsit Flaminius Parisius. Specialiter in eo crimine statuitur, vt eo inuolutus beneficijs etiam ante quæsitis priuatus existat, & sic quæsita remaneant sedi Apostolicæ reseruata, ac probari possit solis præsumptionibus, *quales ibi refert. vbi & plura in materia criminali singularia.* Secundum Gutierrez *Can. qq. l. 2. cap. 13. num* 78. Bullæ de confidentia nihil prohibent quod prius non fuit prohibitum vt aliquibus est visum; solum enim disponunt contra confidẽtiam illicitam beneficialem, nempe simoniacam. Confidẽtia autem in beneficialibus quædam est licita, quædam vero illicita. licita est, qua quis ordinate sperat; quod collator conferet benefi ium fratri, vel alteri consanguineo suo digno: Illicita vero per contrarium, id est, qua inordinate confidit quod collator conferet beneficium, mediante pretio pacto, modo, vel conditione expressa vel tacita, digno vel indigno. Altera non simoniaca, qualis est illa, qua confidit quod collator conferet beneficia ob cognationem vel amicitiam digno, nullo pretio, pacto, modo, vel conditione, tacite vel expresse interueniente. Sed vere si examinentur integræ constitutiones, nonnihil noui iuris inducere nemo non animaduertet.

Frequenter autem cõtrouertitur vtrum ad has constitutiones spectet, si quis renunciet beneficio reseruata pensione, ea spe & intentione vt statim redimatur, interueniente alterius eadem intentione, neutrius tamen pacto. Censet Garz. *de benef. p. 11. c. 3. n.* 172. non spectare, ob verba constit. *& ita paciscentes:* nec simoniam continere, secus autem interueniente pacto. sed neque tunc ad Const. casum spectare.

Coniecturas quibus confidentialis simonia probetur, recitat Menoch. *l. 5. præs. 9. nu. 2. cum seq.* tam ex dictis Constitutionibus deductas, quam alias inter sufficientes non est, si donatio aliqua post resignationem facta resignanti inueniatur: nec si resignatarius ante resignationem vsus sit his verbis; *non ero ingratus.* quia & verba & facta ad actum licitum refe-

referenda & inteprobanda sunt. vt ex rationabili gratitudine, non ex pacto, proficiscantur. *Fl. Cherubin. in Compend Bull. ad d const. 61. Clem. VIII. scol. 1. & 2.* non tamen expedit vel huiusmodi verbis vti, vt abstineatur etiam à specie mali. *n. 10 in fin.*

Porro rigidissimè procedit Conc. Trid. *s. 24. c. 18. §. caueantq.,* aduersus examinatores promouendorum ad ecclesias parochiales per concursum. *caueantque,* inquit, *ne quidquam prorsus occasione huius examinis nec antea, nec post accipiant: alioquin simoniæ vitium tam ipsi, quam alij dantes incurrant, à qua absolui nequeant nisi dimissis beneficijs quæ quomodocumq; etiam antea obtinebant, & ad alia imposterum inhabiles reddantur.* rigidissime, inquam, ne *quicquam,* inquit. vnde citati à *Barbos. in Collect. DD ad Conc. Trid. ad d. §. caueant n. 13. & seq.* ne minimum quidē permittunt accipi. ne quidem ex interpretatione *c. etsi x. de simon. occasione,* inquit, *huius examinis:* nō tantum in pretium, & pactum; sed etiam causam gratitudinis. *ijdem* etiam cōtra d. c. etsi nec ante inquit Conc. Trid. nec post etiam contra d. *c. & si. c. in tantum. eod. c. ad apostol. x. eod.* vbi post præstita officia non pretium, sed eleemosyna, seu quid aliud consuetum accipi permittitur. adeo quidem scrupulose vt omnino nihil causa laboris, & in vicem stipendij, etiam ex fructibus beneficij vacantis, aut alias recipi permittantur. nisi forte episcopus. de quo Concilium non statuit stipendium de suo tribuat. at vero vt hic rigor pronos deterreat, non est admodum oppugnandus: cæterum veriusputo, nō tantum quod pro labore, studio, molestiaue examinatorum ab episcopo de suo soluitur, prohibitum hic nō esse: sed etiam quod neq; ab œconomo beneficij vacantis, ad nutum iudiciumq; episcopi quin imo sententiam Concilij eo vergere, vt de concurrentibus agat tantum, vel per se, vel per alios, vel eorum nomine alijs tantum agat: ex verbis; *tam ipsi, quam alij dantes.* idq; ad finem peruertendi rectum examinatorum iudicium, ex connexione textus. *iurent,* inquit, *se quacumq; humana affectione postposita fideliter munus executuros:* & coniungit; *caueantq; ne quidquam accipiant.* &c. agit ergo de accipientibus, & dantibus ad inducendam humanam illam affectionem, ne prorsus extra iuris rationem sistamur. & verba magis quam mentem sectemur: quia cum ea tantum dantur, *quæ voluntatem recipientis.* inquit, d. c. *etsi, inclinare, vel monere non debeant, ecclesia Romana interpretari non consueuit accipientem in his delinquere.* vel donantem.

Locare Vicariatum † vel facultatem nominandi Vicarium, vel iurisdictionem spiritualem committendi districte prohibet Conc. Trid. *s. 25. c. 11.* 6.

Ordinarij ne quidem pro † sigillo, *Cong. Concil.* quicquam possunt in collatione ordinum accipere, sed soli Notarij mercedem constitutam, non habentes decimam partem aurei *c. 1. s. 21. Trid.* etsi neutris olim videtur licuisse. *cap sicut Episcop. 1. quæst. 1.* Vnde nec Notarium Conc. permittit accipere vbi viget laudabilis consuetudo, ex eo Canone scil. nata nihil accipiendi. Sed olim quidem in d. ca. licitum fuit spōte oblatum accipere, quod & hic vetat Conc. Si tamen vere sponte detur, & vt tale accipiatur, præsertim post ordinationem, non erit simonia; & quidem dans excusatur, si amplius, quod adhuc multis locis fit, exigatur, neq; enim mens Concilij est vt litteris illis careat. In quas exactiones ne subditi cadant, tenetur Prælati ministris ad munia sua pastoralia necessarijs date salarium competens: nō enim dotes suas amplas habent; vt inde soli viuāt. *Less. l. 2 c. 35. d. 10. de iustit.* 7. *Iura sigilli Episc.* *Merces notar.*

Conc. *sess. 24. c. 14.* vetuit aliquid accipi † in institutione, installatione, vel missione in possessionem, aut similibus actibus; ne aliquid quasi debitum accipiatur, quod non vertatur in vsus pios. 8. *Iura instit.*

Vbi

tibus ipsis, sed ministris dantur, vnde nulla in instituentes redundet vtilitas, vel à mercede exoneratio, nõ videntur hic dãnati, nec ad causam aut speciē simoniæ, quã considerat Tridentinũ, trahi posse: dummodo ex arbitrio ordinarij scandalum absit. quare etiã ad pium vsum referenda videntur non tantum quæ ad fabricam, cuius reparatio Capitulo incumbat, vel etiam perpetuum augmentum distributionũ soluuntur, quamuis qui nunc de Capitulo sunt, annis forte sequentibus participaturi sint, de prouentibus. quoniam id quod primario agitur inspici debet. *Philosoph. 5. Metaphys. V. Tusc. V.* Priora, *concl. 714. V. primas. con. 66.* vt vsu venit in celebratione missæ. quamuis pro opera honoratium; in frequentatione officij diuini, quamuis pro præsentia distributio recipiatur: præsertim cum hæc antiquitus statuta obseruataque sunt, non recens inducta.

Ad causam considerationis pertinet pactio super fructibus à resignatario recipiendis qui cesserunt tempore resignantis inexacti, si eo loco fiat; vbi pro rata temporis sine distinctione exactorum, inexactorumque diuiduntur, non autem successori inexacti cedunt, vel alio modo in pactionem deducuntur, quam ius siue scriptum, siue consuetudinariũ assignet, vel specialius ex pacto vinculũ intenditur. *Garz. de benef p. 8. c. 2. nu 15 & seq.*

Quanquam pro administratione † rerum spiritualium pluribus in locis Trident. vetat conditiones & pacta mercedum; nõ innouauit tamen ius antiquum, quo licet eleemosynæ vel sustentationis ergo consuetum aliquid dari vel accipi *Gutier. l. 1. Can. qq. c. 29.* 10.

Quod ad annatas pertinet, multa statuit Conciliũ Basiliense, relata etiam in Pragmaticã sanctionẽ. & satis ruditer de illis, ipsoq; Pontifice statuit. vt mirum nõ sit Romæ, quo ad hæc similiaque decreta, improbatum esse, ipsumque mox Pium II. Innocentium VIII. Iulium III. aliosque plures Pontifices, & ipsum Pium V. etiam cuius tam sancta memoria est, *quorum constitutiones recenset P. Matthæus in Sept. decret. l. 2. c. 3.* annatas rursus cõstitutionibus suis muniuisse. nec vero, si ad simoniæ rationem annatæ referri debuissent, ad certum tempus, aut quintam partem recte ab eodem Concilio permitti viderentur. sed iustius radicitus exscindi. sed eas instar decimæ decimarũ summo Pontifici soluendas defendit Eckius *in Enchyrid. tit. de annat.* alijque passim. alicunde enim summa sedes ad maximas, quæ incumbunt, expensas colligere quod necessarium est debet imitari tamen inferiores rationem annatarum nullatenus possunt. vetantibus sacris canonibus, qui ipsos ligant, & d. Pij V. etiam constitutione. 11. *De annatis.*

Irrepsit & alia species simoniæ, damnata à Paulo IV. dum aliqui examini pro beneficijs instituto se subijciunt pro alijs, vel pro alijs beneficia, aut pensiones impetrant; vt aliquid consequantur: vel pro se ipsis, vt alijs postea cum pensione resignent. quod vtinã non frequentetur. dum vix nota in vrbe vacatione impetratio vulgatur; vix hac nota alia resignatio, vel pensio. quin imo Gregorius XI. adeo pure versari in beneficijs omnes voluit, vt vel nuntiantibus tantum prouisiones beneficiorum dari quidpiam, aut promitti vetuerit. *6. Kalend. Nouemb. 1376.*

In officijs sæcularibus † non vertitur simonia, neque est iure diuino prohibitum ea vendere; etsi inconsultũ, vt D. Thomas Aquinas respondit Alcidi Ducissæ Brab. Vnde in Brab. nulla data vel etiam mutuata pecunia officia conferri possunt, diserte tabulæ legũ Brab. Ioãnis Ducis anni 1312. quod subsecuti Principes in suo Brab. læto introitu iurarũt. an ministri satis exacte obseruent, ipsi viderint. Pius V. nec ad officia aut iudicis functiones admitti voluit qui ambitus rei essent. *Constit. refert P. Matth. S. D. l. 5. tit. 10. cap. 2. 3.* 12. *In sæcularibus non est simonia.*

NE PRÆLATI VICES SVAS.

1. NOn liceat, inquit Conc. *Trid. ſ.25. c.11.* iuriſdictiones Eccleſiaſticas ſeu facultates nominandi, aut deputandi vicarios in ſpiritualibus locare, nec conductoribus per ſe, aut alios ea exercere, aliterq; conceſſiones etiã à ſede Apoſtolica factæ ſubreptitiæ cenſeantur. ſiquidem vendere, vel locare, emere vel conducere præmio, ſeu mercede Eccleſiarum regimen, iuriſdictionem, ſeu quamcumque facultatem, quatenus ad effectum ſpiritualem ordinãtur, ad ſimoniam vergit. *c. cõſulere. 38. x. de ſimon. c. 1. 2. 3. x. h. t.* quod ſi autẽ fructus tantum Eccleſiæ locentur, eandem labem ſecum non trahit. *c. fin. eod.* recte ergo Tridentinum iuriſdictiones Eccleſiaſticas, & facultates nominandi vicarios in ſpiritualibus vetat locari: quod ſapiant ſpiritualitatem. adeo quidem, vt ſi quis elocet vniuerſitatẽ bonorum & iurium certi diſtrictus, ex quibus dependeat facultas deputandi parochũ, capellanum, cuſtodem, ideoque pluris elocet; procul dubio ſimoniæ labem contrahit. *citati à Barb. in collect. DD. ad Concil. Trident. ſ.25. c.11. n.6. & ſeqq.*
2. Quinimo quamuis animo hæc à ſpiritualitate abſtrahantur; habẽt tamen aliam ſacro-politicam prohibitionis cauſam. *ex c. 2. h. t.* quod *talia*, inquit, *ad ſacerdotum grauamen, & iudiciorum ſubuerſionem non eſt dubium redundare.* quare etiam ea iuriſdictionis, Cancellariæ, vel ſigilli Epiſcopalis emolumenta locari vetantur, quæ fructus tantum ſunt, & futuro ſucceſſori debent reſeruari. *citati ibi. n.8. & 9.* eoque magis, quæ ſpeciem mali habent, locari vetita ſunt cenſenda. vt primitiæ, oblationes, quartæ funerales. vt S. Congregationem reſpondiſſe *ibi ex Aldan.* refert Barb. *n.10.* vt turpiter aliquando ab Eccleſiaſticis patronis ſubſtituti laici conductores ruſtici ad altare ſtare conſpiciuntur: & conductores vniuerſorum bonorum adulteri, alijſque criminibus maculoſi ad aras eos deputare, quos ſæpe ſui ſimiles quærere tam credibile eſt, quam aues concolores vna libenter volitare.

DE MAGISTRIS.

PAuperes idonei gratis promoueri iubentur à Iul. III. *refert P. Matt. S. D. l.3. tit.5 cap.1.* Et Laureæ magiſtrales non poſſunt amplius conferri per Comites Palatinos, ex reuocatoria Conſt. Pij V. *relata à P. Matth. S. D. l.3. t. 4. cap. 1.* lectionem theologicam iniungit Concil. Trident. *ſ.22. c.2.* de qua ſupra egimus. *tit. de off. ord.* Præfecturam ſcholarum Carolus Mag. ſacerdotali ordini attribuit, Ludouic. Pius, & Lotar. Gymnaſiorum magiſterium Epiſcopis. *Choppin. Monaſt. l.1. t.2. num.8.* Eadem Eugenius ſtatuit in Synodo. *cap. de quibuſdam. 37. diſt.* Præbenda pro lectore theologo per ordinarium re ipſa aſſignari debet, alioquin valet collatio alteri facta, & ſtatuit ordinarius quoties ille, & quid legere debeat, & his ſimilia, de conſilio deputatorum, pro directione ſeminarij. *vt plenius diximus in Conſult. canon. h. t. conſult. 1.* Almæ vrbis ſtudium generale Bonifacius VIII. inſtituit. Leo X. in concilio Lateran. reformauit, de magiſtris, doctoribus, ſcholaribus, multa decreuit.

Concilium certe Oecumenicum Trid. ad curam Ecclesiæ pertinere scholas ostendit; dum *sess.23.cap.*18. tam singulari prouidentia, atque prudentia de Collegijs & Seminarijs erigendis, regendis, & stabiliendis statuit. cuius *cap.* 18. singula verba tantam medullam habent, vt sine offensa in summam contrahi vix queant. conati tamen sumus in Consult. can. *h.t.consult.*1.

DE IVDÆIS.

VBi Iudæi tolerantur, distingui † habitatione, vestitu ac alias discriminari debent, *Paul.IV.apud.P.Matth.se.d.l.5.tit.2.ca.*4. Et si contra veterem legem peccent, aut Christianorum peruersioni periculum struant, quomodo coercendi sint; tradit Gregor. XIII. *in Const.incip. Antiqua, quam refert Azor.Inst.mor l.5.cap* 8. *Pias p.2.cap.4 num.*44. *vbi & Const. Clem.VIII.* quoad retinentes libros Thalmudicos, *num.*46. Const. Greg. XIII. præcipit, vt compellantur ab ordinarijs accedere ad concionem ipsis ex sacra vetere lege faciendam. Euangelium tamen eis etiam prædicandum, sed ad eam concionem cogi non debent sed induci & persuaderi, *Nicol.III.apud P.Matth.S.d.l.5.tit.2 cap.*2 Et conuersi serio catechisari, *ibid.c.*2.4. nec debent eorum proles ipsis inuitis baptizari. *post Conc.Tolet.* 4. *c.* 56. *Iul.III.refert P.Matth.*7.*d.l.*5 *t.*2.*c.*1. 1. *Iudæi debent veste distingui* *Coerceri ne noceant.* *Induci ad conuersionem* *Catechizari.*

Sed † in his Principum Belgij ditionibus non illi tantum, sed nec noui Christiani sub hoc nomine eorum doctrinam & scelera sectantes, *vt sunt edicta Carol.V.*17. *Iulij* 1549. *& pen.Maij* 1550. *in lib.edict fol.*101. morari, aut versari possunt: sed iam ante trecentos paulo minus annos ex Brabantia Iudæi proscripti sunt, cũ Bruxellis Sacrosl. Eucharistiam pugionibus transfodissent: quæ ob miraculum summa veneratione etiam nunc ibi colitur. Quamquam † ante sub saluo conductu habitasse videntur, vt ex tabulis legum Brab. Io. Ducis anni 1312. apparet, vbi si quis eos offenderit, id suæ cognitioni Dux reseruat. prout in Vrbe eorum causæ ad Papæ vicarium spectant: & caussæ banchariorum Iudæorum ad Camerarium Vrbis, *ex Const.Greg.XIII.Iul.III.* Adeo vt quamuis induciæ nostræ permitterent ex prouincijs fœderatis Belgicis omnes huc venire, & negociari; tamen nõ comprehendantur Iudæi Amsterodami habitantes, quippe cum ob aliã causam quã belli ciuilis, aut religionis, ob quam illud motum est, iam olim interdicti sint: sic quod ea generalitas excludat incapaces ob alias quam belli causas. Sic Princeps censuit 1617. contra E. F. Amsterodami habitantem, tametsi Ordines pro eo non dissimulata eius conditione scripsissent: & alias sæpius declarati sunt non iuuari inducijs, qui ob alia crimina sunt proscripti. 2. *Noui Christiani in Belgio interdicti.* 3. *Olim Iudæi sub Ducum Brab. protectione erant.*

Iudæis † vt facilius conuertantur, per vsuras acquisita, quæ certis personis restituenda non sunt, debent relinqui, tanquam in vsus pios *Paul.III.apud P.Matth.S.D.l.5.tit.*1. *cap.* 3. (etsi Gallus *in q suis* scribat, Romæ & Auenione solere conuersos amittere quod & statui in absolutione aliorum vsurariorum æquitas suadere posset aliquando) vti facilius etiam conuertantur. Eodem fine Concil. Basiliens. *sess.* 19. decernit, vt quo loco conuersi Iudæi baptizantur, omnia iura & priuilegia ciuium acquirant. sed quam diu non conuertuntur, immobilia ne possideant, vetuit Paul. IV. 23. 4. *Priuilegia conuersorum.*

Mart. 1556. Neque non Iudæorum tutores esse hodie possunt. an olim potuerint, *ex l.* 15. §. *iam autem, D. de excusa. tut.* & an ea lex loquatur tantum de Christianis, qui nomine Iudæorum primum accipiebantur, disputatur. *Bus. ad d.* § *iam autem.*

DE HÆRETICIS.

1. *Hæretici semper coerciti.* Ecclesia Catholica † statim atque vires exercere potuit, hæreticos digna animaduersione castigauit; vt testantur sacræ historiæ, & primorum Christianorum Imperatorum sanctiones. etiam Friderici II. antequam ei abrogatum esset Imperium. *quas refert P. Matth. S. D. l.* 5. *t.* 3. Acerrime auté contra eos insurrexit Concil. Lateran. sub Innocent.

2. *Maxime à Conc. Lateran.* III. quo augustius, præter Chalcedonense (vbi 630. Episcopi, Roman. Pontif. Legati, & Constantinop. Patriarcha, & Martianus Imp. adfuit) nunquam fuit; vtpote cui interfuerunt duo Patriarchæ Hierosolymitan. & Constantinopolitanus, Metropolitani 70. Episcopi 400. Abbates 12. Priores Conuentuales 800. Græci & Romani Imperij Legati, Regum Hierusalem, Franciæ, Hispaniæ, Angliæ, & Cypri Oratores. In eo Conc. *can.* 3. decernitur, vt de hæresi damnati tradantur brachio sæculari puniendi: si clerici fuerint, degradentur; & eorum bona Ecclesiæ, cuius stipendia perceperunt, applicentur: si laici, confiscentur. potestates sæculares iuramentum publice præstent, quod vniuersos hæreticos ab Ecclesia denotatos, pro viribus suis exterminabunt: si Dominus temporalis id neglexerit, admonitus excommunicetur: & nisi intra annum satisfecerit, summus Pontifex denunciet vasallos ab eius fidelitate absolutos, & terram exponat Catholicis hæreticos expulsuris occupandam, & possidendam: saluo iure Domini principalis. eadem nihilominus lege seruata circa eos qui non habent Dominos principales. Episcopus similiter negligens deponatur. Cui conforme fulmen dedit Paul. IV. *Constitut. refert P. Matth. S. D. l.* 5. *tit.* 3. *cap* 9. Quod decretum Concil. magnas disputationes peperit, præsertim his annis circa potestatem directam vel indirectam Papæ in temporalia, ad priuandos, ac deponendos reges. sed vt generaliter ad lubitum Papæ ea non fit: sonat hic locus tantum in materia fidei, quam si reges oppugnent, aut conniuentia pessundari sinant, spiritualis finis eiusmodi media licita spirituali superiori facit.

3. *Hodie tl-ptrum malignitas nõ vbique permittit.* Verum enim vero † in ea tempora, proh dolor! incidimus; vt neque sine Reip. incommodo antiqui S. Pontificum Canones, Imperatorum ue edicta, ne quidem quæ Carol. V. & Philip. II. pullulantibus primum hic hæresibus opposuerunt, obseruari possint.

Tantum Religio potuit suadere malorum!

Et quidem reformata (scilicet, vt habet Elixir Andreæ Chioppij,

Vt lucus alma nuncupatur à luce:
Pontusque Græcis nominatur Euxinus:
Fert antiphrasium nomen hoc reformata.

Cuius reformati cultores passim in Germania ac alijs locis opinionem & sententiam suam ex arbitrio Domini sui sumunt; hodie is fit Lutheranus, incolæ erunt cras: successor

Calui-

Caluinianus,& illi erunt; & si quid aliud monstri; non minus mutabuntur. vt Seianus de se testatur apud Tacit.*l.4. Ann.ita insueuisse,vt non prius spes votaque sua ad Deos quam ad Principum aures conferret.*

Non oportet † tamen curam vllam in his tempestatibus temporum abijci. Sacra Cong Cardin.Ioanni Miræo Episcopo Antuerp. 10.Martij 1608.his verbis scripsit: *Mirifice quidem Illustriss. Patres esse Ampl.T.iniungendum duxerunt, vt hæreticis ad celeberrimum emporium Antuerpiæ accedentibus Catholicorum mores tali commercio non corrumpantur, vtque ipsi Catholici præter rerum venalium negotiationem,de alijs rebus præsertim ad religionem pertinentibus, cum eis agere vel se illi intimius coniungere refugiant, eius videl.præcepti memores, qui amat periculum, peribit in illo.* 4. *Non fortiter tamen Prælatis sollicitudinem deponere.*

Et † Clem.VIII. 26.Iulij 1596. *Const.quā refert Quar. v. hæret.Inc.Cum sicut*, vetuit,ne Itali extra Italiam agentes habitent in locis, vbi non sit liber,& publicus cultus siue vsus religionis Catholicæ, abstineant à matrimonijs cum mulieribus hæreticis, ab hæreticorum sepulturis,medicorum hæreticorum opera,vbi adsit Catholicus,filios suos per hæreticos de sacro fonte leuari non permittant,aut hæreticorum leuent,nisi Catholice baptizatos aliaque ibidem relata agant. 5. *Sanctio Cle. VIII.*

Sereniss.Principes nostri † in edicto suo seuere vetuerunt ne harum regionum incolæ aut aduenæ de religione inter se disputationes moueant, neque iniuriam verbis aut re alterutris inferant, neque scandala in Ecclesijs, processionibus, locis publicis vel priuatis committant.& extensius in edicto altero vltim. Decem.1609.(vt ne illa peruersa dogmata seminentur.) ne incolæ etiam extra ditiones obedientiæ Principis, hæreticas conciones audiant, sub pœna arbitraria, etiam exilij. ne aduenæ actus vllos contrarios orthodoxæ fidei faciant,psalmos suos cantent publice aut priuatim; vt si in Ecclesijs fuerint, eandem reuerentiam ibi exhibeant, quam Catholici sub diuinis officijs, & alias, idemque præstent occurrentes Ven.Sacr.in plateis, aut tempestiue sine scandalo secedere teneantur, sic vt nec signo vllo aut indicio aliquod scandalum dent: & qui huc volent concedere habitatum, debeant assumere orthodoxam fidem, & quod si tales se aliter sentire iactent,puniantur vt infractores induciarum. Quæ edicta Principes declararunt per epistolas suas 15.Iulij 1609. 4. Mart.1614. ad Episcopos Antuerp. ac alios missas, se omnino velle executioni mandari:ac similes ad Concilia & magistratus scripserunt, vt Episcopis per pecuniarias pœnas, & alias, contra hos procedentibus omne auxilium præsto exhibeant. Ad hanc rationem Archiepiscopus Mechl. quosdam incolas Rothnacenses,quia palam non sine scandalo aliam quam Catholicam religionem profitebantur,relegauerat: qui ad Principes recurrerunt, sed non aliud obtinuerunt, quam vt sine offensa trimestri dilatione gauderent.Interim legibus parerent, aut Principis ditionibus mox excederent. 5. Oct.1614. 6. *Principū Belgicæ.*

Senatus † etiam ampliss.huius ciuitatis Antuerpiens.suo officio non defuit, dum 24. Mart.1617. mandauit, vt quicumque ministri, Prædicantes,aut qui illi functioni aliquatenus seruiunt,huc aduenientes, teneantur se sistere Marckgrauio seu Sculteto, qualitatem suam & hospitium indicare sub pœna 50.floren.& qui aliquem receperit, nisi publicam tabernam exerceat, qui præsumi possit eius qualitatem ignorasse, si infra triduum non detulerit, 100.flor. luat: id quod ipsi Ordines Confœd. Prou. primum statuerant contra quoscumque sacerdotes eo venientes,edicto 27. Mart. 1612. 7. *Senatus Antuerp.*

Hæreticis factio testamenti non competit. *l. Manichæos. § ergo & suprema, & Auth. Credentes. C. de hæretic. Farin. Tractat. de heres. quest.* 90. §. 6. Sanxit Carol. V. *edict.* 22. *Septemb.* 1540. quo minus fisco fraus fieret, vt statim postquam in hæresim inciderint, neque inter viuos neque per vltimam voluntatem disponere possint; sed omnia acta nulla sint. Tamen à iure ita demum bona fisco addicuntur, si filios orthodoxos non habent. Hi enim & agnati fiscum excludunt, *d. l. 4 l. 12. C. hoc tit. c. accusatus. § in eo. eod. in 6. Cuiac. obs. l 12. obs.* 30. Porro edicti Carol. V. executio suspensa fuit, præsertim tempore Margaretæ Regentis, vt furori cederet, & populus in se descenderet.

8. Quæritur ergo † an ea suspensio ius fisci & publicam vindictam tantum spectat, an etiam ius priuatum singulorum (non loquor de ijs quibus nunc ex inducijs aliquod ius est, sed de incolis harum ditionum, quibus respectu Principum, aut suorum subditorum induciæ pactæ non sunt) Controuertitur inquam hæc hypothesis: Instituit hæreticus hæredem extraneum, silente fisco; an proximus agnatus Catholicus testamentum nullum dicere possit, & hæreditatem ab intestato petere excluso instituto? an vero tale testamentum pro valido habendum sit, ac pœna intestabilitatis, vt ita dicam suspensa sit non tantum quoad fiscum, ne institutos hæredes inquietet, sed etiam quoad proximos agnatos? Qui hanc controuersiam hactenus passi sunt, amica plerique compositione relictam sibi à testatore hæreditatem; nulli, quod sciam, contradicto iudicio obtinuerunt. & magis existimem ob quietem publicam, priuatorum etiam actiones silere debere.

An conniuentia Principum ad ius publicum tãtum an etiam ad priuatum pertineat?

9. Qui officium † Inquisitionis impedit, testes deponere volentes verberat, auxilium præstat, domum inquisitionis inuadit, aut quid simile committit, suspectus est de hæresi. *c. vt inquisitiones. hoc tit. in 6.* Et contra tales seuerius statuit Pius V. *in Const. quam refert Pias. p. 2. cap 4. num. 43. & Clemens VIII. in Const. ibid. & Quar. V. hæretici, relata.* & casibus ibi specificatis conuictos formaliter hæreticos tradi vult brachio sæculari, etiam pro prima vice. & vt in causa hæresis excommunicati, & socij criminis ad testimonium admitterentur sanxit Alex. IV. *P. Matth. S. D. l 5 t. 3. c. 7.* & sententiæ absolutoriæ nunquam transeunt in rem iudicatam. *Pius V. Const. P. Matth. ibid. c.* 10.

Fautores hæreticorum non minus quam ipsi excommunicantur. at vero fautores priuati positiua fere auxilia præstant, fauoresque impendunt: Magistratus & Principes non exterminando hæreticos, bona fide, pro viribus fauere censentur: & ecclesia in pœnam eorum terras, vt diximus, concedit occupandas. *c. excommunicamus. §. moneantur De heret.* vt fauor à Regibus impensus hæreticis iustam alijs belli causam præstet diximus *late in Hiatu l. 3. c. 3.*

10. Quæ porro † ad hanc rem faciunt, cum vsus exigit prolixe habentur in Directorijs Inquisitorum, *Farinacio tract. de heresi, alijsque.* Et Zerol. V. *heret.* §. 24. 25 indicat nouiores Pontificum Constit. Extrauag. quas missas facimus, quod malignitas horum locorum illis locum non faciat. & quæ ex edictis Principum Belgij animaduertenda sunt diximus *in Notitia iuris Belgici h. t.*

Sed per extensum habentur in postrema parte Directorij Eimerici. citat etiam *Zerola.* §. 25. eorum Pontificum bullas, qui conscios obligant ad reuelationem hæreticorum. præsertim accedentibus, quæ proponi solent, edictis. quæ etiam quidam volunt quem obligare ad indicandum seipsum quod rectius tamen negat Zerol. §. *vlt. ob. c. quis aliquando. § his authoritatibus de pœnit. dist. 1. in verbis; non dico tibi, vt te prodas.* à quo exceptum

non

non inuenitur crimen hæresis. Porro & in bulla cænæ §.1. excommunicantur non hæretici tantum, sed eorum etiam credentes, receptores, fautores, & generaliter quilibet illorum defensores & §.7. quicumq; ad hæreticos deferunt, seu transmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalibem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, ligamina, canapem, funes, tam ex ipso canape, quam alia quacumque materia, & ipsam materiam huiusmodi, qua catholicos impugnent, vel hereticis in damnum catholicæ religionis auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstant. id quod si omnes satis expenderent; non in hanc potentiam suo ipsi marte surrexissent, aut suis ipsi neruis consisterent, quidam hæretici quibuscum contracta fœdera Ioannes XIII. pro fauore, & hæreticæ prauitatis suspicione interpretatur *apud Petrum Matthaeum h.t.c.4.*

DE APOSTATIS.

DEcernitur Conc. Trid. *sess. 14. cap. 11. vt nemo cuiuscumque ordinis Prælatus vel superior vigore † cuiusuis facultatis aliquem ad habitum & professionem admittere possit, nisi vt in ordine ipso ad quem transfertur, sub sui superioris obedientia in claustro perpetuo maneat: ac taliter translatus, etiamsi Canonicorum Regularium fuerit, ad beneficia secularia, etiam curata, omnino incapax existat.* Cui congruit §. *nemo fin in cap 19. sess. 25.* de Regul. *Nemo etiam Regularis cuiuscumque facultatis vigore transferatur ad laxiorem religionem, neque detur licentia cuiquam regulari occulte † ferendi habitum suæ religionis.* Denique *c. 4. ibid. Prohibet sancta Synodus ne quis regularis sine sui superioris licentia prædicationis vel lectionis aut cuiusuis operis prætextu subijciat se obsequio alicuius Prælati, Principis, vel Vniuersitatis vel Communitatis, aut alterius cuiuscumque personæ seu loci, neque ei aliquod priuilegium aut facultas ab aliis super iis obtenta suffragetur: quod si contra fecerit, tanquam insidiens arbitrio superioris puniatur. Nec liceat † Regularibus à suis conuentibus recedere, etiam prætextu ad superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi aut vocati fuerint. Qui vero absque prædicto mandato in scriptis obtento, repertus fuerit, ab Ordinariis locorum tanquam desertor sui instituti puniatur. Illi autem qui studiorum causa ad Vniuersitates mittuntur, in conuentibus tantum habitent; alioquin ab Ordinariis contra eos procedatur.*

1. *Translati in monasterio remanere debent.*

2. *Religiosi omnes habitum publice deferre debet.*

3. *Sub nullo prætextu ex monasterio excedere quis debet.*

Prætextum dicit Concilium, quia si quis crudeliter nimis habeatur à suo superiore, prouincialem ille, aut generalem iuxta ordinis statuta, potest adire. *Dianap 3.t.2.r.56 & ibi citati & à Barbosa in Coll DD. ad d.c.4.n 10.*

Nihil tamen *ibi* definitur de transitu † ad æque arctam & arctiorem religionem. Sed exstat Const. Pij V. *ann. 1569. quam refert Azor. Inst mor l. 12. cap. 14.* in qua rescindit & abrogat omnes facultates præter ius commune concessas recipiendi vel retinendi religiosos alterius ordinis, etiam laxioris. refert & aliam Pij IV. in qua Pœnitentiario Apostolico mandauit ne ex causis etiam pijs facultatem standi extra monasterium concederet, citra consensum superiorum, & in facultate transeundi in alium Ordinem, etiam ex causis à iure permissis, apponeret clausulam, quod perpetuo in claustro manerent apostatis absolutionem non daret, nisi reuerterentur ad proprium ordinem, vel saltem æqualis, aut arctioris obseruantiæ, vbi perpetuo manerent, nec vllis translatis permitteret

4. *De transitu ad arctiorem Relig.*

teret beneficium obtinere aut vt mercenarijs deseruire, etiam de consensu superiorum.

Vt ex hac ordinatione & Conc. Trid. dispositione *in d.c.11. d.c.4.* omnes Regulares translati, etiam Canonici regulares, omnium beneficiorum etiam curatorum incapaces sint. Translati, inquam, non continuo alij, vt quidam existimant: quippe alij Canonici regulares capaces sunt: *per c.quod Dei 5. c.2. ext. de statu Monach.* & d.c.11. de translatis duntaxat disponit: quare in alijs ab anteriore iure discessum non videmus. tametsi Gonzal. *ad reg 8. Canc. gloss. 7. num 53.* referat declarationem Greg. XIII. quia loquitur de Canonicis regularibus, Congregationis Lateran. non generaliter in quo ille, alijque falluntur. Aliarum Constitutionum Extrauagantium & huc spectantium meminit Serol. *p 2. v monachi* §.8.9.10. *Et citat. à Barbosa in collect. DD. ad d c.11.* nisi forte eidem Barbosæ & Garciæ ad illo relato *ad c.10 ibid. n.3.* credendum sit, vt stylus curiæ Romanæ censeatur abrogasse c.quod *Dei timorem de stat. monach.* vt regulares etiam ad curata admitti non possint, nisi *instante* inquit, *episcopo pro necessitate, vel vtilitate ecclesiæ.*

Pius IV. *const inc. postquam* 1558. multa de translatis disponit: & apostatas inhabilitat ad beneficia; præsentari vetat; priuat, suspendit ab omni ministerio, iubet vt redire superiores cogant, aut excommunicatos declarent.

5. *Causæ apostatarū sedi Apostol. reseruata.* Pius. V. Apostatarum causas † & regularium extra monasteria vagantium ad sedem Apostolicam euocauit, *ref. P. Matth. sep. d l.3. tit.17. cap.2.* Rescriptum etiam Leon. X. de Apostatis sine habitu incedentibus retulimus. *Sup. titu. de foro Comp. n. 40. & seq.*

6. *Fugitiui retrahēdi.* Religiosi fugitiui † ab Ordine apostatæ requiri quot annis, & in claustra retrahi, aut vicinis ædibus retineri, & de victu eis prouideri debet *c. ne Religiosi. fin. de Reg.* Quod vt in his regionibus iuberet, efficeretque obseruari per superiores regularium, S. Congregatio mandauit Nuncio Belgij 29. Februarij 1608. Serol. *p.2. verb monachi* §.7. refert decretum Sac. Cong. in hæc verba: *Imposterum nemo regularium eijciatur è monasterio, etiamsi sit incorrigibilis, sed peccantes à superioribus ignominia & carcere castigentur, & acrius, si etiam opus fuerit pro modo delictorum. Chopp. Monast l.1. tit.3. num. 17.* Quamuis vsque adeo non vsurpetur illa requisitio *Roderic. quæst. Reg. t.1. quæst. 30. Less. de Iust. cap 41. d.15. num.110.* & ante Sixtus V. id permisisse videretur, eiectis tamen iniungens, vt Episcopis originis statim se præsentarent. & ab eis quid eis iniungeret obedituri expeterent. *Serol. p.2. v. eiecti.*

7. In Gallia † edictis regijs ad monasteria, quæ bellicis forte motibus deseruere, redire compelluntur, & vindicari à superiore possunt: nisi tamen Religionem mutarint. sed & hoc casu ab hæreditatibus excluduntur. *Chopp. Monast l.1. tit.2. num.7.*

8. Sed hic artic. 33. induciarum † indistincte hæreditatum capaces declarat, ex testamento & ab intestato, cuiuscumque conditionis, aut qualitatis fuerint, vtrorumque locorum incolas, credo apud suos pro legitimis habitos: Nam si de iure legitimos tantum acciperemus, Bone Deus quam multa matrimonia non sunt contracta iuxta cap.1. de Ref. Mat. Concil. Trid. *sess.* 24. adeoq; vbi rite contrahi potuerunt, nulla! Quod & afficit proles; cum nulla sit bona fides contra iuris dispositionem contrahentium, quæ eis prodesse possit. Quare & facilius apud eos matrimoniū tale, quale apud eos valet, quam apud nos præsumetur, ex communi mensa, lecto, tractatu, tempore &c. quæ apud nos non tam vehementes faciunt præsumptiones vt olim ante d. cap. 1. nam apud eos publica coram Magistratu vel Consistorio contestatio sufficit. *qua de re tit. de parochijs fusius diximus.*

Extat

Extat edictum Carol. V. *datum Bruxellis 1535. lib. edict. fol. 119.* ne quis † apostatas, religiosos, aut sine licentia exeuntes recipiat, aut hospitetur, vel assistat; sed denunciet officiario loci, qui apprehensos restituat monasteriorum præfectis, vnde fugerunt: & si super dispensatione aut professione litigandum sit, iudex in habitu eos manere, & in aliquo loco religioso interim degere iubebit. Et aliud *anni 1544. fol. 132.* quo iussum tunc fuit, vt omnes Regulares extra claustra in pastoratibus existentes curiæ dispensationes suas transmitterent. Et Sereniss. nostri Principes laudabili consilio post factas inducias omnes Religiosos, qui in exercitu Sacellanorum munere functi erant, ad sua monasteria remiserunt; suppleta, in præsidijs necessitate per clericos sæculares. 9. *Hospitio interdicti.*

Deniq; Gregor. XIII. 1577. 21. *Ianuar. Constit quam refert P. Matth. S. D. l. 3. tit 3. cap. 3.* decreuit, vt † apostatarum vel etiam aliorum religiosorum extra monasterium suum degentium etiam de superiorum licentia & morientium foris quomodocumque acquisita bona, non monasterio sed Cameræ Apostolicæ cedant. Atqui cum in Belgica Pontificis & Principum tacitis vel pactis, vel conniuentia, Camera Apost. iura spoliorum non exerceat, censeri poterunt deuolui posse huiusmodi spolia ad Æraria Episcoporum, qui hic intestatis succedunt sacerdotibus, non Ecclesiæ cui deseruierunt: si tamen extra Capitula & Collegia egerint: ita vt in Brabantia tamen ex Concordatis Caro. V. & Episcoporum Leodiensis & Cameracens. bona sacerdotum bastardorum intestatorum, aut sine indulto Principis testatorum diuidantur inter Episcopum & Principem. prout & Præmonstratenses, & quidam alij pro sui ordinis instituto in beneficijs curatis, & alijs ad sua monasteria pertinentibus agentes & morientes non alijs acquirunt (nisi forte ex pacto Ordinarijs locorum quippiam instar recognitionis) quam monasterio: vt & literis priuilegiarijs Iul. II. est declaratum: cum extra conuentus suos vix esse videantur, qui in illorum membris & dependentibus beneficijs, ex nutu superiorum officia sui instituti peragunt. Secus quam censeri possit de illis, qui in sæcularibus beneficijs agunt, & ex ill[illegible]m prouentibus, qui nullatenus ad monasteria sua spectant, acquirunt: quę propterea iuxta antiquos Canones, quæ morientibus superessent, istis Ecclesijs, non vero conuentibus, vnde nudi venissent, cederent. *c. recolentes § ceterum de stat. monach.* Sed mutatis per tempora antiquis Canonibus, & prima Ecclesiasticorum bonorum diuisione, quasi in vicem Quartæ Episcopalis, successit per dictam consuetudinem, vt Episcopi intestatis huiusmodi hæredes essent. Multo magis si qui è monasterijs suis eijciuntur, absciduntur, emancipantur, incorrigibiles dimittuntur; cum onus correctionis monasteria in Episcopos reijciunt, si quid postmodum acquisiuerint, præsertim ex beneficijs sæcularibus; rationi consonum non videbitur, vt commodum illud Monastici superiores arripiant, neglecto onerato Episcopo. Sic summa prouidentia legitimæ tutelæ agnatis delatæ sunt, *vt qui,* inquit Vlpia. *in l. 1. D. de leg. tut. sperarent successionem, ijdem tuerentur bona, ne dilapidarentur.* 10. *Eorum bona ad quem spectent.*

In hanc sententiam iuit Nauar. quamuis ab eo dissentiat Less. *de Iust cap. 41. d. 15.* De prouenientibus ex beneficijs bene sentit Thomas à IESV *in Comment. c. non dicatis 12. quæst. 1. In sua part. 2. cap. 7. d. 3.* sed *dub. 6.* dum de eiectis ex industria citra beneficium acquirentibus quærit rationem cur Episcopo acquirere possint; conferri sic possunt quæ diximus, *& sup tit. de testam. in prin.*

DE INFANTIBVS EXpositis.

HIs qui filios occiderunt Gregorius IX. subiungit eos, qui infantes exponunt; tanquam scelere proximos *c. si expositus. d. 87. t.t. C. eod.* vt in pœnam exponentium liberi suique iuris efficiantur. *c. vn. h. t.* nihil in eos iuris habeat, qui suscipit *d. c. expos.* si nemo vindicet. ita tamē, vt suscipienti in personam ius nullum quæratur. *d. c vn. l. sancimus C. eod.* sed ad expensas repetendas, nisi donarit. *l. 1. eod* si nemo suscipit, quæritur quis alere teneatur? quod examinauimus *in Consult. canon. h. t.* Expostitius habendus est pro legitimo, vt promoueatur ad sacros ordines, ex benigniori sententia. *Dian. p. 2. t. 1. misc. r. 21.* an etiam quoad dignitates? & censendum quod sic. ex ijsdem rationibus, quibus ad sacros ordines recipitur. quanquam sit aliud dicendum in dispensatione, vbi illegitimus dispensatus ad ordines, non mox dignitatum capax est. quia solutio legis odiosa est, & vltra expressa non extenditur.

DE HOMICIDIIS.

1. *Pœna abortus procurantis.* SIxtus V. graues † pœnas constituit contra procurantes abortum, potionem, consilium, auxilium vel consensum dantes: *quam Const. refert Azor. Inst. Mor. p. 2. tit. 2. c. 26. qu. 3. Quar. v. abort.* Sed Greg. XIV. *Const. Inc. sed Cal. Iun. 1591. quam habet Quar. ibid.* abrogauit quoad pœnas in illa contentas quoad fœtus inanimatos, & ad terminos iuris reduxit. porro de iure irregularis non est. qui abortum procurauit fœtus nondum animati. *Gutterr. can qq. l. 2. c. 6. n. 38.* Fœtus autē animatur masculus 40. femineus 80. si forma in eiecto non apparuit, Præsumitur masculus ob tutiorem partē *Flau. Cherubin. in Compend. bullar ad constit. 87. Sixti V. inc. effrenatam 1588* vt recipi non possit doctrina Fieni, qui tertio die animari sensit.

Cum in subita rixa plures percusserunt, sed vnus letaliter, isque nescitur, solus ille, non ceteri irregulares sunt censendi. *Dian. p. 2. t. 1. miscell. r. 18.* vbi *res 19.* illum irregularē quasi ex homicidio casuali posse ab episcopo dispensari putat, *ex Trid. s. 29. c 6.* sed communior sententia aduersatur. *Vide quæ diximus in consult. canon. de homicid.*

De dispensatione super irregularitate ex homicidio voluntario & casuali publico, & occulto, ex delicto & culpa, dicimus *infra de pœnit. n. 13. & plenius in Consult. canon. h. t. consult. 1.* quæ à Papa debeat, quæ ab ordinario possit obtineri, *iuxta Concil. Trid. s. 14. c. 7. s. 24. c. 6.* quod ibi voluntarium, quodque occultum sit.

2. In Brabantia homicidis abolitio non potest concedi, nisi prius cum parte transegerint: Nec induciæ vel saluus conductus, nisi ea condicio præcedat, *Let. Introit. Car. art. 21. & Maria ar. 42.* Pius IV. & Pius V. idem sanxerunt, & ne ante etiam per contumaciam condemnati audiantur, nisi in carcere constituti, & citatis occisi hæredibus. *Ref. P. Matth.*

P.Matth.S.D.l.5.titul.8.c.7.& 8 & plures Constitut. contra homicid. vide ibidem. à diuersis Pontificibus editas, sed fere pro statu ecclesiæ temporali.

An autem liceat præuenire aggressorem, & priusquam inuadat, occidere vide Dianam *p.3.t.5.r.90. vbi Siluium & Bannez.citat.* de crimine alla sinatus. inter cætera constituit Gregorius XIV ne illius rei immunitate, aut azylo gaudeat. *de illa egimus supra de immun. eccl n.* Clemens autem VIII. *constit. incip. aqua* 1595. declarauit in personis ecclesiasticis huiusmodi criminis notionem ad suos superiores spectare. milites porro religiosos etiam Melitenses à suo superiori & Episcopo esse iudicandos, non à laicis.

DE PVGNANTIBVS IN *duello.*

VIndictam sibi Deus & retributionem seruari voluit, sed vltionem sibi homines ita permittunt, ac si eum in modum sibi tantum satisfieri posse videretur: quin & iniuriam cum lucro repulisse credant.

Procliuius est, inquit Tac.*l.4 hist. iniuria quam beneficio vicem exoluere: quia gratia oneri, vltio in quæstu habetur.* Vnde indies ex minimis iurgijs homicidia, cædes, duella; quibus coercendis nullæ iam satis leges sufficiunt. Prohibentur *c.19.f.25. Trid.* duella & monomachiæ.

Solere in ijs reperiri quinque genera personarum, † docet Azor.*p.3.l.2.c.7.* Primo Principes, Imperatores, Reges, vel alios dominos duellum concedentes in terris sibi subiectis: Secundo, pugnantes: Tertio, patrinos eorum: Quarto eos qui consulunt vel aliquo modo fauent: Quinto spectatores qui ad spectaculum concurrunt. Secundo notandum in Concil Trid *f.25.c.19.* contineri pœnas † sequentes. Primo, omnes prædictæ personæ ipso facto sunt excommunicatæ. Secundo Domini in terris suis concedentes facultatem ad duellum priuantur iurisdictione terræ illius, in qua concedunt facultatem ad duellum, si eam ab Ecclesia habent: quod si est feudum, priuantur eo, ita vt redeat feudum ad Dominum directum. 3. pugnantes & eorum patrini notantur infamia. 4. incurrunt priuationem omnium bonorum, & pœnam homicidij: hoc est, sic debent puniri ac si homicidæ essent, licet non sit secuta mors. 5. morientes in duello priuantur Ecclesiastica sepultura. Hæc omnia ex Conc. *quo diximus loco.* Tertio notandum ex prædictis pœnis excommunicationem incurri ipso facto ad ceteras vero pœnas requiri per sententiam Iudicis, saltem declaratoriam, qua terris priuati, & feuda dominis acquisita intelliguntur, & infamiam incurrisse, reliqua secundum canones punitio condemnationem etiam exigit.

1. *5 Genera personarum in duello concurrentium.*

2. *Pœna.*

Duellum omnino † illicitum est quod suscipitur ad solam virium ostentationem, aut peritiæ rei militaris. *cap. 1. de Tornea.* neque ratio mutatur si ex huiusmodi causa duces, 12. milites hinc. & 12. inde committant, nisi id fieret ne animi militum concidant, aut hostium exercitus fiat animosior. Sic Clem. VIII *in Const. inc. illius 2. Septemb. 1592. quam re-*

3. *Quale duellum illicitum.*

fert Quar.in duell. declarauit militem prouocantem alterum militantem in exercitu publici hostis ad singulare certamen, ob priuatas simultates & inimicitias, contineri hac prohibitione: vt & eos qui mittunt, scribunt, diuulgant chartulas prouocatorias, fautores, & complices. Sed neque defensionis priuati honoris caussa tantum suscipere duellum licet, neque pro criminis spontanea purgatione. *Malderus tract. de virtut. Theol. Iust. & Rel. q. 41. de duell. vide etiam L. Mol. de Iust. Tr. 3 d. 17. n. 5. 6. 7.*

4. *Edicta PP. & Princip.* De his duellis extant Constitutiones Leon. X. † *Iul. II. Clem. VII. Iulij III. Pij IV. Gregor. XIII. Clem 8. quas annotat Quar. V. duell.* & sanctissimum Principum nostrorum edictum 27. Februarij anno 1610. quo duella prohibentur sub pœna confiscationis corporum & bonorum, cum pluribus distinctionibus. An. 1617. Episcopus Aturensis præsentibus Cardinalibus Sourdio & Guisio, alijsque ab Ordine Ecclesiastico ad Regem deputatis, serio monuit & rogauit, vt edicta Henrici IV. & sua prohibitiua duellorum, serio executioni tradi curaret; ne sicut intra paucum tempus decem millia nobilium personarum (qui sanguis vtinam super Turcam effusus fuisset; quam late stagnasset, quam gloriosas segetes produxisset, quã salutarius Ecclesiæ pomeria fœcundasset!) mutuæ sese internecioni sub dementato honoris titulo dederunt; ne, inquam, Rex, dum delicto quas stringere debet, per dissimulationem & impunitatem habenas laxat, toties cum omnibus peccans, quoties illi singuli se damnant, cumulum sibi peccatorum coaceruet. Extat illius Oratio.

Lætus tamen introitus Brabantiæ Carol. V. *artic.* 24. eos tantum qui alteri extra patriam duellum indicunt, punit 200. marc. puri puti auri; aut alioquin arbitraria correctione Concilij Brab. Ante tamen *per Intro. Ducissæ Mariæ art.* 39. erat pœna confiscationis corporis & bonorum, neque pœna poterat remitti.

5. *Olim licita quædã duella iure sæculari.* Olim quidem † Tabulis legum Brabantiæ Ioannis Ducis 1312. certa duella, & sub certis modis permittebantur, vt & alibi ex Regum & Principum constitutionibus. *Rageau en son indice des Droicts Royaux, V. gaige de battaille.* super edicto Philippi Pulchri, Guido Pap. *de.* 617. commentatus est.

6. *Pœna Cõcil obtinet in duellis priuatis.* Pœnæ † Conc. Triden. etiam locum habent in priuatis duellis quocumque modò factis (*vt Cardinales respondisse refert L. Molin. de Iust. tr. 3. d. 17. num. 4 Azor. Inst. Mor. p. 3. l. 2. cap. 7. & eliciturex Const. Gregor. XIII. inc ad Abol. 14. Dec. 1582. quam refert Quar. V. Duell.* licet verba Const. extensionem significent per eam fieri ad priuata) scil. sine authoritate alicuius Principis, aut consensu. Quin etsi alter alteri dicit, tali loco te exspecto, nullis concurrentibus ad spectaculum, neque alia interueniente solemnitate, duellum priuatum erit ea resolutione comprehensum. *L. Molin. ibidem.* Azor. tamen negat. Non tamen si in rixa alter alteri dicat, *defende te*, & exerto gladio statim pugnant, neque enim id fit ex condicto *Riccius in prax. var. decis.* 634. *Molin. ibid.* Quid si ex condicto pugna non telis, sed pugnis ineatur: vt non pridem inter non regie natos factum scio, & vnum in temporibus pugno cæsum cecidisse, ac iacuisse prostratum ad horam sine sensu ac vllo fere vitæ indicio; an comprehendetur sub decreto Concilij? Non est inauditum pugnis quem interfici. Nobilis quidam regente has ditiones Maria Regina quondam Hungariæ in rixa ob religionem mota, hæreticum quendam graui pugno occiderat, & pro abolitione criminis Reginæ supplicabat: ea ob zelum, & abolitionem, & nobile officium forte vacans dedit. Sed hæc rara, quibus leges non scribuntur. si tamen eo animo congrediantur, vt mortem intendant, puto, comprehendi; sed plerique tantum

tum

tum male mulctare volunt tales antagonistas. Generatim in duellis illud eximie notandum est, non incurrere excommunicationem Concilij. Trident. quicumque aliquid agunt, vnde duellum sequatur, aut natum sit sequi: quod diserte à Concilio non est expressum. quia pœna excommunicationis extra verba expressa non est extendenda: ne quidem ex paritate, aut maioritate rationis. quare Diana *p.3.t.6.r.1.* multa notabilia refert in quibus duelli pœna non obtinet.

Loquitur Concilium de duello inter Christianos permittendo, inter infideles neque permittit, neque vetat, sed in prioribus terminis relinquit: inter infidelem, & fidelem vetare censendum est, quia prohibitio magis digni trahit ad se minus dignum. *Sanch. in precep, decal. lib. 2. cap. 39.* neque infrequens est numerum pluralem in singularem resolui, cum & ratio prohibitionis non deficit.

Vt autem locorum Domini has pœnas † incurrant, oportet vt ad duella facultatem concedant; non tolerent tantum, ac ad euitanda grauiora mala permittant. *Azor. vbi supra.* 7.

An qui indixerunt, acceptaruntque duellum ad locum condictum venerunt, non tamen pugnarunt, pœnas propositas à Concilio incurrant? in diuersas sententias iuerunt citati *apud Barbos. in Collect. DD. ad Concil. Trident. s. 25 cap. 19 num. 12.* & probabilius est non incurrere pœnas Concilij, ob verba, *qui pugnam commiserint*, quæ factum exigunt. non quod impune eousque progredi permissum sit, sed quod grauitas pœnarum Concilij, quatenus noua est, in proprijs terminis retinenda sit: & propterea quamuis pugnatum non sit, incurrunt tamen pœnas Principes, qui locum ad duellum concesserunt: quoniam illi factum illud peregerunt, quod in ipsis punit Concilium, *qui*, inquit, *locum ad monomachiam in terris suis inter Christianos concesserint.*

Factum autem ipsum, quod hic punitur, etiam animum faciendi requirit: & propterea qui sine animo pugnandi specie tenus tantum duellum indicunt, & acceptant, vt fucus fiat honori seruando, animum autem pugnandi non habent: negant citati *apud Barbos. nu. 13.* in foro conscientiæ pœnas concilij incurrere, in foro tamen externo ex ipsa specie externæ actionis iudicandos incurrisse. Cæterum si præuia fuerit probata protestatio in contrarium, & congressus ipse talis, vt non appareat protestationi contrarius, sed taliter initus, vt morali securitate abfuerit periculum mortis, & mutilationis, & denique iuramento firmetur animum lædendi nullum fuisse; sed tantum externa ostentatione honorem seruandi: probabile fuerit etiam ex alijs personarum & rerum circumstantijs iudicem arbitrari posse, an taliter in speciem non ex animo pugnantes pœnas incurrant: & quidem si de animo palam constat, non est dubium: vt in illis qui in scholis gladiatoriam artem addiscunt: Cæterum cum duellum est palam, intentio in occulto, itur palam aduersus verba Concilij, *qui pugnam commiserint*, & aduersus illius mentem, quæ est vt duellorum vsus ex Christiano orbe *penitus*, inquit, *exterminetur*: qui finis non obtinetur dum est intentio secreta, duelli autem vsus est manifestus: & si impune permittatur, sequelam exemplorum inuitat.

Ex hoc loco † elicitur etiam argumentum pro potestate Ecclesiæ in temporalia ob finem spiritualem, vti in Concil. Later. magno de Principum terris statutum qui hæreticis fauerent, aut non obsisterent, diximus sup. tit. de hæret. n. 2. 8.

Clerici † qui duellum obtulerunt, aut in eo pugnarunt, etsi olim possent dispensari 9.

ab Episcopis ne ab ordine aut beneficio deponerentur, modo mors aut mutilatio membri non interuenisset: hodie ob pœnarum grauitatem in hoc c.19. & Const. Greg. XIII & Clem. VIII. comprehensarum non possunt. *Azor. Inst. Mor. p.2.l.3.cap.50.* qui in etiam Clemens generatim absolutionem ab hac excommunicatione Papæ reseruauit.

DE TORNEAMENTIS.

DE agitatione taurorum plures scripserunt: ac imprimis eruditus Mariana: post diuersorum Pontificum Motus, Sixti V. Breue. & Clemen. VIII. declarationem refert *Gutierres Can. quæst. l.1. cap.7.* ibidemque multa hic pertinentia late examinat.

Vide etiam Nauar. *in Manual. c.15. n.19. Azor. inst. mor p.3. l.2. c.15. in princip.* ad rationem torneamentorum, *c.1. & 2. h.t.* prohibitorũ non omnino accedunt ludi hastiles, hodie in natali Principum, aut iucundo aduentu soliti; in quibus non est tantum periculi, *nec mortes hominum & animarum pericula sæpe proueniunt.* vt loquitur d. c.1. & Clementis V. constitutio, quæ hastiludiorum erat prohibitiua sub pœna excommunicationis, sublata est per Ioannem XXII *in extrauag. vn. h. t.* sed & hodie hastæ magis ludicræ sunt, quam militares: & infringuntur vt stipulæ. vt Henricus II Galliæ Rex ideo festuca hastæ fractæ interijt: cum olim, vt in d. c.1. concurrerent milites ad *ostentationem* inquit d. c. 1. *virium suarum, & audaciæ.*

DE SAGITTARIIS.

SAgittariorum ars sub anathemate prohibetur aduersus Christianos & Catholicos. *c. vn. h. t. odibilis*, inquit, *& mortifera.* aduersus Catholicos; non ergo, inquit hostiensis, aduersus hæreticos & infideles. & intelligit glossa hic hanc prohibitionem in bello iniusto. *c. sicut de iur. iurand.* nã in bello iusto nulla distinctione armorũ pugnare licet. *c. dominus. 23. q.2.* sagittas vsus hic bombardarum fere aboleuit. nisi quod collegia quædam ciuica recreationis causa huiusmodi adhuc exercitia frequentent, quibus clericos inscribi diocesanis aliquibus statutis prohibetur.

DE ADVLTERIIS.

QVæ huc faciunt, *l.3. t. de Cohab. Cler. & Mul.* tractauimus. Conciliatores, proxenetas, lenones, ac lenas, quæ puellam virginem interpellauerunt, flagitio perfecto, capitali pœna; imperfecto, deportatione perpetua in insulam plecti præcipit Paul. IV. *Const. ref. P. Mat. l.5. t.15. c.1.* in cæteris casibus fustibus publice cædi.

Pius

Pius etiam V. *const. incip. cupientes 4. Id. Feb. a. eius 3* facultatem fecit officialibus puellas in periculo amittendæ pudicitiæ existentes inuitis parentibus capiendi, & prouidendi. Extat & constitutio Sixt. V. *incip. ad compescendum 3. Cal. Nou. an. 2.* qua vltimo supplicio puniri vult eum in statu Romano, qui filiam vxoremue prostituerit, seueraque alia decernit contra alios adulteros, ac lenones, & coniugatos, qui non resipuerint.

Pius IV. etiam *const. inc. cum nostra* meretricibus habitum Romanum, & rhedas prohibuit. vt & Iul. III & Paul. IV. honestos Rom. habitu vti mandat.

Leo autem X pro meretricibus conuersis *const. inc. saluator. 14. Cal. Iun. 1520.* Romæ erexerat monasterium, cum regula, habitu, & clausura: eidemq; applicuit bona meretricum ab intestato decedentium, facultatemque testandi dedit relicta quarta eidem monasterio obligans ad declarationem scientes bona intestatorum. his locis vetus conuersarum est institutum cui vtile foret & talia impetrari priuilegia. Sixtus etiam V. *const incip. volentes. Non. Ap. a 2.* iussit vltimo supplicio subdi eum, qui scienter matrem & filiam, aut duas sorores, cognouerit: & mulierem quæ patrem & filium, aut duos fratres admisit. vel eum qui cum matre filia, aut sorore sua concubuit: item virum qui eam, quæ cum patre, filio, aut fratre. sed in statu Romano.

DE RAPTORIBVS.

VIs hic requiritur. *l. vn. C. h. t. c. de raptor. 26. q. 1.* quamquam alias persuasio ad violentiam referatur. *l. 1. § persuadere D. de seru. corrupt.* sed hodie ad stuprum fere refertur persuasio, & seductio. *c. 1. & 2. x. de adult. & stup.* iure ciuili inter raptorem & raptam non permittitur matrimonium. *d. l. vn.* & vetere Pontificio. *c. placuit 36. q. 2.* non posteriori *c. vlt. x. h. t.* inter vetus & nouum mediam viam dedit Concil. Trid. vt tam diu non liceret quam rapta esset in potestate raptoris: liceret porro cum loco libero & tuto in illum consenuret *s. 24. de mat. c. 6.* qua de re egimus *sup. de mat. n. 24. & seqq.* & multo magis alienæ sponsæ raptores pœnitentiæ publicæ subiugantur, & ab alijs nuptijs coguntur abstinere. *ibid c. si autem* quod Nauar. *in Manual. c. 22. n. 74.* dicit in vsu non esse. vt hic sane sæpius vidi non obseruari, siue ex indulgentia, *de qua in d. c. si autem:* siue ex inaduertentia.

DE FVRTIS.

DEcretum † Conc. Trid. *sess. 22. cap. 11.* latum contra occupatores bonorum Ecclesiasticorum, seu ad quæcumque loca pia spectantium, subinde populo per concionatores inculcari mandauit Concil. Prou. *Mechl. 1607. tit. 22. cap. 12.* vbi excommunicationis & aliæ pœnæ ijsdem infliguntur. *Clemens VI. Leo X. Paulus IV. Pius IV. similes constitutiones ediderunt, quæ sunt apud P. Mat. in S. D. li. 2. t. 2.* Et Leo quidem X. specialiter insurgit contra Principes occupantes bona Ecclesiastica, & eorum libertati detrahentes. *Idemque decretum confirmarunt teste eod. Matth. Adrian. VI. Clem. VII. Iulius III. & Pius IV.*

1. *Detentio bonorum Eccl.*

Fur-

2. *Furtum in naufragio.* Furtum valde † aggrauat circumstantia naufragij. quare Paul. III. deprædatores naufragorum in flagranti crimine repertos, vt latrones & grassatores puniendos decreuit. *Const. quam habet P. Matth. l. 2. t. 15. c. 2.* In Bulla Cœnæ naufragorum bona furantes excommunicantur; absolutione Papæ reseruata. Quæ reseruatio olim non erat adiuncta excõmunicationi. *c. excomm. de Rapt.* Iul. III. eandem excommunicationem huiusmodi raptoribus infligit; eos qui bona fide adiuuant naufragos, indulgentijs donat. *Const. quam refert P. Matth. l. 2. tit. 15. c. 1.* & Serol. *Pr p. 2. ver. naufragium* dicit Paulum III. *Const incip. accepimus,* vocatis à patronis nauium, & diligentia sua eorum bona præseruantibus, quartam præseruatorum partem largitum. Certe idem Paulus, *Const. quam habet P. Matth. vbi supra c. 2.* nullam quorumcumque sæculorum consuetudinem admitti permittit, qua liceat naufragantiũ bona sibi sumere. quod & declarasse Piũ V. & Greg. XIII Serol. *vbi sup.* refert.

Enim-vero † requiritur, vt huiusmodi fures sciant bona esse naufragorum, atque ex naufragio sublata: non quæ alibi existant: & quidem Christianorum non infidelium, aut Iudæorum, seu quomodocumque Christiano nomini inimicorum: atque vt ipsi sustulerint. nam qui ex naufragio depositum negat, non comprehendetur; nec qui à fure accepit. etsi postmodum Gregor. XIII. & hunc comprehenderit. *vt docet Prosp in Addit. ad Quar. V. bona naufr.*

Qui necessitate famis, furatur vestem, aut cibum, leuiter punitur *cap 3. h. t.* hic tamen valde stricte huiusmodi necessitas attenditur. non tam facile quam alibi excusat: sed humiliter potius petere & mendicare modeste oportet egenum. furti correns est qui partitur cũ eo, aut domino quærenti non indicat rem furtiuam, non infamatus de furto, eaue nota non manifesta, potest restitutione facta & pœnitentia ad ordines promoueri. *c. 5. h. t.* quod in Belgio difficilius admittendum est: vbi furtum non dupli tantum, aut quadrupli pœna punitur, sed & suspendio. vnde scandalum in populo grauius oriri posset, si crimen vulgari contingeret, ex promotione talium reorum.

DE VSVRIS.

1. *Vsura prohibita etiã pecunia pupillaris.* Vsura iure diuino prohibita est, vt ne quidem fauore † pupillorum iustificetur, & pupillaris pecunia ad lucrum mutuo dari possit, retenta facultate repetendæ sortis, quando ad maiorem ætatem aut matrimonium pupilli peruenerint, vt diserte declarauit Concil. Mechliniens. I. *hoc tit. cap. vn.* Audomarense 1583. *t. 11. c. 1.* & Cameracen. & edictũ Regis *ad illud ann. 1586. art. 20.* Quod non tantum pro ea Prouincia, sed omnibus alijs sub eo Principe obtinere debet. quippe quia non nouum ius statuendo procedit, sed declarando vetus, scilicet in ijs contractibus vsuram versari, & in quocumque casu imposterum pro talibus habendos. Sed quoad prius initos permittit quasi sine pœna eos in legitimos reditus mutari, sublata facultate repetendæ sortis.

Sic respondit Papin. *in l. pecunia. 9. D. de vsur.* vt si vsuræ illegitimæ permistæ sint legitimis, sustineantur legitimæ superfluis detractis. quod responsum transfert H. Canis. *in Regula vtile non debet per inutile vitiari,* ad reditus annuos: vt si constitutum modum excedant,

non

non in totum vitientur, sed vitium tollatur, & ad normam iusti census redigantur. Quod valde æquum est in ijs maxime qui simplicitate & subtilioris iuris ignorantia lapsi sunt: quamuis Papon. *arr.l.12.tit.7.ar.1.2.6.13.14.15.16.17.18.19.31.* nunc æquitatem, nunc rigorem in hac re secutos supremos Galliæ consessus recitet.

Tamen multis titulis aliquid iuste vltra sortem accipi potest, præsertim lucri cessantis, vel damni emergentis, *de quibus passim*. Ob quam causam Leo X. Montes pietatis vltra sortem accipientes pro oneribus & salarijs officialium excusauit in Concilio Lateran. refert *P. Matth. S.D.l.3.t.16.c.3.*

Itaque interesse eiusmodi *quantum mihi abest, quantumue lucrari potui* etiam in nummis cæterisque rebus fungibilibus regulariter admitto. Quin valere vi ipsius conuentionis in mutuo stipulationem de interesse futuro, sub certa summa initio taxata, censeo; eamque & solam, siue tanti, siue pluris, siue minoris intersit, exigi posse: neque iudicis arbitrium interponendum, siue de interesse casuali, siue successiuo, secundum speciem & thema propositum probabili agatur. nisi circa probabilem tempore contractus euentum interesse læsio fuerit vltra duplum: quo casu ex *l.2.C.de resc.vend.* succurretur. Sepono tamen contrarias constitutiones & statuta, & suppono suspicionem fraudis vsurarum abesse, quia stipulator sit vir probus, non assuetus fœneratitijs lucris, sed solitus plus minus lucrari. Alias ex circumstantijs inualidabitur contractus. Nemo enim est, qui inficietur, quin liceat vt in Môtibus ita in alijs indemnitatem stipulari; quid ni ergo incertum eius euentum, bona fide ex pacto ad certitudinem redigere; adeoque aleam vendere, precio ad probabilitatem euentus constituto? In qua æstimatione (quæ venditionem continet, adeoque excedere potest traiectitias vsuras, *l. periculi precium, de nautico fœnore*) si peccetur vltra duplum veri pretij, non rei, sed probabilis euentus, locus proculdubio est d.l.2. Infra illud, ius actionem non tribuit, sed impunitatem ad decipientium conscientiam remittit.

Sed quia male aliqui distinguunt, inquit Carol.V.Imp. *in edicto diuersarum ordinationum Bruxellis dato 4. Octobr. 1540.* inter interesse, quod mercatori licitum est, iuxta rationabile lucrum quod fecisset, & vsuram omni Christiano inhibitam, declarat Imperator, † mercatores non posse amplius quam duodecim aut minus in centum accipere; iuxta quod verisimiliter lucrati fuissent, si impendissent pecuniam in negotiationem: si amplius acceperint; declarat vsurarium. Et huiusmodi contractus in vnum annum, non vltra porrigi permittit, ne in reditus abeant licito grauiores. Inhibens ijs qui non sunt mercatores, aut cum ijs societatem habent, cum lucro & damno, dare pecuniam suam mercatoribus ad certum lucrum quotannis prouenjens. Vnde subobscure videtur improbari praxis contractus triplicis. *de quo Less. de Iust. & iur. l.2. cap.25 d.3.* quem & damnauit Sixtus *V. Constit. Incip. detestabil.* & id quod de Medina idem Less. habet *in eod. l. cap.20 d.14.* quod ratione solius carentiæ in certum tempus liceat accipere, v.g. 12. in centum, aut prout vsus Bursæ seu peristilij Antuerp. variat: quia is ipse vsus ducitur ad rationem verisimilis indies lucri, non carentiæ tantum. saltem Imperator, non cuiuis 12. in centum lucrari, licitum esse vult, sed si cui verisimiliter minus lucrum obueniret, eo non amplius accipere. Ioan. Miræus Episcopus Antuerp. petierat declarari à Card Cong. quantum ratione lucri cessantis vltra sortem liceret accipere: sed Cong. respondit 29 Sept. 1608 minime quidem † decerni posse, quantum ratione eius quod interest, siue sit lucrum cessans, siue damnum emer-

2. *Moderatio licitarum vsurarum ex edicto Carol. V.*

3. *Interesse determi-*

narinequit certa constitutione. emergens, liceat accipere, vel mercatori vel alteri contrahenti; cum id Iudex in vnaquaque caussa ex singulis circumstantijs, & certe postquam lucrum iam cessauit, vel damnum emersit, dijudicare debeat: Pius etiam V. in Bulla de Cambijs vetuit ne interesse initio desiniatur, sed ex post facto: mandat tamen Cong. vt innotescat, & obseruetur Const. Sixti V. *Inc. detestabilis auaritia* (habetur in Calce Syn. Ant. ab eod. Episcopo celebratæ) hæc Constit. quoad diuersa pacta & triplicem contractum damnans plerisq; in locis non vlterius recepta est, quam ipsi termini iuris se porrigant.

4. *Vsura nautica.* Ob periculum † maris quod creditor in se suscipit, maximas vsuras pacisci potest, vt ne quidem vsuræ ad centesimas redigantur. quam diu periculum durat. *l.1. & 2. Cod. de nautico fœnere.* Nisi & has correctas dicamus per Legem *eos. §. In traiectitijs, C. de vsuris.* & eodem modo accipiamus edictum Caroli V. ob religionem cap. nauigant. *extra eod.* sed hoc à nullibi gentium vt sonat recipitur. *Bus. D tit. de nautico fænore.*

5. *Vsurarij excommunicādi sententia ferēda.* Conc. Elib. *c.20.* vsurarios si in iniquitate durauerint, † pronunciat ab Ecclesia reijciendos; sententia scil. ferenda, non lata. Quamquam alibi ab altari alieni esse asserantur, id est, à communione, ad quam nullus publice notus peccator admittitur. Sed in multis locis per Const. synodales ipso facto excommunicati sunt, Vnde multi non distinguentes inter Canones & statuta diœcesana aut prouincialia, putant eos iure esse excommunicatos.

6. *Lombardi.* Quamuis autem vsurarum exercitium iure diuino vetitum sit, tamen, quemadmodum in Rep. vt maiora mala euitentur, tolerantur minora; sic Principes nostri, ne plures ad obscuras vsuras, maiori Reip. incommodo dilabantur: & (*vt edicto suo anni 1600. in Mense Maio declararunt*) propter necessitatem & populi indigentiam debuerunt permittere Lombardos (id nomen sortiti sunt ab ijs, qui primum ex ea natione illud exercitium huc attulerunt, & publicitus exercuerūt) idque & maiores suos, aliosque supremos principes fecisse declarant, & facere. (*vt de Pontifice meminit Nauar. quoad terras sitas, ex Bull. Greg. XIII. consil.33 nu.3. de vsur.*) quasi facultas hæc ad Regalia & supremam potestatem spectet. *vt id censet Nauar dict. cons. 33. & 34. de vsur.* Vnde inuenio in Concordatis Ducis Brab. & Dominorum de Grimbergen *anni* 1297. hos stipulatos, vt in sua ditione eis ius foret habendi Lombardum, quod mero iure & citra pactum eis non licuisset. Et ideo has esse puto argentarias, quæ à Frederico recensentur inter Regalias. *In vsibus feud. tit. quæ sint Regaliæ* non vetus argentariorum munus. *de quo l.4. & passim D. de edendo.* Nam & reliquæ Regaliarum voces *d. t.* & iura vel nihil sonant Romanum, vel ab eo longo interuallo secernuntur. quamquam ex instituto tamen etiam suo argentarij fenerabantur, sed tam aliorum pecuniam quam suam collocabant, quasi publici ministri *d.l.4.* ideoque ad edēdum rationes cogebantur, & ex solo pacto vsuræ eis debebantur. *Non. de arg. contract. 136. §. quia vero legem* (quale aliquid in diplomate Philippi pulchri *ann.* 1499. refertur.) cum alijs non nisi ex stipulatione debeantur. *l. si tibi in prin D. de pact. l.3. C. de vsur.* Itaque Ioannes Dux Brabant. *anno* 1312. Lombardos sub sua saluaguardia constituit, & cognitioni suæ reseruauit, tabulis legum Brabantiæ vt & concordata Brabant. § *de crim. vsur.* & formam exercitij verisimiliter præscripsit. Philippus Pulcher d. diplomate quibusdam Mercatoribus, vt vocat, fœnebrium mensarum exercitium permisit non tantum, sed & præmijs & priuilegijs inuitauit. quemadmodum Mald. *de inst. tract. 8. cap. 3. dub. 24.* vbi hāc tolerātiam probat, etiam addit ex *Conrado*, fieri posse, vt ea non solum liceat, sed etiam ex præ-

7. *Ob necessitatē tolerati.*

8. *à Supremis Principib.*

cepto

cepto incumbat Magistratibus, sicut medicus tenetur omittere curam morbi leuioris, quando ex ea periculum est maioris. Ideoque in hoc casu, causa, & circumstantia dicemus intentionem & animam legis Ecclesiasticæ de eliminandis, aut non tolerandis vsurarijs, præsertim manifestis, atque alienigenis, & non ex terris illis oriundis, *expresse in c.1.de vsur. in 6.* cessare, adeoq; eius effectum, atq; ita ne totus populus ad vsuras dilabatur, quod contigi non posset, vni id satius permitti impune, quo modo ne omnia impleantur libidine, in quibusdam locis tolerantur lupanaria. Sic *Nauar. d cons.33.num.3.* explicat cap. post miserabilem *ext. de vsur.* hoc igitur fine, & causa, atque adsubleuandam populi indigentiam tolerati sunt in his locis *mensarij*, qui legales vsuras longe excedunt. Impune scil. quantisper vt argentarij mutuantur. alioquin secus, vt supremus Hollandiæ Senatus decidit, in eo, qui societate *mensa* cessit, relicta apud alterum pecunia, ea lege vt bis centesimas vsuras solueret, quod pactum improbauit, & ad communes leges reduxit; *Holland. Sup. Sen. decis 4.*

9. *Citra offensam Canonii, imo quadoque ex debito.*

10. *Hodierni.*

Qui autem mensas fœnebres hodie in his ditionibus exercent, longe sunt infra eum modum vsurarum quem hic olim habuerunt, & videntur habuisse tempore Conc. Lugdunensis, sub Grego. X. ex illius constitutione *cap.1. & 2. de vsur. in 6.* nam & his annis reductum est eorum lucrum quod nuper adhuc erat 33. ad $21\frac{3}{4}$ in 100. cum Principes n[illegible]i non sine insigni laude annuum canonem remisissent Lombardis, quem maiores illorum exegerant, pœnæ, tributi, vectigalis, seu conductionis, vt sonant Phil. pulchri Char[illegible], nomine receperant, vt vel hoc modo pauperes subleuarent. Et quamuis Marion *plaidoy. [illegible]zieme* dicit olim horrore vsuræ multos contractus licitos pro vetitis habitos fuisse; hodie sub titulo interesse multos illicitos pro permissis nimia facilitate admitti, prout tempora mutantur, & ex vitijs aut virtutibus scrupuli, vel periculosæ opiniones nascuntur: Non tamen tam purgatum est mensariorum lucrum, quam vel hodiernæ opiniones admittant. Scribit Bugnion. *leg. abrog. l.2. sect.3.* in Gallia pœnas iure pontificio fœneratoribus inflictas hodie non obseruari, omniaque cambia, aliosque contractus feneratorios passim impune fieri. In celeberrimo hoc emporio, & cambia & obscuri contractus indies infiniti celebrantur, pauci accusantur: præsertim cum & multi à veris causis iustificentur, & multi tam spissis pallijs obtegantur, vt vix vmquam desint excusationes in peccatis: vel lincei oculi perspicere eos vix possint: adeoq; ad exemplum & conscientiam timoratorum mercatorum reijciantur.

11. *Mensa publica exercitium.*

Pro fœnore tamen Mensariorum iustificando multi tituli in medium adducuntur, atq; ij imprimis qui prosunt montibus pietatis. Debita maxime indemnitas. Vnde aliquis hanc exempli gratia computationem proposuit.

Pone Tenentem mensam, vt vocant habere 23000. li. gros.

I. Cum sit Mercator, & eam pecuniam in publicum omnium mutuum vertat, exiget ad ratam 12. in 100. annue, facit	2760--tt 0-d-0
II. Expensæ victus famulorum, mensæ seruientium erunt	290--0-0
III. Salaria pro 12 famulis & 2 famulabus	245-0-0
IV. Pro mercede domus conductæ congruæ pro tali exercitio	150- 0-0
V. Pro linteaminibus & huiusmodi supellectile	116--13-4

VI. Pro

VI. Pro pergameno ad Billeta mutuatarijs danda, & pro aromatibus quibus bis de die pignora inficiuntur 50--0-0

VII. Pro damno in venditione pignorum, minoris quam obligata sunt distractorum, & quod falsum aurum, vniones, lapides, vt probi oppignorentur, quæ peritissimos pene fallant. 250--6-0

VIII. Pro interesse pecuniæ quæ relinquitur mortua in cassa, vt semper præsto possit esse notabilem summam petentibus, quæ est ordinarie bis vel ter mille libræ 300--0-0

IX. Pro assecuratione Capitalis pecuniæ quam tenens leuat in bursa ab alijs mercatoribus suo nomine se obligando, ad 2. in 100. vt factoribus soluitur, sunt 460--0-0

Totalis summa conficiet t-4821-13-4

Capitalis summa dictæ mensæ sit 23000. libræ grossæ, quam ponit tenens, cui Principes concesserunt, vt quantum deest à mutuantibus possit sumere, pro expensis & sumptibus, &c. supra sortem duos quadrantes de singulis libris grossis, qui faciunt annue $21\frac{2}{3}$. in 100. Principes hactenus non potuerunt conuenientius medium inuenire, neq; ad minus pretium redigere; præsertim cum in alijs prouincijs permittatur ijsdem accipere pene duplum, neque alij minores vsuras exacturi ad illud exercitium se offerant, tum enim cedere alij tenentur. facit huiusmodi. Capitale 23000. ad $21\frac{2}{3}$. in 100. annue t-4983-6-6

Restant t-161-13-2.

Quæ supra dictas expensas & onera à tenente recipiuntur, quæ summa sit ad satisfaciendum proxenetis, pro pecunijs, quas tenens leuat, quando sua non sufficit, cum omnibus petentibus det mutuo, tamquam ad id obligatus: cui accedit æstimabile periculum infectionis pestis, per illationem pignorum. Denique præter hæc consueta extra ordinem emergunt sæpe damna per infidelitatem famulorum, quorum tenens optatum delectum non habet. Enimuero vt hæc omnia contemptim reijci non possunt, ita eorum veritate etiam posita, si ad amussim examinentur, prudentis arbitrium nihilominus desiderant.

12. *Examen illius.* Contemptim, inquam, hæc reijci nõ possũt. Neque n. recte sentiunt, qui hos mensarios, vsurarios publicos, vel Lombardos latronibus comparant, ac furibus quibus sumptus in res latrocinijs aut furtis sublatas impensas exigere non licet. *l. 1. C. de infant. expos.* neque enim contra iustitiam peccant vsurarij, quatenus indemnitatem suam, nõ lucrum,

13. *In genere.* stipulantur, exiguntque. Si quis vsuram acceperit, rapinam fecit, *inquit cap. 10. 14. q. 4.* sed quatenus quidem vsuram capit, non aliter fur etiam ex pecunia furtiua sibi acquirit *l. qui vas §. fin. D. de furt. Azor. Inst. mor. p. 3. l. 5 cap. 12.* & quod d. l. 1. in fure vt expensas nõ repetat, statuit, non tantum singulare est, vt asserit ibi Accursius, sed etiam pœnale & à iure tantum positiuo, quod hic nõ controuertitur ob Principis indultum profectum: Ideo, quod fur siue manifestus, siue nec manifestus semper punitur, ac dupli quadruplive tenetur, tanti,

tanti, quanti vmquam apud eum res sublata plurimi fuit. Ideoque si infans sublatus fuerit, qui apud eum adoleuerit, æstimationem adolescentis præstat: quamuis sumptibus eius creuerit, quia tam adolescentis quam infantis furtum fecisse intelligitur: & per continuationem furti meliorem eius conditionem fieri ridiculum fore dicitur. *l. inficiando. § infans de furtis l. ex argento. D. de condict. furt.* vt rationem d. l. 1. bene explicat Fachin. *cont. iur. lib. 1. cap. 4.* sed quæcumque demum ratio sit d. l. 1. vt de ea diuersimode interpretes censuerunt, vt recitat Fachin. pœnalis tamen ea est, & dispar statuendi causa. Omitto quod mensarij ex authoritate Principis vt publici fere mutuatores (excipio excessum) de quibus Nauar. *c. fin. de vsur, num. 15. cap. 17. num. 288. in Enchirid.* quique omnibus petentibus se mutuaturos obligent, argentariam exercent. quæ obligatio non est leuis æstimationis, *post Sotum, Schotum apud Nauar. in comment. de vsur. num. 60. § inde infertur, Medinam c. de rest. quæst.* 382. Qualescumque sint vsurarij, quacumq; mente & intentione, lucri sui, an publicæ vtilitatis causa mutuentur, tamen dum mutuantur, contractum iure gentium, & naturæ licitum ineunt, accessoriam quidem vsuram illicite stipulantur. Inutile hoc ab vtili separari potest: huius ratio haberi, illius iniquitas amputari.

Latrones & fures latrocinando & furando, si laborem aut sumptum faciunt, in rem simpliciter malam omnique iure vetitam faciunt: cæterum si post latrocinium, in rem ablatam sumptum faciunt, fur quidem non repetit, vt dictum est, prædo repetit, & quiuis alius malæ fidei possessor, quidquid in rem ab interitu seruandam impensum est. *l. plane de petit. hered. l. si à domino in fin. eod. l. diuortio § impendia. D. sol. mat. l. donum 5. C. de rei vend.* Qualiscumque igitur sit mutuans, potest se seruare indemnem, teneturque mutuatarius eam indemnitatem stipulanti præstare: ex eodem naturæ principio, quo Leo & Concil. Lateran. Montes approbat, vt qui sentit commodum, sentiat onus. Quæ indemnitas adæquata causa est, cur exigi aliquid supra sortem possit, & quantum in eum finem prudenter iudicatur necessarium, modo vsurarius nihil lucretur, quo fiat ditior, mutuantem eatenus non esse vsurarium facit *Lessius in Appendice ad dub. 23. cap. 20. l. 2. de monte Pietatis num. 62. & seq.* Ex mutuo enim lucrum capere tamquam caussa, siue vi solius mutuæ pecuniæ, quæ nō germinat, vsura est; non item, si alius titulus accedat. Licet ergo mercatori per emptionem, seu negotiationem in genere lucraturo, etiam sponte mutuum offerenti stipulari, vt ex mutuo lucrum habeat, quod ex empto accidisset *Less. l. 2. de Iust c. 20. dub. 1. num. 81. 82.* ac in genere quodcumque lucrum per mutuum cessans, aut damnum emergens à mutuatarijs mutuanti præstari æquum est.

Itaque quod ad primum articulum spectat, expendendum est, an tenenti damnum emerserit, lucrumque, quia exercitio mutuationis se addixerit, cessauerit; an vere ante fecerit aut fecisset mercaturam, saltem in genere, atque alicuius peritus sit, quæ sit tanti verisimiliter lucri. Magnum enim est duodecim in centum, quando est diuturnum. Pauci mercatores continuo sic lucrantur. & ideo etiam ordinatio Caroli V. permittens mercatoribus vsuras centesimas, restringitur ad contractus annales. 13. *Quoad I. punctum.*

Eadem ratio indemnitatis facit secundum & tertium articulum rationabilem; vt scil. necessariæ victus & salariorum impensæ sine damno tenentis erogentur: sed est reuocandum ad arbitrium prudentis, quantum detrahi debeat pro his & sequentibus articulis, ex generali interesse 12. in 100. quæ mercatoribus permittuntur, qui similia onera ferunt, etsi non tam grauia; & an hic comprehendantur sumptus heri & heræ, quod in mercatorib. primo art. immergitur. 14. *Quoad II. & III.*

 Purgat

15. *Quoad IV.* Purgat etiam 4. articul. eadem indemnitatis ratio, eatenus, vt domus pignorum capax esse debeat, non sumptu pauperum venusta, aut voluptati heri commoda, sed quatenus pignora bene locari, tuto seruari, commode explicari, discuti, à tineis blattisq; purgari. dignosci, repetentibus restitui actutum possint. Id enim omne & solum quod ad necessitatem, aut saltem commodum pauperum spectat, ad eorum onus torqueri potest. d. Concil. Lateranens.

16. *Quoad V. & VI.* Nititur eadem ratione art. 6. & pars 5. & quantus sumptus ad Billeta & aromata, & interusurium supellectilis semel comparatæ necessarius est, in rationes referatur, non vero vt ipsa supellectilis emptæ summa, quæ etiam in dominio manet tenentis, computetur: sed quantum per vsum, vsuram, & detritionem Tenenti decedit, neq; quod decedit

17. *Circa proportionem.* per temporis lapsum, aliter quam successiue recuperandum est. non à pauperibus hoc anno mutuum exigentibus petendum, quod in commodum vertitur pauperum subsequentium annorum, illi enim non sentiunt horum commodum & vtrorumq; commune soli ferunt onus. Commutatiua ergo iustitia deinceps requirit, vti qua. quis proportione commodum, non alia incommodum sentiat, neq; publicæ auctoritati aliter locus est, per quam inæqualitas induci possit, nisi quatenus aliter fieri non possit. *Less. nu. 61. sup. d. 23. nu.* 19. Sub hac ratione licitum censetur à singulis mutuum accipientib. ad ratam libræ & solidi indemnitatem accipere, etiamsi vnum pignus maiorem impensam in cōseruando, quam aliud requirat, quia in numero pignorum infinito impossibilis esset eius rei discretio. Cæterum non eadem impossibilitas est, nec ratio ea propter iustitiæ, qua induci posset ea inæqualitas, qua vel tota supellectilis emptæ summa, vel quidquid per vsum, vsuram. aut detritionem decedit à pauperib. primo anno mutuum sumentibus exigatur, non magis quam si cætera onera ab omnibus ferenda, vnius anni pauperibus omnia imponantur. Cum aliter fieri hic non tantum possit, sed & commode possit, præsertim cum est notabilis summa, quæ in distributionem venire debeat. Quibus ex caussis in mensa mutuataria, quam ipsa Resp. Amsterodamensis erexit, minores vsuræ præstantur ab ijs, qui 100 floren excedunt, & quo magis excedunt, certa proportione minus luunt, valde enim rationabile est vt quo ad eius fieri potest, qui pignora magis onerosa deferūt, plus soluant, quod plerumq; in paruis accidit, non in pretiosioribus: Vbi autem fieri id sine incommodo non potest, tum demum disproportio iniustitiam non habet, atq; publicæ vtilitatis rationi priuata causa cedit. *Less loc. mox citato.*

18. *Quoad VII* Examen requirit 7. artic. an Tenens famulos conducit ad exercitium suum idoneos, quorum conditionem norit; si enim sua vel illorum stupiditate vel culpa damna accidant sibi imputare debet: forte & aliquid fortunæ, quam ipse ferre non alius debet, nec fraude, culpa, vel odio Petri, grauari Paulus: sed ex epikeia, quia omnibus debet mutuo dare; & isti se periculo subijcere: si id non potuit vitare, non solus luat. Sicut fideiussionis periculum in æstimationem deduci potest, cui comparatur ex narratorum causa mutuare, atque effectu ipso est, *vt inquit Less. n. 6. sup. d. 13. num.* 4. fideiubere quoddam mutuare.

19. *Quoad VIII.* Ad octauum discutiendum est an necessarium sit, quod ordinarie non exponitur, & in tanta summa, & à mercatoribus alijs continuo haberi potest, dum exceditur ordinarium capitale, deinde si hæc vacans pecunia sumitur ex capitali Tenentis, art. 1. illius interesse est positum, pro toto Capitali; si vero ex alia pecunia; de ea ad art. 9. dicetur.

Spectat

Spectat igitur ad nouum pretium assecurationis. Quod si vere præstare non cogitur 20.
(quia ei creditur) non potest sibi adscribere, nec si à se habet pecuniam, eius causa quid- Quoad IX.
quam recipere. In gratiam enim Tenentis non aliud hic compensari potest, quam labor
recipiendi, & exponendi, & ratio fideiussionis, vel assecurationis, dum de se agit ab obli-
gatione mutuandi; cuius supra mentio absorbetur vti & alia quæ eod. art. 10. enarrantur.
Quia qui commune interesse accipit, non debet singulos rursum titulos causasq; reponere, ne bis idem accipiat: sed vel semel singula, vel vniuersim omnia ex probi & prudentis viri arbitrio supputata. *Nauarr. cons. 1. de vsur. Siluest. ver. vsur. num. 19. arg. l. opera D. de op. lib.* prærerquam quod animaduertendum sit, quantum ex periculo ibi relato cuiusq; fortunæ adscribendum sit, quantumq; Tenens suorum conditionem nosse debeat, vt ad 7. diximus. Cæterum pecunia quæ necessario impenditur in proxenetas, qui Mercatores quærunt, qui pecuniam Tenenti mutuo dare velint, sine damno eius haberi debet. At vero ponatur Tenentis pecuniam v. g. 23000. libras sæpe non sufficere, sed aliquibus annis in mensa erogari; v. g. 50000 aut 60000. libras: cum à pecunia Tenentis iam deducti sunt omnes sumptus & onera, & tamen à quantitate supetercscente nihilominus accipiantur $21\frac{1}{3}$. in 100 quo titulo lucrum hoc habetur, quod 12. in 100. superat? præterquam quod quando (quod sæpe vsu venit) tantum 6. 7. 8. 9. 10. 11. soluit, non possit sumere 21. Et certe summam alienæ pecuniæ magnam esse constat, si salarium proxenetæ sit 460. libræ ex 2. in 100.

Atq; hæc quidem, quamuis facti esse quæstiones aliqua ex parte videantur, atque ad 21.
mercatores, aliosque rei nummariæ intelligentes reijciendæ; discutere tamen visum est, *Necessario*
quia ius diuersimode ex factis his oritur, atq; hæc ipsa multis inuolucris pallijsq; obum- *adhibendũ*
brari solent, omnia tamen in absolutione & restitutione Tenentium, similiumq; vsura-
riorum, atque alias expendenda sunt de iure, vt constet quantum iuste retinere, quan- 22.
tum restituere debeant. quia cap. 2. *de vsur. in 6.* mandat vt plenarie satisfaciant, vel caue- *Etiã in ab-*
ant. si quantitas est certa; alioquin iuxta arbitrium cautionem recipientis; *Ipse tamen*, in- *solutione e-*
quit, *non minorem scienter, quam verisimiliter creditur moderetur; & si secus fecerit, ad satisfactionem* *iusmodi*
residui teneatur. Sed multi Episcopi in his locis accepta aliqua nummaria compositione *Tenentiũ.*
(quæ forte centesimam partem restitutionis non attingat. Mald. in compositione Pon- 23.
tificia nimis leuem censet restitutionem, si ex 250. tantum 2. soluantur, ego nec 30. pu- *Ex verisi-*
to sufficere debere, nisi ob paupertatem aut faciliorem conuersionem, de qua infr.) *mili vsu-*
in vsum Seminarij seu alterius piæ causæ, absoluunt. Sed semper dubium apud me *rarum æ-*
fuit, an is vsus satis firma consuetudine vel præscriptione contra constitutionem con- *stimatione.*
ciliarem munitus esset: nam inter plures absolutiones quas vidi, nullæ antiquæ erant. At 24
dicunt, Romanos ita solere. sed replico: Romanos supra legem etiam conciliarem esse, *Nõ imagi-*
non Episcopos. Vnde nisi legitime præscripserint hanc facultatem, non eis competit. *naria cõ-*
Mald. de iust. & Rel. titu. 4. d. 2. Sed nec Romanas literas hactenus vidi, nisi cum ea clausu- *positione.*
la: *Iniunctis quæ de iure fuerint iniungenda.* Forte quod de Iudæis Paul. III. sanxit, vt supra diximus, vt in certis restituenda, eis conuersis relinquantur; optandum esset vt ad alios vsurarios tralatitium fieret, ex eadem caussa, vt horum conuersio facilior foret: sed est aliqua differentia: hi, vt Christiani, credunt illud, *Mutuum dantes nihil inde sperantes.* Illi adhærent adhuc illi sententiæ & illius interpretationi prauæ, *non dabis fratri tuo ad vsuram, sed alienigenæ.* Ob quam licite putant tanquam bono dolo ab inimico se eas accipere: omnes

omnes enim alienigenas pro hostibus habent, vt animaduertit Tacit. *lib. 5. Hist. ap-*
25. *Præuio proclamate faciendâ.* *sos, inquit, fides obstinata, misericordia in promptu, sed aduersus omnes alios hostile odium.* E
vero numquam satis mihi placuit, quod Episcopi in absolutione non curant monei
proclama seu in concione, absolutum paratum restituere, vt incerti creditores quoa
petendas vsuras, iure aut arbitrio suo vti possint. *Iuxta Syluest. in sum. de vsur 6. num. 6* Q
olim quidem minus necessarium, cum liceret semper contra promissa vsuras repet
at hi Tenentes ex indulto Principis ita vsuras exercuerunt, vt repetitio non detur.
necessarium est, vt publice constet eos huic priuilegio renunciare, & impedimentun
petitionis tollere. præsertim cum multi priuatim longo tempore sint absoluti, anteq
publice sciatur. Nec mouet quod venditis in mensa pignoribus quotannis, id quod
perest ex pretio deducta summa mutuo data, & vsura, sine proclamate eleemosyna
loci detur; quia id fit iuxta indultum Principis, aut saltem eo conceditur istius residui
petitio, siue maneat apud Tenentem, siue sequestretur apud eleemosynarios, & hoc
torium est. qui suo iure ibi non vtitur, imputet sibi: alterum est contra indultum, & ig
tum, vt diximus: vnde creditores ignari suo iure frustrantur.

26. *Et in erectione Montium Pietatis.* Enimvero exercitium mensariorum & graues populo vsuras, propellere cœpere
Montes pietatis, qui in his ditionibus instituuntur, Quamuis enim non gratis omni
mutuentur, quia nondum ex donatiuis & eleemosynis aceruus aliquis pecuniæ (id
mons) conflatus sit, qui mutuum petentibus gratis omnino erogari possit, vt alibi ac
dit, atque in aliquibus Belgicæ locis: gratis tamen eatenus mutuantur, vt nullum ijs l
crum ex mutuo possit accedere, sed solæ impensæ, sumptusque ab ijs repeti, qui commo
dum percipiunt ex mutuo Montium, quos æquum omnino est indemnes seruari. quo
ipsum anno 1617. Archiepiscopi Mechliniensis, & Cameracensis, & omnes Episcopi Pro
vinciæ Mechliniensis probauerunt, & aperte euincitur ex ratione, qua Leo X. & Con
cilium Lateranense Montes pietatis approbant. Quamuis enim Leo, & Concilium d
serte de ijs Montibus loquatur, qui pro expensis & salarijs ministrorum moderatum ta
tum aliquid accipiunt, de quibus quæstio erat, vtpote in Italia iam ante erectis, & à quin
que Pontificibus prædecessoribus probatis: eius tamen decisionis Conciliaris ratio &
illos astruit, qui omnium impendiorum indemnitatem accipiūt, præsertim ex Principum
supremorum authoritate: qui vt publici mutuatoris officium, vt diximus, ita & instar il
lius hos Montes instituere possunt, non aduersante eis institutione Leonis, quippe de il
lis non agente.

Quamuis autem horum ratio ad caussam publici & iusti mutui atque contractus spe
ctare videatur, donec gratuitæ erogationis plus recipient; vel nunc tamen participant de
ratione pietatis; quamuis imperfectiori modo: sicut de suis Montibus asserit Leo, dum
subiungit *multo tamen perfectius multoque sanctius fore, si omnino tales Montes gratuiti constitue-
rentur.* Interea dum summa hæc perfectio refrigescente charitate haberi nō potest: ob no-
minalem quæstionem, res ipsa non est improbanda. Fatendum enim omnino est magno
reip. beneficio, vel in ipsis iam principijs media fere parte minora esse Montium, quam
mensariorum interusuria, quæ & decreuerunt nonnihil, & magis & magis deinceps de-
crescent, vel per eleemosynas, vel alia subsidia.

27. Si quid vero imperfectionis ex facto praxim exercitiumque Montium habere aliqui
sibi persuadeant; indignari prorsus non debent; sed existimare: solere pleraque rerum
magna-

magnatum principia aliquid imperfectionis habere, quæ lambendo abstergatur. artem vix vllam inuentionem ab origine sua omnibus numeris esse absolutam: fabricando fabros fieri. Facta infinita sunt, atque in illis labi humanitas potest. Pia tamen intentio Principum semper est, & iusta vt maneatur intra præscriptum regulæ, vt sola indemnitas exigatur, cuius supputatio in facto consistit. Multo minus indignari quis debet, si alius quispiam institutum hoc praximque Montium examinarit, neq; examinatum ipsum exercitium, examinandumque semper, reliquerit ijs tantum ad quos spectat, sed in eo suum studium explicare voluerit: si in ipsa Italia, Pontificumque conspectu, post approbationem Montium pietatis à Paulo II. Sixto IV. Innocentio VIII. Alexand. VI. Iulio II. factam, non deterriti fuere plures scriptores, quo minus illorum rationes examinarent, quin & reprobarent. Quos tamen Leo X. & Conc. Latera. non ideo indigna censura notauit, sed è contrario laudauit his verbis; *Alterius quidem partis iustitiæ zelum; alterius pietatis, & veritatis amorem; vtriusque vero partis studium commendantes* &c præsertim cum ipse Lessius, qui Apologiam pro his Montibus scripsit; *Appendicem scilicet ad dub.23. cap.20. lib.2. de iust. numer.42.* dum hos Montes negat improbari, fatetur tamen non probari à Leone X. & Conc. Later. vtpote de quibus tunc non fuerit quæstio, sed relinqui naturæ suæ, adeoque indecisæ quæstioni. Manet tamen in hac materia mutui & Montium probata à Pontifice & Concilio ratio, vt mutuatarij teneantur ad onera mutuationis: moderata quidem & necessaria, vt loquitur Pontifex, non quæ manu quasi regia erogantur, vt velle solent Principes debitum solutione excedere; quod de alieno & pauperum quidem non æque possunt aut volunt. Possunt Principes tanquam tutores curatoresue reip. & in quibus eminenter continetur subditorum consensus, statuere id, quod publicæ vtilitati aut necessitati iuuandæ opportunum videtur: *l.4.c. ex quibus causis maiores. Vbi gloss. l. remp. C. de iure reip. lib.11. Less. vbi supra num.49.* adeoque vbi commodior ratio non suppetit, statuere, vt à Monte ad censum reditumue sumatur tantus pecuniæ aceruus, quantus indigentiæ eius reip. ad mutuationem videtur necessarius, & à mutuatarijs exigatur annuum censuum & redituum onus. Quod etiam punctum à dictis Prælatis fuit probatum. Nolim tamen etiam omnino reprehendere, dum aliter Mons erigi, aceruus pecuniæ congeri, ac sors eroganda haberi nequit, quod eam aliqui per sortilegia conficiant: dum eorum sine fraude conditiones in aperto sunt, & quisque videt quantum pietati, quantum fortunæ, ex pecunia, quam confert, committat ac dedicet. Nempe neque argui pietas, neque aleæ venditio, emptio ne potest. Eum porro conficiendæ pecuniæ modum perquam facilem esse, minimeque grauem non conquerente sed applaudente passim populo institui; docent nos erecta tota Batauia cæterisque prouincijs confederatis seminaria, similiaque loca. Neque porro pigere, pudereue nos debet virtutem aliquam seu moralem seu politicam vel ex hoste discere. Et quia mox diximus in his Principes populi consensum eminenter continere, ex eoque intelligi statuere: *Lessius d. num. 49.* omnino si facilior, leuior, sine vsurarum censuumque onere, eadem habendi ratio suppetat, seu iam dicta, seu alia; anne impedita, grauis, vsurisque aut canonibus onerosa, ex populi assensu satiusque iniri censebitur?

(.·.)

iugales impediat, seu ligulam stringunt, vt vocant. *Innoc. VIII. apud P. Matth. ibidem cap. 4.* iudiciariam astrologiam † præclara sanctione damnauit Sixtus V. *quam refert Quar. V. Astrol.* scilicet quæ necessitate cogere non autem inclinare homines, qui sibi suoque arbitrio, apposita aqua & igni, relicti sunt; docet: quo ex genere est illud Lyrici: 2 *Damnata iudiciaria astrologia.*

Quem tu Melpomene semel
Nascentem placido lumine videris,
Illum labor Isthmius
Clarabit pugilem, &c.

Non autem damnatur ars bucolica, nautica, similesque quæ ex naturalibus affectionibus influentibus in sublunaria iudicant, iuxta annuas ephemerides. Modo se non extendant vltra Mathematicæ limites. vt Chaldæi, qui Pompæo, Cæsarique prædixerant eos non nisi in senectute, nisi domi, & cum nominis claritate morituros. *Choppin. de sac. pol. lib. 2. tit. 7. num. 23.* Qua de re tota sortilegiorum, & quæ eo spectant, late Farin. *in tract. de hæres. quæst. 181.*

DE CLERICO VENATORE.

VEnatio clericis est prohibita, *c. 1. de clerico venat.* & syluaticæ vagationes *c. 2. ibid c. 1. de Cler. vel monac.* quos canones male aliqui dicunt vsu abrogatos. *vt diximus sup. de vit. & honor. cler.* Panormitanus tamen *in d. c. 1. de Cler. venat.* modestam venationem etiam cum canibus recreationis causa admittit. *Diana etiam p. 3. t. 6. r. 19.* clamorosam, cum retibus, laqueis, canibus: dummodo non frequentem aut scandalosam, à mortali excusat. modesta videtur perdicum, cuniculorum, leporum, & similium non ferocium animalium, si absit cornu, clamorque virum, clangorque tubarum. qui fere non potest esse sine scandalo. cæterum venatio ferocium animalium, aprorum, ceruorum, bubalorum, taurorumque siluestrium nulla tenus clericis licita videtur, per dictos canones, & causas ob quas iure prohibita sunt torneamenta, & agitationes taurorum, & propterea Concilium *Trid. s. 24. c. 12. § vestitu.* non male videbitur accipi posse iuxta hanc distinctionem: dum non simpliciter, sed ab illicitis venationibus clericum iubet abstinere. & sic accipiendum c. 1. *d. 34.* quod iubet abstinere ab immoderata omnium bestiarum, & volucrum venatione.

DE MALEDICIS.

QVi ex temeritate † vel insania maledicunt, non puniendi, sed miserandi, vel contemnendi sunt. *l. vn. C. si quis Imperatori. Tacit. l. 4. An. Ipse Diuus Iulius, ipse Diuus Augustus & tulere ista, & reliquere, haud facile dixerim, moderatione magis an sapientia: namque spreta exolescunt: si irascare, agnita videntur.* Vnde ad hanc rem apposite & prudenter Demosthenes dicebat, cauendum ab eo certamine, in quo victus semper victore est potior. Pulchre, 1. *Maledici temerarij miserãdi, non puniendi.*

 Liuius

Liuius *lib. 5. dec. 5. Superbiam verborum præsertim iracundi oderunt prudentes irriderent; vtique si inferioris apud superiorem est, capitali pœna nemo vnquam dignum iudicabit. Id enimuero periculum erat ne Romanos Rhodij contemnerent. etiam Deos aliqui verbis ferocioribus increpant, nec ob id quenquam fulmine ictum audimus.* Cæterum quantum ad superos spectat, id prophane dictum est; quantum ad mortales, non omnibus *robur & æs triplex circa pectus est*: nam Eccles. 1. cap 7. *calumnia, inquit, conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius.* Vnde oportet vt dum priuatim laboratur, publice insurgant leges.

2. *Non blasphemi.* Et blasphemo † quidem in Deum aut Sanctos, vt impunitus non sit, specialem pœnam præscripsit Gregor. IX. *cap. 2. hoc tit.* præter mulctam, & septem diebus Dominicis præ foribus Ecclesiæ staret, pallium & calceamentum non habens, ligatus corrigia circa collum, septem sextis ferijs ieiunet in pane & aqua, & eleemosynas faciat. Leo vero X. Iulius III. Pius V. *vt est apud Quar. & Serol. V. blasphemia.* etiam contra blasphemos alias sanctiones ediderunt. Carolus V. prima vice blasphemis pecuniariam pœnam pro arbitrio iudicis imponi iussit, 2. publicæ ignominiæ exponi, *quod vocant pilorisari*, 3. fustigari, & bāniri; vlt. Nouemb. 1517. Sed 5. Ianuar. 1518. id mitigatum, vt prima pœna sit 60. sol. fl. secunda duplum, tertia triplum, & carcer sex dierum in pane & aqua, quarta pilorisatio duarum horarum; & si grauiores fuerint blasphemiæ, ad negandum v. g. Deum, aut similes, carcer erit vnius mensis. prout etiam qui improba iuramenta, aut periuria committent, arbitrarie puniri debent sine dissimulatione 7. *Octob.* 1531.

3. *Maledici præmeditati cum animo iniurandi, plectendi.* Clemens III. *in cap. 1. h. t.* seuere compesci † mandauit clericum, qui ipsi maledixerat: sed dicit id eum fecisse in depressionem officij, & ne de cætero contra Ecclesiam Romanam alij in similia prorumpant. laborat ergo non de persona, sed de statu: est enim Christi. *Beati estis cum maledixerint vobis homines.*

Alioquin nihil pro se noui iuris Clemens statuit: quippe Conc. Carthag. 4. statuerat, vt clericus maledicus degradaretur, *c. Cleric. maled. 46. dist.* Cum eo tamen temperamento quod *c. si quis sacerdotum 11. q. 1. H. Canis. in sum. Inc. can. l. 3. tit. 2 1. in not. ex gloss. & Panor.* addit.

4. *Accedentibus circumstantijs præsertim aggrauantibus.* Cæterum falsa crimina † de aliquo spargere, iniurias inferre coram vel absenti, libellos famosos seminare, nunquam impunitum fuit, & vtinam hoc sæculo paulo seuerius castigarentur mendaces detractores. Certe Pius V. detractores, libellos famosos, vel literas indices aliquorum falsorum criminum alicui scribentes, omnibus pœnis à iure constitutis subijci vult. Greg. XIII. ad infamiam & triremes condemnari. *Const. ref. P. Matth. S. D. l. 5. t. 5. c. 12.* & senatus Allobrox, *teste Fab. in Cod. l. 9. t. 23. def. 1.* calumniatorem deferentem aliquem capitalis sceleris, capitaliter damnandum fuisse; sed quia ipse se detexerat, mitius plexum, irrogata infami palinodia, cum fustigatione, reste collo inducta. Non vbique neque contra omnes hæc exercentur, magno bonorum malo. sed fortibus viris contra morsus huiusmodi scorpionum,

——hic murus aheneus esto
Nil conscire sibi——

quodque tametsi mille oblatrent ganniones, seu ganeones,

Dignum laude virum Musa vetat mori.

Boëtius l. 1. de Consol. bene eos ita solatur. (Itaque nihil est quod admirere, si in hoc vitæ salo circumstantibus agitemur procellis, quibus hoc maxime propositum est pessimis

mis displicere. Quorum quidem tametsi est numerosus exercitus, spernendus tamen est; quoniam nullo duce regitur, sed errore tantum, temere ac passim limphante raptatur. Qui si quando contra nos aciem struens valentior incubuerit, nostra quidem dux philosophia copias suas in arcem contrahit: illi vero circa diripiendas inutiles sarcinulas occupantur; at nos desuper irridemus vilissima rerum quæque rapientes: securi potius furiosi tumultus, eoque vallo muniti, quo grassanti stultitiæ adspirare fas non sit.)

DE CLER. EXCOMMVNICATO, DEposito, interdicto ministrante.

DEpositus suspensus celebrans corripitur, & excommunicatur: excommunicatus celebrans perpetuo deponitur: *c.1.2.3.6 h.t.* beneficio priuatur: *c.6.* illius incapax redditur: *c.7.* nisi tempore collationis absoluatur. *c.8.* ignarus tamen celebrans excusatur. *c.9.* non item gnarus vel per solam famam *c.5.h.t.* multo minus spe veniæ id committens. *ibid.* huiusmodi enim fiducia aggrauat delictum. vnde & qui impetrant literas super impedimento consanguinitatis, non aliter dispensari iubentur, quam si iurauerint, se non spe dispensationis facilius impetrandæ carnaliter fuisse commixtos. quod si clericus depositus excommunicatusque cohiberi per ecclesiam à ministerio non possit, brachio sæculari implorato in exilium mittitur. *d.c.2.h.t.* vtique vbi ex loci consuetudine (vti desumptum est illud caput secundum ex Concilio Antiocheno) huiusmodi imploratione est opus. *sic & in c. non ab homine. x. de iudic.* ait deputandum exilium, vel aliam legitimam pœnam infligendam, cum ecclesia non habet vltra quod faciat. quamuis districtionem personarum iure fieri ab ecclesiastico satis insinuet Trid. *f.25.c.3* sed tamen d. c. 2. quam d. c. cum *non ab homine* loquitur: vbi episcopi iudicium contemnitur; adeoque facto & manu militari est opus. Denique si interdicti ministrant numero multi, atque vltra quadraginta, præter authores; cæteri propter multitudinem mitius puniuntur. *c.4. h.t.* vt fieri vidimus in interdicto Veneto.

DE CLERICO NON ORDINATO celebrante.

CLem. VIII. *Const. Inc. etsi, 1. Decemb.* 1601. decreuit, eum, qui non sacerdos missam celebrauerit vel confessionem sacramentalem audierit, ab Ecclesia abijciendum, & ab ordinibus, si quos habet, rite degradatum, curiæ sæculari tradendum esse, & debitis pœnis plectendum. Vbi non comprehenditur sacerdos sine iurisdictione confessiones excipiens: sed tamen ob graue sacrilegium, quod non longe ab altero reatu abest, seuere æquus iudex arbitratie puniendum censebit.

DE CLERICO PER SALTVM *promoto.*

CVm promotis per saltum Episcopus ex legitima causa potest dispensare, modo non ministrauerint *cap.* 14. *sess.* 23. *Trid.* Si porro ministrauerit, functiones suscepti per saltum, aut omissi ordinis, siue sacri, siue minoris exercendo, eget apostolica dispensatione *citati à Barbos. in Collect. DD. ad Conc. Trid. s.* 23. *c.* 14. *n.* 9. 10. sed quoad rite susceptos non suspendi, nec eos exercendo fieri irregularem docent citati. *ibid. num* 5. 6 saltum hic accipimus, siue plures siue vnicus ordo omissus fuerit, dispensationemq; eo tãtum spectare; vt omissum recipiat, in eoque ministret; atque vlterius exinde ascendat: non vt ascendere, sine præuio regressu ad omissum possit *ibid. n.* 7. 8.

DE EO QVI ORDINES FVRTIVE *suscepit.*

HVnc Concil. Trident. *sess.* 23. *ca.* 8. suspensum esse vult ab executione ordinum, quamdiu Ordinario suo videbitur. Agit autem is locus Concilij de eo, qui irrepserit ad ordinem ab alieno Episcopo suscipiendum. si proprium deceperit, poterit is dispensare; sed si præmissa fuerit anathematis comminatio, ne quis surrepat; papa tantum dispensat. *c.* 1. 2. 3. *x h t.* quoniã vero ea comminatio ex ritu Pontificalis præmitti nunc semper debet, vix erit, vt sine dispensatione Pontificia aut pœnitentia in monasterio acta *d. c.* 2. 3. furtiue promoti iuuare possint. neque d. §. *quod si quis* propriè de furtiue promotis agit; sed de ordinatis ab alieno episcopo sine dimissorijs: aut, (si rescriptum aut priuilegium habeant) commendatitijs proprij.

Ediderat Sixtus V. constitutionem in *c. sanctum* 9. *Iun.* 6. 4. satis rigidam aduersus clericos male promotos, & promouentes: sed Clemens VIII. *prid. Cal. Mart.* 1595. ad terminos sacrorum canonum, Conc. Trid. & Pij II. const. *in c. cum ex.* & pœnas reduxit. exceptis ijs, quæ tangunt simoniace ordinatos, & ordinantes.

DE EXCESSIBVS PRÆ-*latorum.*

ALiquando excedunt Prælati, dum non omnes expendunt illud Gregorij homil. 9. in Euangelia. *Dum augentur dona, rationes etiam crescunt donorum: Tanto ergo esse humilior atque*

atque ad seruiendum Deo promptior quisque esse debet ex munere, quanto se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione. Si enim solum naturæ fluxum sequimur, facile incidimus in illud Taciti, *lib. 1. histor. Vespasianus solus omnium ante se Principum in melius mutatus est.* Excedunt Episcopi si intra terminos se non contineant, sed in aliena diocesi Pontificalia exerceant: *contra c. 5. s. 6. Conc. Trid.* sine ordinarij loci licentia. sub quo decreto & Archiepiscopos contineri diximus *sup. de off. ord. n.* 18. nisi cũ visitata sua diocesi, causa cognita, & probata in concilio prouinciali *s. 24. c. 3. Concil Trid.* & suffraganeos visitant, aut per appellationem officia ab Ordinarijs perperam negata supplent.

Neque priuilegia aliqua in contrarium suffragantur, sed sola licentia ordinarij loci quamuis exemti, dummodo non nullius, nam tum ad Loci superiorem, quasi episcopalem iurisd. habentem licentiæ concessio spectaret. eaque ad subditos ordinarij tantum: inter quos, & familiares illius triennales, sub cautione *c. 23 s. 9. Trid.* porrigi potest. ita vt alterius diocesis subditi non ordinentur, nisi forte ordinantis, aut accedentibus aliorum dimissorijs. Ne quidem habentes à Pontifice facultatem promouendi à quocumque. *iuxta c. 11. s. 7. Trid.* ne quidem ad tonsuram, aut vt crismare confirmentur. quin nec missam possunt celebrare pontificaliter cum mitra & baculo, & solemnem benedictionem dare, sine eadem licentia. quæ & post mortem dantis expirat. quod nec abbatibus licet habentibus vsum mitræ, sine ordinarij licentia, aut S. Pontificis indulto. episcopi tamen in locis exemtis suæ diocesis possunt & baldachinum ibi erigere, & honorificis iuribus vti. quamuis enim ipse textus *d. c. 5. s. 6.* de ordinibus in primis agat. vt patet in fine vbi ordinanti pœnam suspensionis ab exercitio Pontificalium & ordinatis ab executione ordinum ipso iure differre infligit: tamen initio generatim pontificalia (quorum nomine quæ insuper veniant habet glos. *in extrauagant. suscepti. v. pontifical. de elect. Barbos. de off. & pot. episc. p. 3. all. 111. num. 33.*) prohibet, ita vt ecclesias, altaria consecrans, similiaque exercens comprehendatur. *de quibus omnibus citati à Barbos. in Collect. DD. ad d. c. 5. s. 6. Trid.* Excessus nonnunquam circa beneficiorum vniones contingit, dum Prælati facultates suas egrediuntur, vel subditi earumdem vnionum tenores. Quæ autem beneficia & qualiter Prælati vnire queant, nequeantque vigore Conc. Trid. tradit Riccius *in prax. vnion. dec. 486. & seq.*

Ordinario † petenti literæ quarumcumque vnionum exhibendæ sunt, & per subreptionem obtentæ, à quadraginta annis irritæ declarari possunt: & exinde concessæ nondum sortitæ effectum aut deinceps concedendæ, nisi ex legitimis causis (vocatis quorum interest) coram Ordinario verificandis, subreptitiæ præsumuntur, & viribus carent. *c. 6. s. 2. Trid.* 1. *Vniones reuidendæ.*

Vbi computari 40. an. debent à die quo Conc. Trid. authoritate Romani Pontif. est promulgatum, *Azor. Institut. Mor p. secund. l. 6. cap. 28. qu. 22.* Cong. Concil. *in epistola sua ad D. Ioan. Miræum Episcopum Antuerp. 19. Martij* 1608.

Si porro literæ vnionis non extare dicantur, consueuerint tamen beneficia v. g. duæ parochiæ per annos 40. tanquam vnitæ sine dispensatione conferri, earum sub hoc modo possessor non est molestandus. *Sac. Cong. apud Serol V. vnio §. 6.* Porro Ordinarijs reuisio ea remittitur, & declaratio, non ergo visitatoribus regularibus competit. ordinarijs confirmatis, & si nondum consecratis. Capitulis etiam sede vacante. dummodo sedi nihil detrahatur: *vt in c. sicut vnire x. ne sede vac.* legatis à latere: inferioribus præla-

15. *Quoad IV.* Purgat etiam 4. articul. eadem indemnitatis ratio, eatenus, vt domus pignorum cap esse debeat, non sumptu pauperum venusta, aut voluptati heri commoda, sed quaren pignora bene locari, tuto seruari, commode explicari, discuti, à tineis blattisq; purgai gnosci, repetentibus restitui actutum possint. Id enim omne & solum quod ad necessi tem, aut saltem commodum pauperum spectat, ad eorum onus torqueri potest. d. Co cil. Lateranens.

16. *Quoad V. & VI.* Nititur eadem ratione art. 6. & pars 5 & quantus sumptus ad Billeta & aromata, interusurium supellectilis semel comparatæ necessarius est, in rationes referatur, non v ro vt ipsa supellectilis emptæ summa, quæ etiam in dominio manet tenentis, comput
17. *Circa proportionem.* tur: sed quantum per vsum, vsuram, & detritionem Tenenti decedit, neq; quod dece per temporis lapsum, aliter quam successiue recuperandum est. non à pauperibus hc anno mutuum exigentibus petendum, quod in commodum vertitur pauperum sub sequentium annorum, illi enim non sentiunt horum commodum & vtrotumq; com mune soli ferunt onus. Commutatiua ergo iustitia deinceps requirit, vti qua. quis pro portione commodum, non alia incommodum sentiat, neq; publicæ auctoritati aliter lo cus est, per quam inæqualitas induci possit, nisi quatenus aliter fieri non possit. *Less. nu. 61 sup. d. 23. nu.* 19. Sub hac ratione licitum censetur à singulis mutuum accipientib. ad ratam libræ & solidi indemnitatem accipere, etiamsi vnum pignus maiorem impensam in cō seruando, quam aliud requirat, quia in numero pignorum infinito impossibilis esset eius rei discretio. Cæterum non eadem impossibilitas est, nec ratio ea propter iustitiæ, qua induci posset ea inæqualitas, qua vel tota supellectilis emptæ summa, vel quidquid per vsum, vsuram aut detritionem decedit à pauperib. primo anno mutuum sumentibus exigatur, non magis quam si cætera onera ab omnibus ferenda, vnius anni pauperibus omnia imponantur. Cum aliter fieri hic non tantum possit, sed & commode possit, præsertim cum est notabilis summa, quæ in distributionem venire debeat. Quibus ex caussis in mensa mutuataria, quam ipsa Resp. Amsterodamensis erexit, minores vsuræ præstantur ab ijs, qui 100 floren excedunt, & quo magis excedunt, certa proportione minus luunt, valde enim rationabile est vt quo ad eius fieri potest, qui pignora magis onerosa deferūt, plus soluant, quod plerumq; in paruis accidit, non in pretiosioribus: Vbi autem fieri id sine incommodo non potest, tum demum disproportio iniustitiam non habet, atq; publicæ vtilitatis rationi priuata causa cedit. *Less loc. mox citato.*

18. *Quoad VII* Examen requirit 7. artic. an Tenens famulos conducit ad exercitium suum idoneos, quorum conditionem norit; si enim sua vel illorum stupiditate vel culpa damna accidant sibi imputare debet: forte & aliquid fortunæ, quam ipse ferre non alius debet, nec fraude, culpa, vel odio Petri, grauari Paulus: sed ex epikeia, quia omnibus debet mutuo dare; & isti se periculo subijcere: si id non potuit vitare, non solus luat. Sicut fideiussionis periculum in æstimationem deduci potest, cui comparatur ex narratorum causa mutuare, atque effectu ipso est, *vt inquit Less. n. 6. sup. d. 13. num.* 4. fideiubere quoddam mutuare.

19. *Quoad VIII.* Ad octauum discutiendum est an necessarium sit, quod ordinarie non exponitur, & in tanta summa, & à mercatoribus alijs continuo haberi potest, dum exceditur ordinarium capitale, deinde si hæc vacans pecunia sumitur ex capitali Tenentis, art. 1. illius interesse est positum, pro toto Capitali; si vero ex alia pecunia; de ea ad art. 9. dicetur.

Spectat

Spectatigitur ad nouum pretium assecurationis. Quod si vere præstate non cogitur (quia ei creditur) non potest sibi adscribere, nec si à se habet pecuniam, eius causa quid- 20. Quoad IX.
quam recipere. In gratiam enim Tenentis non aliud hic compensari potest, quam labor recipiendi, & exponendi, & ratio fideiussionis, vel assecurationis, dum de se agit ab obligatione mutuandi; cuius supra mentio absorbetur vti & alia quæ eod. art. 10. enarrátur. Quia qui commune interesse accipit, non debet singulos rursum titulos causasq; reponere, ne bis idem accipiat: sed vel semel singula, vel vniuersim omnia ex probi & prudentis viri arbitrio supputata. *Nauarr. conf. 1. de vsur. Siluest. ver. vsur. num. 19. arg. l. opera D. de op. lib.* præterquam quod animaduertendum sit, quantum ex periculo ibi relato cuiusq; fortunæ adscribendum sit, quantumq; Tenens suorum conditionem nosse debeat, vt ad 7. diximus. Cæterum pecunia quæ necessario impenditur in proxenetas, qui Mercatores quærunt, qui pecuniam Tenenti mutuo dare velint, sine damno eius haberi debet. At vero ponatur Tenentis pecuniam v.g. 23000. libras sæpe non sufficere, sed aliquibus annis in mensa erogari; v.g. 50000 aut 60000. libras: cum à pecunia Tenentis iam deducti sunt omnes sumptus & onera, & tamen à quantitate supercrescente nihilominus accipiantur $21\frac{1}{2}$. in 100 quo titulo lucrum hoc habetur, quod 12. in 100. superat? præterquam quod quando (quod sæpe vsu venit) tantum 6. 7. 8. 9. 10. 11. soluit, non possit sumere 21. Et certe summam alienæ pecuniæ magnam esse constat, si salarium proxenetæ sit 460. libræ ex 2. in 100.

Atq; hæc quidem, quamuis facti esse quæstiones aliqua ex parte videantur, atque ad 21.
mercatores, aliosque rei nummariæ intelligentes reijciendæ; discutere tamen visum est, Necessario
quia ius diuersimode ex factis his oritur, atq; hæc ipsa multis involucris pallijsq; obumbrari solent, omnia tamen in absolutione & restitutione Tenentium, similiumq; vsurariorum, atque alias expendenda sunt de iure, vt constet quantum iuste retinere, quantum restituere debeant. quia cap. 2. *de vsur. in 6.* mandat vt plenarie satisfaciant, vel caueant, si quantitas est certa; alioquin iuxta arbitrium cautionem recipientis; *Ipse tamen*, inquit, *non minorem scienter, quam verisimiliter creditur moderetur; & si secus fecerit, ad satisfactionem residui teneatur.* Sed multi Episcopi in his locis accepta aliqua nummaria compositione (quæ forte centesimam partem restitutionis non attingat. Mald in compositione Pontificia nimis leuem censet restitutionem, si ex 250. tantum 2 soluantur, ego nec 30. puto sufficere debere, nisi ob paupertatem aut faciliorem conuersionem, de qua infr.) in vsum Seminarij seu alterius piæ causæ, absoluunt. Sed semper dubium apud me fuit, an is vsus satis firma consuetudine vel præscriptione contra constitutionem conciliarem munitus esset: nam inter plures absolutiones quas vidi, nullæ antiquæ erant. At dicunt, Romanos ita solere. sed replico: Romanos supra legem etiam conciliarem esse, non Episcopos. Vnde nisi legitime præscripserint hanc facultatem, non eis competit. *Mald. de iust. & Rel. titu. 4. d. 2.* Sed nec Romanas literas hactenus vidi, nisi cum ea clausula: *Iniunctis quæ de iure fuerint iniungenda.* Forte quod de Iudæis Paul. III. sanxit, vt supra diximus, vt in certis restituenda, eis conuersis relinquantur; optandum esset vt ad alios vsurarios tralatitium fieret, ex eadem caussa, vt horum conuersio facilior foret: sed est aliqua differentia: hi, vt Christiani, credunt illud, *Mutuum dantes nihil inde sperantes.* Illi adhærent adhuc illi sententiæ & illius interpretationi prauæ, *non dabis fratri tuo ad vsuram, sed alienigenæ.* Ob quam licite putant tanquam bono dolo ab inimico se eas accipere: omnes

adhibendū

22. Etiā in absolutione eiusmodi Tenentiū.

23. Ex verisimilis vsurarum æstimatione.

24 Nō imaginaria cōpositione.

magnarum principia aliquid imperfectionis habere, quæ lambendo abstergatur. artem vix vllam inuentionem ab origine sua omnibus numeris esse absolutam: fabricando fabros fieri. Facta infinita sunt, atque in illis labi humanitas potest. Pia tamen intentio Principum semper est, & iusta vt maneatur intra præscriptum regulæ, vt sola indemnitas exigatur, cuius supputatio in facto consistit. Multo minus indignari quis debet, si alius quispiam institutum hoc praximque Montium examinarit, neq; examinatum ipsum exercitium, examinandumque semper, reliquerit ijs tantum ad quos spectat, sed in eo suum studium explicare voluerit: si in ipsa Italia, Pontificumque conspectu, post approbationem Montium pietatis à Paulo II. Sixto IV. Innocentio VIII. Alexand. VI. Iulio II. factam, non deterriti fuere plures scriptores, quo minus illorum rationes examinarent, quin & reprobarent. Quos tamen Leo X. & Conc. Latera. non ideo indigna censura notauit, sed è contrario laudauit his verbis; *Alterius quidem partis iustitiæ zelum; alterius pietatis, & veritatis amorem; vtriusque vero partis studium commendantes* &c præsertim cum ipse Lessius, qui Apologiam pro his Montibus scripsit; *Appendicem scilicet ad dub.23. cap.20. lib.2. de iust. numer.*42. dum hos Montes negat improbari: fatetur tamen non probari à Leone X. & Conc. Later. vtpote de quibus tunc non fuerit quæstio, sed relinqui naturæ suæ, adeoque indecisæ quæstioni. Manet tamen in hac materia mutui & Montium probata à Pontifice & Concilio ratio, vt mutuatarij teneantur ad onera mutuationis: moderata quidem & necessaria, vt loquitur Pontifex, non quæ manu quasi regia erogantur, vt velle solent Principes debitum solutione excedere; quod de alieno & pauperum quidem non æque possunt aut volunt. Possunt Principes tanquam tutores curatoresue reip. & in quibus eminenter continetur subditorum consensus, statuere id, quod publicæ vtilitati aut necessitati iuuandæ opportunum videtur: *l.4. c. ex quibus causis maiores. Vbi gloss. l. remp. C. de iure reip. lib.11. Less. vbi supra num.*49. adeoque vbi commodior ratio non suppetit, statuere, vt à Monte ad censum reditumue sumatur tantus pecuniæ aceruus, quantus indigentiæ eius reip. ad mutuationem videtur necessarius, & à mutuatarijs exigatur annuum censuum & redituum onus. Quod etiam punctum à dictis Prælatis fuit probatum. Nolim tamen etiam omnino reprehendere, dum aliter Mons erigi, aceruus pecuniæ congeri, ac sors eroganda haberi nequit, quod eam aliqui per sortilegia conficiant: dum eorum sine fraude conditiones in aperto sunt, & quisque videt quantum pietati, quantum fortunæ, ex pecunia, quam confert, committat ac dedicet. Nempe neque argui pietas, neque aleæ venditio, emptioue potest. Eum porro conficiendæ pecuniæ modum perquam facilem esse, minimeque grauem non conquerente sed applaudente passim populo institui; docent nos erecta tota Batauia cæterisque prouincijs confœderatis seminaria, similiaque loca. Neque porro pigere, pudereue nos debet virtutem aliquam seu moralem seu politicam vel ex hoste discere. Et quia mox diximus in his Principes populi consensum eminenter continere, ex eoque intelligi statuere: *Lessius d. num.*49. omnino si facilior, leuior, sine vsurarum censuumque onere, eadem habendi ratio suppetat, seu iam dicta, seu alia; anne impedita, grauis, vsurisque aut canonibus onerosa, ex populi assensu satiusque iniri censebitur?

(∵)

iugales impediunt, seu ligulam stringunt, vt vocant *Innoc. VIII. apud P. Matth. ibidem cap. 4.*
Iudiciariam astrologiam † præclara sanctione damnauit Sixtus V. *quam refert Quar. V. Astrol.* scilicet quæ necessitate cogere non autem inclinare homines, qui sibi suoque arbitrio, apposita aqua & igni, relicti sunt; docet: quo ex genere est illud Lyrici: 2. *Damnata iudiciaria astrologia.*

Quem tu Melpomene semel
Nascentem placido lumine videris;
Illum labor Isthmius
Clarabit pugilem, &c.

Non autem damnatur ars bucolica, nautica, similesque quæ ex naturalibus affectionibus influentibus in sublunaria iudicant, iuxta annuas ephemerides. Modo se non extendant vltra Mathematicæ limites. vt Chaldæi, qui Pompæo, Cæsarique prædixerant eos non nisi in senectute, nisi domi, & cum nominis claritate morituros. *Choppin. de sac. pol. lib. 2. tit. 7. num. 23.* Qua de re tota sortilegiorum, & quæ eo spectant, late Farin. *in tract. de heres. quæst. 181.*

DE CLERICO VENATORE.

VEnatio clericis est prohibita, *c. 1. de clerico venat.* & syluaticæ vagationes *c. 2. ibid c. 1. de Cler. vel monac.* quos canones male aliqui dicunt vsu abrogatos. *vt diximus sup. de vit. & honor. cler.* Panormitanus tamen *in d. c. 1. de Cler. venat.* modestam venationem etiam cum canibus recreationis causa admittit. *Diana etiam p. 3. t. 6. r. 19.* clamorosam, cum retibus, laqueis, canibus: dummodo non frequentem aut scandalosam, à mortali excusat. modesta videtur perdicum, cuniculorum, leporum, & similium non ferocium animalium, si absit cornu, clamorque virum, clangorque tubarum. qui fere non potest esse sine scandalo. cæterum venatio ferocium animalium, aprorum, ceruorum, bubalorum, taurorumque siluestrium nullatenus clericis licita videtur, per dictos canones, & causas ob quas iure prohibita sunt torneamenta, & agitationes taurorum, & propterea Concilium *Trid. s. 24. c. 12. § vestitu.* non male videbitur accipi posse iuxta hanc distinctionem: dum non simpliciter, sed ab illicitis venationibus clericum iubet abstinere. & sic accipiendum c. 1. *d.* 34. quod iubet abstinere ab immoderata omnium bestiarum, & volucrum venatione.

DE MALEDICIS.

QVi ex temeritate † vel insania maledicunt, non puniendi, sed miserandi, vel contemnendi sunt. *l. vn. C. si quis Imperatori. Tacit. l. 4. An. Ipse Diuus Iulius, ipse Diuus Augustus & tulere ista, & reliquere, haud facile dixerim, moderatione magis an sapientia: namque spreta exolescunt: si irascare, agnita videntur.* Vnde ad hanc rem apposite & prudenter Demosthenes dicebat, cauendum ab eo certamine, in quo victus semper victore est potior. Pulchre, 1. *Maledici temerarij miserãdi, non puniendi.*

Liuius *lib. 5. dec. 5. Superbiam verborum præsertim iracundi oderunt prudentes irriderent; vtique si inferioris apud superiorem est, capitali pœna nemo vnquam dignum iudicabit. Id enimuero periculum erat ne Romanos Rhodij contemnerent, etiam Deos aliqui verbis ferocioribus increpant, nec ob id quenquam fulmine ictum audimus.* Cæterum quantum ad superos spectat, id prophane dictum est; quantum ad mortales, non omnibus *robur & æs triplex circa pectus est*: nam Eccles. 1. cap. 7. *calumnia, inquit, conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius.* Vnde oportet vt dum priuatim laboratur, publice insurgant leges.

2. *Non blasphemi.* Et blasphemo † quidem in Deum aut Sanctos, vt impunitus non sit, specialem pœnam præscripsit Gregor. IX. *cap. 2. hoc tit.* præter mulctam, & septem diebus Dominicis præ foribus Ecclesiæ staret, pallium & calceamentum non habens, ligatus corrigia circa collum, septem sextis ferijs ieiunet in pane & aqua, & eleemosynas faciat. Leo vero X. Iulius III. Pius V. *vt est apud Quar. & Serol. V. blasphemia* etiam contra blasphemos alias sanctiones ediderunt. Carolus V. prima vice blasphemis pecuniariam pœnam pro arbitrio iudicis imponi iussit, 2. publicæ ignominiæ exponi, *quod vocant pilorisats*, 3. fustigari, & bāniri, vlt. Nouemb. 1517. Sed 5. Ianuar. 1518. id mitigatum, vt prima pœna sit 60. sol. fl. secunda duplum, tertia triplum, & carcer sex dierum in pane & aqua, quarta pilorisatio duarum horarum; & si grauiores fuerint blasphemiæ, ad negandum v.g. Deum, aut similes, carcer erit vnius mensis. prout etiam qui improba iuramenta, aut periuria committent, arbitrarie puniri debent sine dissimulatione 7. *Octob.* 1531.

3. *Maledici præmeditati cum animo iniurandi, plectendi.* Clemens III. *in cap. 1. h. t.* seuere compesci † mandauit clericum, qui ipsi maledixerat: sed dicit id eum fecisse in depressionem officij, & ne de cætero contra Ecclesiam Romanam alij in similia prorumpant. laborat ergo non de persona, sed de statu: est enim Christi. *Beati estis cum maledixerint vobis homines.*

Alioquin nihil pro se noui iuris Clemens statuit: quippe Conc. Carthag. 4. statuerat, vt clericus maledicus degradaretur, *c. Cleric. maled. 46. dist.* Cum eo tamen temperamento quod *c. si quis sacerdotum 11. q. 1. H. Canis. in sum. Inc. can. l. 3. tit. 22. in not. ex gloss. & Panor.* addit.

4. *Accedentibus circumstantijs præsertim aggrauantibus.* Cæterum falsa crimina † de aliquo spargere, iniurias inferre coram vel absenti, libellos famosos seminare, nunquam impunitum fuit, & vtinam hoc sæculo paulo seuerius castigarentur mendaces detractores. Certe Pius V. detractores, libellos famosos, vel literas indices aliquorum falsorum criminum alicui scribentes, omnibus pœnis à iure constitutis subijci vult. Greg. XIII. ad infamiam & triremes condemnari. *Const. ref. P. Matth. S. D. l. 5. t. 5. c. 12.* & senatus Allobrox, *teste Fab. in Cod. l. 9. t. 25. def. 1.* calumniatorem deferentem aliquem capitalis sceleris, capitaliter damnandum fuisse; sed quia ipse se detexerat, mitius plexum, irrogata infami palinodia, cum fustigatione, reste collo inducta. Non vbique neque contra omnes hæc exercentur, magno bonorum malo. sed fortibus viris contra morsus huiusmodi scorpionum,

——hic murus aheneus esto:
Nil conscire sibi——

quodque tametsi mille oblatrent ganniones, seu ganeones,

Dignum laude virum Musa vetat mori.

Boëtius l. 1. de Consol. bene eos ita solatur. (Itaque nihil est quod admirere, *si in hoc vitæ salo circumstantibus agitemur procellis, quibus hoc maxime propositum est pessimis*

mis displicere. Quorum quidem tametsi est numerosus exercitus, spernendus tamen est; quoniam nullo duce regitur, sed errore tantum, temere ac passim limphante raptatur. Qui si quando contra nos aciem struens valentior incubuerit, nostra quidem dux philosophia copias suas in arcem contrahit: illi vero circa diripiendas inutiles sarcinulas occupantur; at nos desuper irridemus vilissima rerum quæque rapientes: securi potius furiosi tumultus, eoque vallo muniti, quo grassanti stultitiæ adspirare fas non sit.)

DE CLER. EXCOMMVNICATO, DEposito, interdicto ministrante.

DEpositus suspensus celebrans corripitur, & excommunicatur: excommunicatus celebrans perpetuo deponitur: *c.1.2.3. 6 h.t.* beneficio priuatur: *c.6.* illius incapax redditur: *c.7.* nisi tempore collationis absoluatur. *c.8.* ignarus tamen celebrans excusatur. *c.9.* non item gnarus vel per solam famam *c.5.h.t.* multo minus spe veniæ id committens. *ibid.* huiusmodi enim fiducia aggrauat delictum. vnde & qui impetrant literas super impedimento consanguinitatis, non aliter dispensari iubentur, quam si iurauerint, se non spe dispensationis facilius impetrandæ carnaliter fuisse commixtos. quod si clericus depositus excommunicatusque cohiberi per ecclesiam à ministerio non possit, brachio sæculari implorato in exilium mittitur. *d.c.2.h.t.* vtique vbi ex loci consuetudine (vti desumptum est illud caput secundum ex Concilio Antiocheno) huiusmodi imploratione est opus. *sic & in c. non ab homine. x. de iudic.* ait deputandum exilium, vel aliam legitimam pœnam infligendam, cum ecclesia non habet vltra quod faciat. quamuis districtionem personarum iure fieri ab ecclesiastico satis insinuet Trid. *s.25.c.3* sed tamen d. c. 2. quam d.c. cum *non ab homine* loquitur: vbi episcopi iudicium contemnitur; adeoque facto & manu militari est opus. Denique si interdicti ministrant numero multi, atque vltra quadraginta, præter authores, cæteri propter multitudinem mitius puniuntur. *c.4. h.t.* vt fieri vidimus in interdicto Veneto.

DE CLERICO NON ORDINATO celebrante.

CLem. VIII. *Const. Inc. etsi* 1. *Decemb.* 1601. decreuit, eum, qui non sacerdos missam celebrauerit vel confessionem sacramentalem audierit, ab Ecclesia abijciendum, & ab ordinibus, si quos habet, rite degradatum, curiæ sæculari tradendum esse, & debitis pœnis plectendum. Vbi non comprehenditur sacerdos sine iurisdictione confessiones excipiens: sed tamen ob graue sacrilegium, quod non longe ab altero reatu abest, seuere æquus iudex arbitrarie puniendum censebit.

atque ad seruiendum Deo promptior quisque esse debet ex munere, quanto se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione. Si enim solum naturæ fluxum sequimur, facile incidimus in illud Taciti, *lib. 1. histor. Vespasianus solus omnium ante se Principum in melius mutatus est.* Excedunt Episcopi si intra terminos se non contineant, sed in aliena diœcesi Pontificalia exerceant: *contra c. 5. s. 6. Conc. Trid.* sine ordinarij loci licentia. sub quo decreto & Archiepiscopos contineri diximus *sup. de off. ord. n. 18.* nisi cũ visitata sua diœcesi, causa cognita, & probata in concilio prouinciali *s. 24. c. 3. Concil Trid.* & suffraganeos visitant, aut per appellationem officia ab Ordinarijs perperam negata suppleant.

Neque priuilegia aliqua in contrarium suffragantur, sed sola licentia ordinarij loci quamuis exemti, dummodo non nullius, nam tum ad Loci superiorem, quasi episcopalem iurisd. habentem licentiæ concessio spectaret. eaque ad subditos ordinarij tantum: inter quos, & familiares illius triennales, sub cautione *c. 23 s. 9. Trid.* porrigi potest: ita vt alterius diœcesis subditi non ordinentur, nisi forte ordinantis, aut accedentibus aliorum dimissorijs. Ne quidem habentes à Pontifice facultatem promouendi à quocumque, *iuxta c. 11. s. 7. Trid.* ne quidem ad tonsuram, aut vt crismate confirmentur. quin nec missam possunt celebrare pontificaliter cum mitra & baculo; & solemnem benedictionem dare, sine eadem licentia. quæ & post mortem dantis expirat. quod nec abbatibus licet habentibus vsum mitræ, sine ordinarij licentia, aut S. Pontificis indulto. episcopi tamen in locis exemtis suæ diœcesis possunt & baldachinum ibi erigere, & honorificis iuribus vti. quamuis enim ipse textus *d. c. 5. s. 6.* de ordinibus in primis agat: vt patet in fine vbi ordinanti pœnam suspensionis ab exercitio Pontificalium & ordinatis ab executione ordinum ipso iure diserte infligit: tamen initio generatim pontificalia (quorum nomine quæ insuper veniant habet glos. *in extrauagant. suscepti. v. pontifical. de elect. Barbos. de off. & pot. episc. p. 3. all. 111. num. 33.*) prohibet, ita vt ecclesias, altaria consecrans, similiaque exercens comprehendatur. *de quibus omnibus citati à Barbos. in Collect. DD. ad d. c. 5. s. 6. Trid.* Excessus nonnunquam circa beneficiorum vniones contingit, dum Prælati facultates suas egrediuntur, vel subditi earumdem vnionum tenores. Quæ autem beneficia & qualiter Prælati vnire queant, nequeantque vigore Conc. Trid. tradit Riccius *in prax. vnion. dec. 486. & seq.*

Ordinatio † petenti literæ quarumcumque vnionum exhibendæ sunt, & per subreptionem obtentæ, à quadraginta annis irritæ declarari possunt: & exinde concessæ nondum sortitæ effectum aut deinceps concedendæ, nisi ex legitimis causis (vocatis quorum interest) coram Ordinario verificandis, subreptitiæ præsumuntur, & viribus carent. *c. 6. s. 2. Trid.* 1. *Vniones recudendæ.*

Vbi computari 40. an. debent à die quo Conc. Trid. authoritate Romani Pontif. est promulgatum, *Azor. Institut. Mor p. secund. l. 6. cap. 28. qu. 22.* Cong. Concil. *in epistola sua ad D. Ioan. Miræum Episcopum Antuerp. 10. Martij 1608.*

Si porro literæ vnionis non exstare dicantur, consueuerint tamen beneficia v. g. duæ parochiæ per annos 40. tanquam vnitæ sine dispensatione conferri, earum sub hoc modo possessor non est molestandus. *Sac. Cong. apud Serol V. vnio §. 6.* Porro ordinarijs reuisio ea remittitur, & declaratio, non ergo visitatoribus regularibus competit. ordinarijs confirmatis, & si nondum consecratis. Capitulis etiam sede vacante. dummodo sedi nihil detrahatur; *vt in c. sicut vnire x. ne sede vac.* legatis à latere: inferioribus

prælæ-

Quamuis autem Cong *vt dixi* 21. *Sept.* 1591. ita declarasse dicatur, tamen c. sicut *vnire ext. de excess.* indistincte loquitur, neque Conc. Triden. textus liquido aduersatur, & vsus ac praxis magis hic indistincte procedit. Concilium Constantiense & Reg 12. Cancell. generaliter vnionibus quæ non fiunt authoritate Conc. Trid. repugnat, sed tamen facultatem à iure competentem, dum ex legitimis & rationabilibus causis, à iure vel Concil. probatis proceditur, non destruit omnino.

Sine fraude futuro Seminario sicut fructuum detractio, ita & vnio beneficiorum fieri potest ad Collegij fabricam instituendam, & cætera quæ Conc. *sess.* 23 *cap.* 16 decernit modo reipsa omnia detracta & vnita sine fraude impendantur, aliter enim sine sumptu, adeoque censu inchoari non potest. *late Gonz. ad Reg.* 8. *Canc. gl.* 5. § 7 *num.* 68. *& sequen. vsque* 109.

Vnio ad vitam dumtaxat à Concil. Trid. *sess.* 7. *cap.* 4. prohibetur, adeoque beneficiorum incompatibilitatem non aufert: & olim. *Garz. de benef. c.* 5 § 2. *n.* 219 *p.* 11.

Vnionem ex vi Conc. Trid. *s.* 22. *cap.* 5 *s.* 23. *ca.* 18. *s.* 24 *cap.* 15. non impedit reseruatio aliqua, iuxta eadem decreta, modo vnio fiat ante vacationem. *Garz. de benef. cap. secund.* § 1. *num.* 102 *p.* 12. seu potius collationem: quia textus Concilij reseruata vniri permittens etiam ante vacationē per verbum *etiam* significat, multo magis data vacatione permitti.

Curatum beneficium vniri non debet, nisi forte vni alteri pauperi curato, vt inde sufficiens competentia assignetur vni. ita Concil. Prouinc. Mechl. *anno* 1607. à Sede Apostolica confirmatum. quod ipsum Choppin. *refert l.* 2. *sac. pol. t.* 6. *num.* 14. edicto Blesensi *art.* 22. 23. cautum. Conc. Trid *s.* 21. *cap* 5. Nec regularia curata, neque diuersarum dioceseon, *Trid s.* 14. *c* 9. *s.* 24. *c.* 13. § *in vnionibus.* Quod olim fieri poterat. *Gonz. d. l gloss* 5 § 7. *nu.* 61. nec pars fructuum curati. *Iuxta cap.* 16. *sess* 25 *Trid* nec dignitates, canonicatus, & præbendæ Cathedrales, ac monasteria. *sess.* 24. *capit.* 13 *session.* 6. *capit.* 6. *session.* 25. *capit.* 9. *in fin. Gonzal. dict. loc. gl.* 5. § 7. *n* 63. nec beneficia libera beneficijs patronatus vniri possunt. *sess.* 25. *cap.* 9. Quia autem vnio fieri potest, vt prouideatur beneficio curato pauperi *ca* 5. *s* 21. *Conc. Trid.* sicubi Archipresbiteratus indotatus est, cum habeat curam animarum, *c.* 1. *&* 2. *ext. de off. Archipres.* beneficiū simplex ei vniri potest. *Vide quæ diximus in consilt. can.* 1. 2. 3. 4. 5. 3. *Curatum non nisi alteri curato pauperi vniri potest.*

Sed *sess.* 24. *cap.* 15. permittitur Episcopis vnire præbendis Cathed. tenuibus beneficia alia: sed loquitur tantum in præbendis, vt propterea locum non habeat in fabrica, sacristia, capellanijs, nec mensa Capitulari: non enim datur facultas vniendi mensæ Capitulari, sed singulis præbendis tenuibus: & ita fuit à Cong Conc. declarata nulla, vnio facta mensæ Capitulari etsi tenui. *Gonçalez ad Reg.* 8. *Canc. gloss* 37 *num.* 25. quia aliud est Capitulum, aliud singuli de Capitulo. vnde fit vt debita mensæ Capitulari cedant ijs, qui in Capitulo sunt tempore solutionis, non qui erant tantum tempore cessionis debiti. vt *ibid. num.* 27. quia Capitulum semper est idem. *l proponebatur, D. de iud.* Attamen tenuibus præbendis non tantum, sed & mensæ capitulari iure posse vniri simplicia beneficia constat *ex c. exposuisti in V. ecclesiæ tua. x. de preb.* quo respexisse potius, quam derogasse censendum est Concilium Trid. *s.* 24. *c.* 5. atque hæc in locis insignibus. Insignia dicuntur ex arbitrio iudicis, æstimatione populi, ac magis principis; excellentia loci ecclesiæ, sub. cta materia. *vt hæc aliaque id genus plenius enarrauimus h. t. in Consult. canon. consul.* 6. Hinc Concil. Trid *sess.* 4. *cap.* 19. dum decernit vt nemini exspectatiuæ dentur, vel mandata de prouidendo: & vt sub eo comprehendantur collegia & vniuersitates, subiunxit verba, *etiam* 4. *Simplex potest tenui præbend. Cathed.*

collegijs, vniuersitatibus & senatibus, quæ alioquin non fuissent comprehensæ: vt in mater iuris patronatus pro dispositione *capit. 9. session. 25.* refert Cardin. declarasse idem Gonc lez *ibidem num. 22.*

An in nobilium canonicarum collegijs tenues ac frequentes præbendas habentib locus sit vnioni beneficiorum simplicium, late quæsiuimus *h. t. in Consult. canon. consult. 17*

5. *Vniuntur vacatura per resignationem simplicem, non in fauorem.* Permittitur *sess. 23. cap. 18.* Trident. vniri seminario vacatura per resignationem † sim plicem, non per conditionalem, scil. in fauorem tertij, & non aliter, seu sub reseruatio ne pensionis aut simili. sic nec locum in his habet *cap. 18. sess. 24.* vt taliter resignata p concursum prouideri possint, vti nec taliter vacantia debentur in Gallia graduatis. *Go cal. ex Cong. Card. ad R. 8. Cancel. gloss. 14. num. 10. 11. 13. 14.* vt hodierna iura accipienda sin iuxta nostros mores. nam olim, vt habet Paril. *de resig. l. 1. quæst. 2.* ante tempora Alexand III. Innocen. III. Bonifac. VIII. Clemen. V. quando compilatæ fuerunt Decretales & Cle mentinæ, nondum inuentæ erant huiusmodi conditionatæ resignationes, vnde in illi nulla mentio. Posterior ætas semper magis flaccescit, & ad sacra etiam humanas affectio nes porrigit, imprimitque.

6. *Vtilitas vnionum.* Vt Ecclesiarum vicinitas vnioni locum facit, *Decian. lib. 1 cons. 15.* sic & regnorum com moda coniunctionem sæpe procurarunt. quippe in vnitate bonum, in pluralitate ma lum. vnde grande Principum arcanum, *Diuide, & impera.* De probatissima Britanniæ reg norum coniunctione pulchre disserit Alberic. Gentil. Belgæ nostri plures vniones hoc & præteritis sæculis pepigerunt. quas priuilegijs suis augendis profuturas existimarunt. nol uerunt eas Prouincias vniri sub nomine Regio, hoc vt quidam volunt æuo, nec satis sul Burgundis Principibus, qui id à Fred. III. postularunt. iunctæ sunt à Carolo V. in mutuan defensionẽ sine alio nomine: vt sunt Hispaniæ. & denique Vltraiectensi vnioni cesserun aliquot Prouinciæ; cæteris in fide Regia manentibus. Iam olim inuenias Brabantiæ, Limburgi, Traiecti ciuitates & municipia, anno 1354. 8. Martij Louanij fœdus inijsse, quo iurarunt quod nunquam paterentur se separari; sed perpetuo vnitæ manerent, neq vllum dominum aliter reciperent: saluo quod primogenitus Ducis alias fratribus & so roribus præstaret quod de iure teneretur: & se mutuo iuuarent in hoc manu tenendo contra omnem hominem, exponendo corpora & bona. Subsecuti Principes etiam iura runt se ea loca nunquam separaturos. *Nec aliud*, inquit, *Tacit. in vita Agricolæ, aduersus validissi mas gentes (Britannos) pro nobis vtilius, quam quod in commune non consulunt.* Idem *l. 4. hist. Dein quibus ætas & iusta stipendia dimissi cum honore, alij ob culpam, sed carptim ac singuli, quo tutissimo re medio consensus multitudinis extenuatur.* Anno 1481. 19. Octob. status Brabantiæ Ecclesiastici & sæculares communi nomine & sumptu reparationem prosequi, si quis eorum priuile gia læderet, aut contra ea aliquid noui iuris impetraret, inuicem promiserunt. Quæ res eo magis fiunt proficuæ, quando simul cum coniunctione fit priuilegiorum communica tio, quam omnibus fecere Brabanti, & iure fieri à Britannis & Scotis, ac Hibernis docet d. Alberic. 3. l.

De vnionum reuocatione, causa illius cessante, atque alias late diximus *h. t. consult. 8. & 9.*

DE

DE PRIVILEGIIS ET EXCESsibus Priuilegiatorum.

PRiuilegia priuatæ leges, seu publicarum legum relaxationes sunt eoque nomine odiosa: adeoque vt talia restringenda *c. odia de reg. Iur. in 6.* Sic oportet vt illorum tenor diligenter inspiciatur *c. porro. x. h. t.* & quod verbis comprehensum non est, legi relictum censeatur. *c. sane. x eod.*

Ita quidem, vt si quæ in illis dubia suboriantur, interpretatione restringenda sint, nisi speciali ex causa aliter videatur. *qua de re Layman theologi mor. lib. 1. t. 4. cap. 23.* & quidem iusta ratio, & maior vtilitas legis vinculum aliquando relaxari postulato, sed exemplo id, non causa fieri, est aditum ad leges transgrediendas aperire. *Concil. Trid. s. 25. c. 18.* vnde *ibidem* infert sacratissimos canones exacte ab omnibus, &c, quoad eius fieri poterit, indistincte obseruandos: nisi vrgens, iustaque ratio secus postulauerit, causa cognita, & summa maturitate examinata. eodemque modo *s. 24. c. 11.* priuilegia, & exemtiones hodie perturbationem in episcoporum iurisdictione excitare dicuntur. sed id porro maxime contingit in excessibus priuilegiatorum, dum extra suas metas illa extendunt. contra *d. c porro d. c. sane* quod quam sit frequens ipse hic titulus plus satis indicat, dum priuilegijs connectit excessus priuilegiatorum, qui vtique semper sunt coercendi, leges quando ratio & vtilitas publica aliud non exigit, retinendæ. *d. c 18. s. 25. Concil. Trid.*

Quinimo quædã aliquando priuilegia apparens ratio extorsit, quæ hodie ecclesiasticæ disciplinæ officiant, & propterea multis locis Conciliũ Trid. plura ex integro abrogauit: quibusdam in partem derogauit *V. G. s. 5. c. 2.* cuicumq; generali vel speciali priuilegio derogatum est, quo se eximere possit prædicator errores aut scandala disseminans vel hæreses prædicans. *s. 6. c. 2.* reijciuntur priuilegia, seu indulta perpetua de non residendo, aut de fructibus in absentia percipiendis. *c. 3.* tolluntur ea quibus tueri se clericus secularis, aut regularis posset, quo minus extra monasterium degens, & delinquens, ab ordinatio loci visitari, puniri, & corrigi valeat. *c. 5.* ea, quibus in aliena dioecesi, citra ordinarij licentiam pontificalia permissum fuerit exercere. *s. 7. c. 7.* ea, quæ obijci possent, constitutione Vicarij perpetui, cum assignatione congruæ portionis, etiam super re certa. *c. 8. ibid* quæ visitationi, reparationi, & curæ animarum alijsque ecclesiarum obsequijs obsistunt, & *c. 10.* ea, quibus permissum fuerit capitulis primo anno sede vacante dimissorias dare, non arctatis, *c. 18.* quo minus seruetur *c. 1. de priuil. in 6.* & exempti in ciuilibus causis mercedum & miserabilium personarum, iuxta distinctionem *d. c. 14.* corã Ordinariis conueniri possint *s. 14. c 1.* nulla licentia suffragatur, vt quis ad ordinem promoueatur, cui id à suo Ordinario, quamuis extra iudicialiter & ob occultum crimen, fuerit interdictum. *c. 8.* vt priuilegia puniẽdi alienos subditos, sine proprij Episcopi interuẽtu, nõ obtineant. *c. 11.* ne quo priuilegio regularis transferatur ad aliũ ordinẽ, aliter quã vt sub superioris obediẽtia in claustro perpetuo maneat. *c. 13,* ne quo patronus alteri, quã ordinatio præsẽtet. *s. 21. c. 8.* ne quo in vnitis ordinata circa curam animarũ, aliaq; debita obsequia effectũ nõ sortiãtur.

c.9.ne quo quæstuationes fiant.*s.* 22. ne quo decreta de obseruandis, & euitandis in celebratione missæ, impediri possint *s.*22.*c.*4. ne quo iuuetur quis, ne ordinem beneficio annexum intra annum suscipiat *c.*9. ne quod priuilegiũ prosit, quo minus piorum locorum rationes ordinario quotannis reddantur.*s.*23.*c.*1. quo minus illicite absentium fructus restituantur fabricæ, aut causæ præb. *c.*6. quo fori priuilegio gaudeat, qui clericalem habitum, & tonsuram non gerit, reliquaque præscripta, *d c.*6. non habeat, *c.*8. ne priuilegium aut rescriptum prosit, vt pro ordinibus suscipiendis alienum episcopum, sine commendatitijs proprij quis adeat. *c* 10. ne priuilegia Abbatibus prosint, ad non suos ordinãdos, *c.*12. vt regulares priuilegio non iuuentur, vt in minore ætate, aut sine diligenti episcopi examine ordinentur. *c.*15. aut sacerdotes non approbati ab episcopo confessiones secularium, etiam sacerdotum, excipiãt. *c.*18. vt non excusent priuilegia circa decreta quoad seminaria, aut collationes scholasticis faciẽdas, qui per se munus implere non possint *s.* 24. *c.*2. ne priuilegia excusent à conuentu synodali *c.*3. quo minus visitationes modo ibi præscripto fiant. *c.* 4. quo minus cathechisatio debite fiat. *c* 9. quo minus visitatio exemptorũ à loci ordinario, & eorum, qui nullius diœcesis sunt, à proximiori fiant, *c.* 15. quo minus tenuibus præbendis prouideatur, *c.*18. quo minus circa concursum, & disputationem vicarij in vacantibus parochialibus decretum Concilij seruetur. *c.*20. quo minus causæ omnes in prima instantia coram ordinarijs tractentur, aliaq; ibidẽ decreta seruentur, *s.* 25. *de reg.c.* 4. ne quis regularis sine licẽtia superioris alterius obsequio se subijciat. *c.*20. quo minus cõmendata monasteria visitentur, cæteraq; ibi præscripta seruentur, *c.*22. quo minus omnia, & singula eadẽ sessione de regularibus decreta obtineant. eadẽ, *s* 25. *de reform. c* 6. vt ibidem decreta ex priuilegijs, sic episcopis maiorem authoritatem tribuant, augeantur, *c.*8. vt decreta circa administrationem hospitalium non eneruentur. *c.* 9. nec quæ ibidem statuta sunt circa iura patronatuum., *c* 13. aut quartam funeralium, sunt & alia alibi, & in iure communi admodum multa, vbi priuilegijs aduersus sacram politiam communem concessis derogetur, quando non videtur cedere in commune bonum: quod semper requiritur, saltem mediante commodo priuato. *Maldcr. de leg. ar. x. d.* 4. multa etiam mendicantibus ordinibus priuilegia sunt concessa, quæ magna parte à Concil. Trid. moderationem acceperunt. Pius V. quædam restituerat; sed Gregor. XIII. *const. incip. in tantarum cal. mart. an.* 1. omnia reducit ad terminos iuris communis, & Concilij Trid.

1. *Exemptio magnum hodie privilegium habetur.* Exemptiones † ab Episcopali potestate inter primaria priuilegia Ecclesiasticorum habentur. de quarum causis, diuersitate, proprietate, vtilitate, acquisitione, probatione, vsu, extensione, amissione, & priuatione, tractatum scripsit Ioannes Lomedeus Parisiensis. & Philippus Nigri designatus quondam Episco. Antuerp. ad quem Notus addidit eius Nepos Carolus Lespinoius. Sed eas multum restrinxerunt diuersi Pontifices, *vt refert Choppin. de Sacr polit. l.* 1. *tit.* 5 *num.* 8. *Monast. l.* 2. *tit.* 1. *num.* 4. speciatim Innoc. in Concil. Lugdunens. Bonifacius VIII. vt patet toto titulo de priuilegijs in 6. *Concil. Constanst sess.* 43. denique Leo X. *in Concil. Lateran. vltim. anno scilicet* 1515. *quæ ad longum refert Piaf. in praxi p.* 2. *cap.* 3. *de visit. reg.* quo loco ex professo deducit casus quibus exempti Episcopis subiaceant. Tandem Conc. Triden. sess. 7. *cap.* 14. *s.* 22. *c.* 9. 10. 11. exemptiones renouatas rursum & auctas restrinxit, vt mox dicemus. & Greg XV. Const. Inc. *inscrutabili data No. Febr.* 1622.

2. *Non extenditur.* Quin & refert † Chopp. à senatu Parisiensi iudicatum, huiusmodi exemptionem non extendi ad iura quædam honorifica :: vt refert Episcopo in Ecclesia exempta adiudicatam;

dicatam eminentiorem sedem, sacrum concionandi munus, aut concionatoris dandi arbitrium, irrequisito Canonicorum Collegio, ius dimissorias literas tribuendi, cum libero in consessum Capituli introitu, quoties de Ecclesiæ commodis, obsequioue Principi debito consilium iniretur. *ad honorifica Episcoporum iura.*

Abbates ex speciali priuilegio etiam campanas, & similia possunt benedicere, pro alienis etiam Ecclesijs. cui Concilium Trid. non derogasse respondit S. Cong. *apud Dianam p.3.t.2.r.15.* ex priuilegio, inquam: quia de iure communi id non licet. *c. Abbates & ibi Glossa in verbo tonsuram. de priuileg. in 6.* dixi pro alienis Ecclesijs: vtique domi; non in alienis Ecclesijs. quia sic Tridentinum *s.6 c.5.* ne quidem Episcopis permittit Pontificalia exercere in aliena dioecesi; multo minus intelligi potest concessum Abbatibus extra suum monasterium, cum aliud ipsi territorium aut dioecesim non habent.

Exempti Regulares † quatenus sine Ordinarij licentia & benedictione præter licentiam superiorum prædicare non possunt diximus, *lib.1.t.1.* 3. *In quibus exempti authoritatem Ordinariorũ agnoscant.*

Exempti libros de fide edere non possunt nisi probatos ab Episcopo *Trident. sess.4. de edit. lib.* Vt lectionem habeant sacræ Scripturæ in monasterijs, compelluntur ab Episcopo, *sess.5.c.1.* cui addidit Paulus V. lectionem Hebraicam, Græcam & Arabicam, *anno 1610. Calen. Augu. in Const. inc. Apostolis eruit.*

In causis etiam mercedum, & miserabilium personarum, cessat exemptio extra claustra degentium, *sess 7.cap.14.* ac itidem si delinquant, *s.6.c.3.* (Quod c. 3. an etiam locum habet in religiosis Ordinum militarium quærit Asor. *inst. mor. lib.13. c.4. q13.*) tametsi in studijs morentur de licentia superioris, *sess.25.c.4.* Ex *Cong. Conc. post M. Ant. Gen. Pias.* Item si vagentur absque literis Obedientiæ. *d.c.4.*

Præuenire tamen Episcopum potest Prælatus regularis in corrigendo religioso extra monasterium degente: quia iurisdictio alicui concessa fauore publico quæ & alteri competebat, intelligitur concessa cumulatiue, sic vt non tollatur eius iurisdictio, qui ante vniuersalem habuit. *Menoch. lib.2. præsump.18. numer.26.* sicut Sac. Cong. declarauit eos, qui habent ius visitandi, & corrigendi, non excludi, quo minus iure vel consuetudine vtantur, per facultatem c.4. *s.6.* Tridenti. Episcopis concessam, vt capitula quamuis exempta per se ipsos visitent solos vel quibus videbitur adiunctis, vel impeditis per vicarium aut visitatorem *s.24.c.3.* corrigant, & emendent. *referunt citati à Barbos. in Remiss. ad d. cap.4.* quemadmodum econtrario dum *d.c.3. s.6.* in genere Ecclesiarum Prælatis iniungit, *vt ad corrigendos subditorum excessus, prudenter ac diligenter intendant*, intelligitur Prælatis regularibus concedi iurisdictio priuatiue ad Ordinarium, id quod per exceptionem degentium extra monasterium apertum euadit. *& ex c.15. s.25 de reg. & decisum à Rota refert Menoch. de præsumpt. 18. numer.22.* Item cessat exemptio in degentibus intra claustra, extra ea scandalose & notorie peccantibus, si superior intra tempus ab Episcopo præscriptum non puniuerit. *sess.25. cap.14. de reg.* & hoc casu taliter delinquens posse apprehendi, & ad carcerem deduci, & statim sumi informatio, & cum ea remitti ad superiorem, *post Gen. Pias. ibidem.* Alij tamen id non admittunt: quia Concilium expresse non concedit, & aduersus non subditum processus formari non possit. *vide Dianam p.3.t.4.r.132. vide quæ diximus in consult. can. c.3. hoc tit.* vbi & de requisitione & remissione eius, qui controuertitur an sit exemptus. & forte si in eadem vrbe est superior, hæc opinio recipienda est; sed si longe is absit, & fugæ periculum esse potest, & notorij delicti non correctio scandalo

esse, aut delinquens compesci aliter non possit; priori locum esse ratio suadet. quæ etiam incompetenti iudici facultatem facit, scandalu obuiandi. Episcopo tamen incumbit, vt ei constet de istis qualitatibus notorij & scandalosi delicti, quia in illis iurisdictio eius fundatur. *Riccius in prax. Reg. decis.* 650. Pro quo decreto *d.c.* 14. Clemens VIII. *Constit. Inc. suscepti, quam refert Piaſ. ibidem.* statuit vt si superior regularis delinquētem extra diocesim Episcopi dimiserit impunitum, eum reuocet puniendum, sub grauissimis pœnis: & nihilominus si id factum non fuerit, Episcopus diœcesis ad quam delinquens migrauit, eum tanquam Sedis Apostolicæ delegatus puniat. Sed an Canonici regulares, qui de mandato suorum superiorum parochiali Ecclesiæ suo monasterio vnitæ seruiunt, si delictum commiserint, curam animarum, aut administrationem Sacramentorum non concernens, poterunt ab Ordinario sed à superiore regulari tantū puniri? Non video quomodo non queant. cum cap. 3. *sess.* 6. generaliter de omni regulari loquitur extra monasterium degentē. prout etiam c. 14. *s.* 23. *de reg.* indefinite loquitur de regulari degente intra monasterium & extra peccante, vt ab Ordinario corrigi possit, si prius is superiorem monuerit, vt corrigat intra certum tempus, & is non fecerit.

4. *Præmonstratenses Relig. in. Pastoratibus degentes quatenus exempti sint.*

Itaque forte Cardinales qui secus videntur respondisse 24. Ianuar. 1603. ad priuilegia † Præmonstratens. Ordin. respexerint, quæ in his specialem istam distinctionem adhibeant, vt hæc generalitati deroget: præsertim cum alias alij regulares non solent tam frequenter ex laudabili causa extra monasterium degere, vt Præmonstratenses Pastoratibus ex instituto suo addicuntur. Vel forte quia in pastoratibus ordini incorporatis cōstituti videntur sortiri priuilegium domus principalis, vt dictum de ijs qui habitant in prioratibus, membris, grangijs monasteriorum. *c. recolentes.* § *. ceterum. de statu monach.* sed id in præsenti recipi non potest, nisi habitentur instar claustri. *c.* 14. *s.* 24. *de reg. Trident. & supra de apostat. numer.* 10. *diximus.* Editum est tamen decretum S. Cong. Concil declaratiuum. *d. cap.* 3. *s.* 6. *quod refert Barbos. ad d. c.* 3. *in Collect. DD.* quo dicitur si regularis egerit in loco, vbi minus quam duodecim sustententur, censeri eos degere extrà claustra, adeoque locum esse cap. 14. *s.* 25. *de reg. Trident.* & loca ordinariæ iurisdictioni omnino subesse.

Certior tamen videtur hæc responsio vt distinguamus si quidem regulares procul à conuentu suo curam animarum gerant locum habeat d. c 3. *sess.* 6. sin autem in conuentu degentes pastorales functiones subeant ipsi Ecclesiæ conuētuali simul & parochiali incumbentes, quatenus eas functiones attinebit, suberunt Ordinario in alijs prælato Reg. & sic accipio etiā Const. Greg. XV. *quam in fin. h. t. recitabo.* sicut exemptus ratione officij coram Ordinario conuenitur. *Clem.* 1. *de testam. c.* 1. *de priu. in* 6. *Trid. s.* 14. *c.* 4. *Ceuall. de rec. p.* 2. *q.* 71. *n.* 7. *q.* 22 *Nigr. de exem. q.* 4. *in prin.* § . 6. *c. volentes in fin. h. t. in* 6.

Sed vtcumque hæc res se habeat, in his partibus possessio habet, vt qui in Cura extra monasterium stant, plenius subdantur correctioni Ordinariæ Sic Illustriss. Nuncius ad Ordinarium Namurcensem remisit ann. 1617. quēdam pastorem can. reg. Præmonstrat. Quod magnam rationem habet, quippe quod non potest bene curæ ab Episcopo prouideri si incorrectam relinquat curionis vitam. quippe populus *Regis ad exemplū componitur.* Accedit quod Honor. III. in bulla exemptionis de beneficiarijs istis statuit, quod Episcopo de spiritualibus, prælatis vero suis de temporalibus debeant respondere.

Et quidem ob singulares dotes, quæ sæpe in Religiosis inueniuntur, quasi in gratiam Eccle-

Ecclesiæ dispensando super eorum statu, à iure permissum est, vt Ecclesias parochiales, Episcopatus, & dignitates, etiam collegiatarum, tamen curam animarum habentes eis conferantur. Tamen Gregor XIII. noluit licere Canonicis regul. Cong. Latera. etiam de licentia sui generalis absque permissu summi Pontificis assumere curam animarum etiam ad tempus, multoque minus beneficium curatum etiam ad tempus. Sic etiam nunc habet praxis curiæ Roman. vt qualescunque monachi, sine dispensatione Papæ beneficia curata obtinere non possint. *Gonçal ad Reg. 8 Canc. gl. 7. n. 48. & seq.*

Nuper tamen diplomate Pontificio quibusdam Conuentibus Canonicorum Reg. S. August. hic permissum est, vt Anachoreticum institutum in hac Ecclesiæ necessitate studijs temperarent, & sacris concionibus, alijsque curæ animarum iuuandæ functionibus se possent impendere. 6.

Exemptio annexi pastoratus, & coru Vicary non exempti.

Porro in collegio quamuis exempto, & soli Sedi Apostolicæ sine medio subiecto, vt est Capitulum Antuerp. vt cum omnibus suis suppositis per literas Alexand. VI. & Adrian. VI. ratione delictorum vbicumque commissorum, contractuum vbicunque celebratorum, bonorum vbicumque sitorum cum omnibus suppositis ab omni iurisdictione Ordinaria, superioritate, correctione, potestate, visitatione, procuratione, precarijs & subuentionibus, synodis prouincialibus, cæterisque: tamen si habet vnitas mensæ suæ Ecclesias parochiales, Episcopi hi sunt in possessione vt pastores eorum vicarij teneantur ab ipsis accipere curam animarum, & institutionem auctorizabilem, præstito iuramento consueto, & comparere in synodis, sicut alij parochi, curati, plebani. Ita pro Episcopo Cameracensi iudicatum contra Capitulum Antuerp. sed in possessorio, vt dixi, relicta quæstione petitorij de qua à S. Cong. & Greg. XIV. in causa Episcopi & Capituli Ant. his verbis respondetur: *qui deputantur à Capitulo ad exercendam curam animarum, prorsus ab Episcopo debent approbari; & suæ subiacere visitationi & correctioni tam in Ecclesijs vnitis, iuxta c. 7. s. 7. quam alijs curatis, iuxta cap. 11. s. 25. de Reg.* vlterior huius quæstionis decisio ibi non est, sed plurium aliarum, quæ simul *Sup. de offic. ordin. num. 20.* à nobis traduntur, quia simul controuersæ & decisæ fuerunt. Quod si Episcopus autem est in possessione visitandi, aut iudicandi exemptos, an habere censendus sit iurisdictionem? negat Diana. *p. 3. t. 2. r. 134. Vid. d. consult. 3.* præsertim si visitans aut iudicans non assumpsit expressitque qualitatem ordinarij. cum tam sacri canones, quam Concilium Trident. multos casus expresserit, in quibus Episcopi tanquam sedis Apostolicæ delegati visitare, & iudicare possunt exemptos. v. g. in materia clausuræ moniales. *c. 5. s. 25. de Reg. Trid.* Eadem tamen S. Cong. *apud Pias.* censuit *his verbis, Petentibus Iesuitis an parochia Toletana in monasterium erecta & vnita eorum collegio gubernari possit à deputato ab ipsis, modo sit approbatus ab ordinario? censuit, posse.* & iterum; neque Vicarios perpetuos neque temporales posse ab Ordinario poni in monasterijs quibus cura imminet animarum, vel à principio vel ratione annexionis, sed tantum à superioribus eorum, præuio tamen examine ipsius Ordinarij iuxta præscriptum decreti Conc. *s. 25. c. 11.* Compellũtur tamen exẽpti ab Episcopo tot & tales adiungere qui ad exercitium curæ sufficiant, *Trid. s. 21. c. 4.* qui ad synodum Episcopi etiã venire tenẽtur. *Pias. ib.* 7.

Rursus qui exẽpti sine Episcopo nõ possint facere.

Præterea regulares exempti † nec Ordines recipere possunt nisi ab Ordinario: *extat constitutio Clemen. VIII. relata à Pias.* nec positionem primi lapidis, consecrationem Ecclesiæ, altaris, cæmiterij *Leo X. in d. constit.* nec ædificare nouum monasterium nisi de licentia Episcopi. *sess 25. cap. 3. de reg.* qui in concessione sub pœna nullitatis omnium agendorum

seruare

seruare debet constitutionem Clementis VIII. *Inc quoniam, quam habet ibid. Piaſ.* nec oratoria priuata ædificare niſi deſignata ab Ordinario. *Trid ſeſſ.22 de celebr Miſſ.* (Quo decreto derogatum credit priuilegio regularium Sixti IV. de celebrando quocumque loco in altari portatili, *Piaſ. ibi.*) nec indulgentias publicare. *ſeſſ.21. cap.9.* nec quæſtuationes facere, niſi oſtenſa Epiſcopo ſuperiorum licentia, *Piaſ. ex Cong. Conc.* nec inuito Epiſcopo immoderatas, vel pro conuentu extra diœceſim exiſtente. quin & ne exigant niſi quorum licentiam probauerit Epiſcopus, prohibere poteſt *poſt M. Anton Genuen. Piaſ. ibid.* Exempti præterea ab Epiſcopo coguntur ad contributionem ſeminarij, *ſ.23. c 18.* exceptis mendicantibus. Quorum nomine quinam intelligantur declarauit Pius V. *cuius conſtitutionem refert idem Piaſ. ibid. & aliam qua* idem Pontifex declarauit Patres Societatis IESV, inter ordines Mendicantium referendos, *& aliam qua* idem decretum de ordine Minimorum S. Franciſc. de Paula, *& aliam* de Cong. Ieſuatorum: & denique Clemens VIII. idem declarauit de Carmelitis Diſcalceatis.

Inſuper exemptus contra interdictum ſepeliens non abſoluitur niſi arbitrio Epiſcopi. *Clem. 1. de ſepult.* & punitur ab eodem pro delicto ante ingreſſum religionis commiſſo. *Piaſ. ibid.* Renunciatio bonorum ante profeſſionem debet fieri conſulto Epiſcopo, & non ſecuta profeſſione, Epiſcop. ad omnium reſtitutionem regulares etiam per cenſuras compellit. Trid *ſ.25. c.16. de reg.* Quæſtio validitatis profeſſionis etiam ad iudicium ſpectat Epiſcopi cum ſuperiori regulari. *ibid c.19.* Eccleſiæ Cathedrali omnes regulares honorem præſtare debent, *Leo X. in d. Conſtit.* & Epiſcopo reuerentiam exhibere: qui & in eorum Eccleſijs Pontificalibus inſignibus vti poteſt, *Clem. vn. de priuil.* & ſpeciatim baldachino *ex declaratione Cong. Conc. relata poſt Quar per. Piaſ. ibidem.* Vbi Epiſcopo contra contumaces licet vti cenſuris, Abbates etiam exempti debent reuerentiam præſtare Epiſcopo, quam etiam in confirmatione & benedictione ei iurant, *c. ne Dei Eccleſia, de Simon.* Generatim etiam priuilegia exemptionum non vlterius detrahunt iuriſdictioni Ordinarij, quam diſerte exprimant, & eatenus ceſſant quatenus ſunt præſcripta in toto, vel in parte. vnde Greg. XIII. & Sixtus V. aliique deinceps in ſuis confirmationibus vtuntur ea clauſula *quatenus ſunt in vſu.* Ad extremum, quamuis exempti ab Epiſcopo excommunicari nō poſſint, præterquam in caſibus in quibus Conc. Trid. eorum exemptiones vult ceſſare; *c. vlt. ſeſſ.25. de reg. Bulla Pij V. incip. in principis, ann. 1565. 24 Februar.* tamen in caſibus in quibus à iure excommunicantur, citari poſſunt, & declarari excommunicati, & vitandi. *d. Clemen. V. de priuil. Felin. in c. non poteſt, n.3 de re iud.*

8\. *Caſus 28. ceſſantes iure communi exemptionis.* Denique iure communi exempti Ordinario ſubijciuntur (vt videre eſt apud Philip. Nigri *de exempt. can. tota q. 4. princ.* & nepotem Carolum Leſpinoium *ſingula latius explicantes*) 1. ratione delicti, contractus, aut rei. *cap. volentes 1. extra de priuil.* quod innouatur in Concil. Trident. *ſ.7. c 14.* 2. Ratione non exemptæ capellæ aut prioratus quem exempti poſſident *c ex ore de priuil. d. c. volentes in fin.* 3. patroni Eccleſiæ parochialis quoad aſſignandam portionem Canonicam. *c.1. de preb. in 6. c. de Monach. ext eod. Clem. 1. de iur. patron.* 4. decimas parochijs debitas ſoluere detrectantes. *cap. ſtatuto §. diœceſani de decimis in 6.* 5. Mendicantes qui vna campana contenti eſſe iubentur, ſi plures habeant. *c. quia cunctos de off. cuſt. in extr. comm.* 6. Res hoſpitalium & piorum locorum male adminiſtrantes. *Clem. quia contingit de Relig. dom.* de quo nunc Trid. *ſ.7. c.15. ſ.22. c.8. & 9. ſ.25. c 8.* Et Conſt. Gregor. XV. regulares etiam male adminiſtrantes iudicio Epiſcopi amouendos decernit. 7.

exe-

executores testamentorum. *Clem. vn. de testament.* 8. exempti ratione loci, si sint extra locum exemptum *c. cum capella de priuil.* 9. quæstibus faciendis se ingerentes sine literis Papæ aut Ordinarij. *Clem. vn. §. fin. de pœnit. & remiss. c. vt officium §. compescendi de hæret. in 6.* sed hos quæstores melius compescuit Conc. Trid penitus abolendo. *f. 21. c. 9.* (Formula autem litterarum Papalium habetur *in c. ex eo ext. de pœnit. & remiss.*) 10. hæretici. *c. ad abolendum de hæret. ca per hoc eod. in 6. cap. irrefragabili §. excessus de off. ord. Clem. attendentes de stat. mon. Clem. cum ex eo de sent. excom.* 11. falsarij litterarum Papæ, ab Episcopo degradantur *c. ad falsariorum de crimine falsi c. degradatio de pœnis in 6.* quod de omnibus criminibus ad degradationem pertinentibus intellige 12. coram Ordinario in dicendo testimonio delinquentes. *l. 1. D. si quis in ius vocatus.* 13. tempore interdicti extra casus permissos, vel manifestos vsurarios, excommunicatos, &c. sepelientes. *Clem. 1. de sepult. c. cum & plantare § excommunicatos extr. de priuil.* 14. qui clādestinæ desponsationi intersunt. *c. cū inhibitio de Clandest. despons.* 15. aliena matrimonia solemnizant. *Clem. 1. de priuil.* 16 extra facultates iuris aut priuilegiorum absoluunt. *d. Clem. 1.* 17. sacramentum Eucharistiæ vel vnctionis administrant. *d. Clem. 1.* 18. grauiter peccant, & de fuga suspecti sunt, vt apprehendi & suo deinde superiori tradi possint. *Auth. de defens. ciuit. §. audient. colum 3.* si tamen Iudex proprius prompte prouidere non possit. 19. abutentes tenore priuilegiorum, & temere Episcopalia percipientes. *c. c[illegible] & plantare § de confratribus. vers. quod autem ext. de priuil.* 20. moniales nulli nisi sedi Apostolicæ subiectæ & canonissæ in pannis sericis, variorum foderaturis, sandalicijs, comatis & cornutis crinibus, scacatis & virgatis caputiolis, alioque corporis habitu indecenti vtentes. *Clem attendentes de stat. mon.* & generalius nunc omnes Ecclesiastici honestum habitum ordini & dignitati suæ congruētem non deferentes ex Conc. Trid *f. 14. c. 6.* 21. Moniales intra modestiæ limites & clausuræ compescuntur. *cap. 1. §. fin. de stat reg. in 6. Trident. sess. 25 cap. 5. & 9 de reg.* 22 contra tenorem priuilegiorum vacantia beneficia sui patronatus mensæ suæ applicantes, aut pensionibus grauantes. *Clemen. vn. §. eadem de suppl. negl. Prælat.* 23. qui delegato pro caussa exempti negligente in crimine perseuerant. *c significauit de officio Ordinarij.* vnde Conc. Trid. generatim disponit *c 1 sess. 25. de reg.* 24. quando accessus est difficilis ad Papam & exempti rempublicam aut priuatos offedunt, *Card. in Clem. 1 quæst. 3. de off. ord* 25. generali interdicto exempti comprehenduntur. *Clem. 1. de priuil. c. in Lateranensi ext. de prabendis c cum inter vos de consuet.* 26. generali casus episcopalis reseruatione priuilegiarijs confessarijs manus ligantur. *Card. in Clem dudum § per huiusmodi in verb. concessa de sepult.* 27. in loco exempto Episcopus benedicit, diuina audit, & facit, ac Pontificalia exercet. *Clem. Archiepiscopo. vers. simili de priuil.* 28. Episcopus sede pulsus si minori cum periculo potest in loco exempto, petita, quamuis non obtenta, Abbatis licentia, pro tribunali sedet, & ius dicit. *Clem. vn. & ibi gloss. in verb. aut eorum de foro competenti.*

Iure autem Conc. Trid. quando exempti Ordinarijs subsint, potissimum iam enarrauimus: *Azor. Inst. mor. l. 12. cap. 18.* eos casus inter alia Concilij decreta recitat, & *Ceual. breuis cessantis en epitome de Recurs. p. 2. cap. 71.* casus 17. sic complectitur: primus *in cap. 2. sess. 5. Conc. Trident.* est vbi exempti, qui animarum curam exercent, tenentur in certis anni temporibus, per se, vel per alios, populum sibi commissum pascere salutaribus verbis. Secundus casus est, respectu correctionis, & visitationis *vt in d c. 3. f. 6. & in c. 4. f. 14.* Tertius in casibus ciuilibus mercedum, & miserabilium personarum, vt *in cap. 14. sess. 7.* Quartus, ratione examinis, *vt in* *Casus 17. Co. Trid. exempt.*

vt in cap.13.sess.7. Quintus in approbatione ad beneficia curata per concursum *vt in c.18.s.24.* Sextus in visitatione per annos singulos, *vt in c.8.sess.21.* vbi non viget regularis obseruantia. Septimus quando superior est negligens, post monitionem, *vt in d.c.8.sess.21.* Octauus, subduntur Ordinario hospitalia laicorum exempta, respectu visitationis *vt in ca.8. s.22.* Nonus, quoad collationem Ordinum *c.10.s.22.* Decimus, vt veniant ad Concilium, *vt in c.2.s.24.* Vndecimus, ratione visitationis, & correctionis *vt in d.c.9.s.24.* Duodecimus in causis matrimonialibus, & criminalibus, *vt in c.20.§.ad hac sess.24.* Decimus tertius, quoad clausuram sanctimonialium, vbi violata fuerit, restituendam, vbi inuiolata, conseruandam. *cap.5.s.25.de regul.* Decimus quartus, quoad confessiones audiendas *c.15.s.23.* Decimus quintus, quoad prædicationem *c.2.s.5.& c.4.s.24.* Decimus sextus, quoad processiones publicas *cap.13.sess.25.* Decimus septimus quoad festa & interdicta *cap.12.s.25.de reg.* & refert nouem casus Cenedo *in suis quæstionibus canonicis c.26.num.7. vsque ad 35.* Quibus adde casum indecentis habitus *s.14.c.6* & explicatius *c.14.s.7.* vt quicumque exempti sæculares & extra monasterium degentes regulares qui iudicem certum non habent, tenentur in ciuilibus causis respondere coram Ordinario (sicut & in criminalibus ex *d. cap.3.sess.5.*) si autem Iudicem habent non item: excepta mercedum causis & miserabilium personarum.

19. *Exemptio à Greg. XV. limitata.* Tandem Gregor XV. præd. Const. Inscrutabili diuersa capita circa exemptos sanxit quæ visum est hic inserere.

Circa administrantes curã animarum, aut sacramenta. Vt deinceps inquit tam regulares, quam seculares, quomodolibet exempti, siue animarum curam personarum secularium monasterijs, seu domibus regularibus aut quibusuis alijs Ecclesijs vel beneficijs siue regularibus siue secularibus incumbentem exerceãt, siue alias Ecclesiastica sacramenta aut vnum ex illis ministrent præuia Episcopi licentia, & approbatione, siue quoquo modo in dictæ curiæ exercitio, aut in eorumdem sacramentorum, vel alicuius ex illis administratione de facto absque vlla authoritate se ingerant: in his quæ eiusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimodæ iurisdictioni, visitationi, & correctioni Diœcesani Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ delegati plene in omnibus subijciantur. S tamen Cong. probante Vrbano VIII. *apud Barbos. in Collect. DD. ad Conc. Trid. ad c.11.s.25.de reg.* declarauit non comprehendi nisi eos regulares, qui sæcularibus sacramenta ministrant. nec Episcopo competere altaria visitare quæ non seruiunt curæ secularium aut confessionalia, vbi non audiuntur confessiones secularium, in exemptis: nec in eiusdem constitutionis vim præscribere, vt in certis locis, aut temporibus, aut certarum personarum confessiones audiant, aut alias illorum in ministrandis sacramentis priuilegia restringere.

Peccantes circa personas intra septa degẽtes, clausurã, administrationem bonorum monialiũ. Ad hæc tam regulares, quam sæculares, huiusmodi nullis priuilegijs aut exemptionibus tueri se possint, quominus, si deliquerint circa personas intra septa degẽtes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem monasteriorum monialium, etiam Regularibus subiectarum, ab Episcopo loci similiter, tamquam ad hoc Sedis Apostolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri & corrigi valeant.

Cõfessores monialiũ. Confessores vero siue regulares, siue seculares, quomodocumque exempti, tam Ordinarij, quam extraordinarij ad cõfessiones monialium, etiam regularibus subiectarum, audiendas nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant. Et S, Cong. probante Vrbano

bano

bano VII. aliquas declarationes addidit 1623. quas post. A Riccium *in decis. Neap. dec. 244.* *refert* Barbosa *in Collect. DD. ad Concil. Trid. s. 25. de reg. ad c. 10.* & singulatim generalem approbationem non sufficere, sed requiri specialem ad audiendas moniales; & speciatim in vno concessam non extendi ad aliud; nec pro vna vice ad alteram; & amotionem, etiam citra declarationem causæ, fieri posse. vbi & subiungit quam scrupulosè versari permittat confessarios monialibus infirmis viaticum & vnctionem ministrantes, vt post hanc etiam ad eas reuerti vetet: quod hic sanè non seruatur: sed dum forte tentari adhuc possunt, & iuuant & solantur; & ad scrupulos superuenientes sæpius adhuc sacramentaliter absoluunt.

Sed & Administrantes bona ad eiusmodi Monasteria sanctimonialium, vt præfertur, etiam regularibus subiectarum, pertinentia, siue regulares extiterint, siue seculares, quomodolibet exempti, Episcopo loci, adhibitis etiam superioribus regularibus, singulis annis rationes administrationis, gratis tamen exigendas, reddere teneantur, adidq; iuris remedijs cogi & compelli queant. *Earundē bonorum administ. Rationes.*

Liceatq; Episcopo, ex rationabili causa Superiores regulares admonere, vt eiusmodi Confessores, atq; Administratores amoueant: iisq; Superioribus id facere detrectantibus aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & Administratores amouendi quoties & quando opus esse iudicauerit. *& Amotiones.*

Ac similiter possit Episcopus, vna cum Superioribus regularibus, quarumcumq; Abbatissarum, Priorissarum, præfectarum, & præpositarum eorundem monasteriorū, quocumq; nomine appellentur, electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere; absque vlla tamen ipsorum monasteriorum impensa. *Electiones Abbatissarum & præfectarū monial.*

Ac demum habeat Episcopus, tanquam dictæ sedis delegatus, authoritatem coërcendi, ac puniendi quoscumq; exemptos, tam seculares, quam regulares, qui in alienis Ecclesijs, aut quæ suorum Ordinum non sunt, absq; Episcopi licentia; & in Ecclesijs suis aut suorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipso contradicente, prædicare præsumpserint. *Prædicationes.*

Ita vt Episcopi in supra scriptis casibus, & in prænominatas personas, in præmissis omnibus, & singulis, aut circa ea quoquo modo delinquentes, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, vti eiusdem Sedis delegati, procedere, omnemque iurisdictionem exercere libere, & licite valeant. *In prædictis delinquentium punitiones.*

Priuilegijs per Conc. Trid. expresse reuocatis, an quasi resuscitatis per Pij V. Bullam *& si mendicantium* nec reuocatis per Greg. XIII. nisi quoad forum externum, & constitutiones scriptas, non oracula viuæ vocis, quæ non expressit, discertant aliqui: *vide Dianam p. 3. t. 2. r. 59.* sed rectius negatur. vbi etiam quam adferr ex Portel. dubia videtur interpretatio clausulæ, hodie inseri solitæ confirmationibus priuilegiorum, *dummodo sacris canonibus & Concil. Trid. non aduersentur*: quasi sacri canones ibi accipiendi sint pro canonibus eiusdem Concilij, non vero alijs, qui sunt iuris communis. nam repugnare videtur modus ille loquendi *sacris canonibus & Concilio*, & virtus voculæ, *&*, esse, vt coniungat diuersa. præterquam quod & Concilium Trid. *s. 25. c. 18* decernit sacros canones exactè ab omnibus, & quoad eius fieri poterit indistinctè obseruandos: vt Concilio aduersari videatur, qui veteres canones neget obseruandos, saltem quoquo modo à Concilio Trid. renouatos.

Quamquam concessum à Principe beneficium deceat esse mansurum. sicut tamen eius est legem interpretari, derogare, abrogare qui condidit: ita in eiusdem est potestate priuilegium, qui dedit, auferre. quod qualiter accipi, fieriue debeat, tetigimus in *Notitia iuris Belgici in Introductione.*

Exemptio cleri Leodiensis an per Conc. Trid. sit reuocata diximus *in Consult. canon. h. t. consult* 2.

De habitatione etiam & priuilegijs mendicantium per Ordinarium non impediendis, in locis ab hæreticis occupatis, vbi illi olim conuentus habuerunt, latius diximus. *h. t. consult.* 5. & de eorum priuilegijs quoad audiendas confessiones, & habendas conciones. *consult.* 7.

DE PVRGATIONE CANONICA.

HOdie satis obsoleuit huiusmodi purgatio: etsi ex iure diuino fluxisse videatur, ad exemplum mulieris quam zelotypus vir suspectam habebat, cui sacerdos aquam imprecationibus infectam porrigebat.

In iure etiam ciuili illius indicia exstant *in § si quis autem Nou. 125. vt litigantes. L. fin. C. de abol. L. eos. in fin. C. de vsur.*

1. *Non omnino hodie cessat.* Non omnino † tamen abrogata est purgatio; sed in curijs Ecclesiasticis eius adhuc vsus, etsi rarior, superest. *Damhoud. in prax. crim. hoc tit.* Riccius *in prax. decis.* 680. purgationem in solo crimine hæresis ait frequentari: cuius formam etiam late tradit Fran. Leo. *in thes. for. Eccl. tit. fin in fin.* Ioannes Dux Brabant. *ann.* 1312. in Tabulis legum Brabantiæ, quod ius perpetuum fore addixit, sanxit huiusmodi purgationem cum duobus compurgatoribus. si quis autem foret extraneus, is iuraret se innoxium; & compurgatores inuenire non posse. Concordata Hannoniæ *inita inter Episcopum Cameracens. & Consiliarios Comitis 2. Mart.* 1441. dicunt, quod in casu vehementis suspicionis, aut notoriæ diffamationis deficiente probatione Officialis poterit indicere modo consueto purgationem. Quæ etsi, vt dixi, non tam frequens, non tamen inutilis, deficiente probatione, & non infamia, saltem in materia hæresis; præsertim vbi accusator aliquis non esset, *c. nos inter. de purg. Can.* maxime quoad personas Ecclesiasticas, quæ in dignitate sunt aut officio cui cura animarum incumbit: cui ea propter minus possunt satisfacere; dum fructum facere non posse videntur apud eos, quibus etsi mali esse probari non possunt, non sunt tamen extra suspicionem mali. quales nonnulli nec indocti, præsertim si quadantenus sua culpa inciderint in suspicionem, etsi quoad rem ipsam innocentes sint, loco mouendos arbitrantur. quod ego † non existimem. potissimum cum id in iure decisum non inueniam, sed econtrario

2. *Suspecti nō conuicti nō amouendi ideo.* neminem loco aut dignitate priuandum, nisi id in iure decisum sit. neque suspicionem dedisse pro facto sufficiat. 2. quæst. 5. in can. omnibus, ver. (Ipse sacerdos si suspiciosus, aut incredibilis suo Episcopo, aut reliquis suis consacerdotibus, siue bonis & iustis de suo populo, vel hominibus de sua plebe fuerit, ne in crimine aut suspicione remaneat, se purgatum reddit cum 3, aut 5.) Vbi etiam facta purgatione loco restituitur, vt & in c.

in c. *Mennam*, *c. presbyter. ibid.* & dicitur eam dignam esse satis factionem, qua restitui debeat quod se purgauerit. *cap. inter ext. de purg. Cano.* Neque de omnino innocentibus sermo tantum est, sed & de illis qui culpam commiserunt, vnde occasio nata est vt in suspicionem laberentur. *ibid. c. quoties, d. c. inter,* vbi decanus ob culpabilem familiaritatem hæreticorum suspectus, suspensus, purgatus, loco restitutus, & concionari rursum iussus. Vnde Panorm. notat *ibid. num. 2.* purgationis effectum esse, absolui, & in pristinum statum restitui, *d. c. inter.* purgatus restitutus deinceps ita viuat, vt infamia vertatur in bonã famam: ideoque si quis putat remanere scandalum post huiusmodi purgationẽm, sciat id non esse scandalum pusillorum, sed Pharisæorum vt in *c. cum in iuuentute extr. de præsum.* Pontifex nec Regi Hungariæ postulatis cessit, vt amoueret diffamatum, cum non ex radice charitatis eius suggestio procederet. *vbi Panor. not. 1. num. 1.*

Numerus autem compurgatorum diuersis hic atque illic legitur, & pro iudicis religione arbitrarius habetur. Sane *cap. qui presbyterum 17 quæst. 4.* libero homini qui presbyterum occidit, 70. Compurgatores (nisi legendum sit 12. vt alij codices habent) valde grauem numerum præscribit: prout etiam mirandum est quod seruo expurgationem super 12. vomeres feruentes indicat. quæ est purgatio vulgaris, ab Honorio III. damnata. *cum vltum. extr. de purg. vulg.* Porro vsus passim olim videtur obtinuisse, in iudicando, vt taliter se purgantes promotori teneantur ad expensas, siquidem ipsi caussas culpabiles suspicionis dederint: hæ enim mereri condemnationem expensarum videntur, vel solidarum, vel partis, pro ratione scandali ex actibus culpabilibus, solitis delictum comitari, seu præcedere, nati. Vt idipsum cautum nunc est in statutis Curiarum Ecclesiasticarum Prouinciæ Mechlin. 12. Octob. 1617. decretis. Sic anno 1617. à Concilio Brabant. absolutus est N. ab impetitione procuratoris generalis, quæ tendebat ad priuationem officij, aliamue castigationem; & monitus tantum per sententiam imposterum melius se gerere: condemnatus tamen in expensas. Sed in Concord Hannoniæ cum Episcopo Camerac. ann. 1449 decernitur, ne quando reus, etsi per purgationem absoluitur, expensas vllas luat. Quod & ipsum non esse extra rationem videbitur ei qui legit. c. vlt. Diaz. *pract. can. & ad illum Lopez.* si absint circumstantiæ per se punibiles. 3. *Numerus compurgatorum.*

Certe *L. diuus 6. De custod. & exhib. reor.* eum qui ex officio quem perperam detulit, nisi per dolum & iniuriam fecerit, excusatum dimittit, propter officij necessitatem. expensas tamen absolutus ei non reficit. *Vide Farin. Crim. lib. quæstio. 16. de accusat. numer. 15. cap. sequent.*

DE POENIS.

NOn omnes virtutis amore, sed quamplurimi formidine pœnæ in officio continentur; nam:

> *Districtus ensis cui super impia*
> *Ceruice pendet, non Siculæ dapes,*
> *Dulcem elaborabunt saporem.*

Igitur Ecclesia, vt sacram politiam ab improbitate tueatur; remedium sumere cogitur, à quibus maxime abhorret, à pœnis scil. est enim mater pia & misericors.

I. Itaque in iudicijs † Ecclesiasticis, excommunicationis, suspensionis, interdicti, ac degradationis actualis, vel verbalis pœna frequentatur: vsurpatur etiam carcer, detrusio perpetua vel temporalis in monasterium; verbera, bannum seu relegatio, damnatio ad triremes, priuatio, installatio, seu publica ad infamiam criminosi in theatro aut columna ostentatio: (quam moribus nostris Bus. *ad l. ictus D. de his qui not. inf.* asserit infamiam irrogare:) seu deductio per plateas, vel processiones cum tæda & in lineis tantum vestibus, vel depictis cum colis, aut alijs hieroglyphicis ac indicibus criminum, deniq; mulcta seu pœna pecuniaria. quam Concil. Trid. *sess. 25. cap. 3.* eo ipso quo exacta fuerit, applicari vult pijs vsibus: vt ne quidem merces Vicarij & officiariorum Curiæ inde desumi debeat. *vt post M. Ant. Gen. declarasse refert S. Cong. Pias p. 2. c. 4. num. 97. Riccius in prax. pæn. dec. 340.* Edictum porro Principum nostrorum de festis, requirit in condemnatione nominatim exprimi vsum pium, cui addicatur mulcta, ob festa violata, inflicta. Sed neutrum praxis hic seruat, credo ob exilitatem dotium episcopalium in Belgio. quo casu præsertim etiam mulctas Episcopi vsibus vel eleemosynis iudex retinere potest. *Felin. in cap. irrefrag. de off. ord. Quar. V. pœna pecuniaria,* vbi tutius tamen putat recurrere ad Sacr. Cong quod omnino necessarium asserit Riccius *in prax. pœn. dec.* 340. Enimuero *ex cap presbyteri, extra de pœnis ca. postulasti, de Iudæis,* edocemur, iudicem Ecclesiasticum pecuniariam pœnam indicere posse: quippe iudici cuilibet mulctæ dicendæ ius est, cui publicum est iudicium. arg. *l. 2. D. si quis ius dic. non obt.* quod moribus hodie obtinere, asserit Bus. *ad l. 2. D. de ind.* sed d. c. certo pio loco erogabatur, quod cũ fit vel in ipsa Gallia Senatusconsultis approbatur. *Chopp. de sac. pol. l. 2. tit. 3. num. 9. & S. Card. Congreg. censuit, vt sup. de off. Ord. nu. 9. diximus.* Sæcularis iudex fisco mulctam applicat, vt Concilium Brabant. non nisi 20. flor. alio deriuare posse dicatur. Ad extremum pœna arbitraria est, vbicunq; ius nominatim non exprimit, ac praxis vbique fere omnes arbitrarias fecit,

Pœna Ecclesiastica.

Degradationis pœna minori nunc ceremonia quam olim imponi potest. Trid. s. 13. c. 4. Vnde c. degradatio *ext. de pœnis in 6.* etiam in Gallia non seruatur, quoad numerum Pontificum. *Bugn. leg abr. l. 6. coll. 90.*

2. Loquitur dict. *sess. 13. cap. 4.* de degradatione † actuali, quæ clericum priuat officio omni, & beneficio clericali, & quæ est præparatoria ad pœnam, pro qua tradendus sit iudici sæculari: in ea enim opus fuit olim consensu Episcoporum, in criminibus præter hæresim, in qua sufficit aliorum Prælatorum; qui neutri requiruntur in degradatione verbali. quæ nomine clerici non priuat, adeoque sic tantum degradatus viuere debet iuxta prius suum institutum. *Menoch. de Arb. l. 2 cap. 415. nu. 10. vsque ad 18. clarius L. Mol. de Iust. tract. 3. disp. 49. nu. 13. & 14.* Vbi & quomodo huiusmodi degradationes fieri debeant latius dicitur. Vt & apud Barbosam *de off. episc. alleg.* 110. vbi huiusmodi atrocia enumerantur etiam ex nouis Pontificum constitutionibus. Porro olim in episcopi degradatione 12. episcopi, 6. in diaconi, aut subdiaconi, 3. requirebantur, solus enim episcopus sacerdotibus, alijsque ministris honorem dare poterat, solus auferre non poterat, ijdemq; collegæ causam simul cognoscebant, decidebant, & exequebantur. *c. si quis c. felix. 15. q. 7.* tametsi antequam subdiaconatus inter sacros ordines esset relatus, subdiaconi potuerint, vt & reliqui inferiores, à solo episcopo condemnari, *c. si autem in fin. ibid.* Porro Concilium Trident. *d. c. 4. s7.*

Degradatio.

Episco-

Episcopo nunc permittit non tantum per se, sed & per vicarium generalem procedere ad condemnationem, & verbalem depositionem; & per se ipsum ad actualem, & solemnem degradationem, adhibitis tot Abbatibus pedo, ac mitra insignitis, quot opus esset Episcopis: aut si illi in diœcesi non reperiantur, tot personis in dignitate ecclesiastica constitutis, quæ ætate graues, ac iuris scientia commendabiles existant. quæ adiectio eo facere videtur, vt huiusmodi Prælati non tantum ad solemnitatẽ facere videantur, sed etiam ad probandum ordinariorum iudicium. vt veteres canones quos diximus diserte exigebant. tametsi quidam citati apud Barbosam *in collect. D.D. ad Conc. Trid. d.c.4.§.13.* huiusmodi assistentes nec coniudices nunc, nec assessores esse; sed tantum adhiberi ad solemnitatem censeant. Prælati porro Episcopis inferiores iure communi degradandi suos facultatem non habent. sed nec Episcopi nondum consecrati. quippe qui dare nondum possunt honorẽ, minus auferre valeant. *cit. ibid.* quod rursus intelligendum est de actuali degradatione. nam verbalem facere possunt Episcopi confirmati. cum tunc possint quidquid est iurisdictionis: quod autem est ordinis; demum cum sunt consecrati.

Priuatio † non nisi vbi in iure exprimitur, imponi potest, & à sententia priuationis appellans interim resignare potest, tametsi post sententiam alteri collatum esset beneficium. quod pro indubitato practicari in Curia Romana post Genuen. habet *Pias. p.2. ca.4. num.96.* Enimuero iudex nec in seueritatem declinare nimium, ne crudelis audiat; nec in benignitatem, ne mollis; debet. *turbatus præ ira oculus*, inquit D. Bernardus *lib.2. de Consid. cap.12. nil clementer intuetur, suffusus fluxa quadam & muliebri mollitie animus rectum non videt: non eris innocens, si aut punias eum, cui forte parcendum esset, aut parcas ei, qui fuerat puniendus.* Ne autem iudices facilius in rigorem declinarent, prouide sanxit Pius IV. *const. inc. cupientes, quam refert Quar. v. de benef. priuat.* ne ipsi iudices, eorumue affines, aut familiares ea beneficia, quibus alij priuentur, obtineant. 3. *Priuatio.*

Enarrat Azor. *Inst. Mor. p.2. l.7. c.17.* crimina † quæ priuationem ipso iure inducunt, etiam ex Constit. Pontificijs recentioribus, quæ non sunt apud Rebuffum in praxi beneficiaria, aliosq; priores scriptores. (Non tamen vsu seruatur quod de periuro scribit Rebuff. & certe periurus non est ipso iure beneficio priuatus, sed priuandus & de stylo curiæ non ob aliud periurium, quam Iudiciale priuatur. *Garz. de benef. p.11. c.10. n.169.*) 4. *Illam quæ crimina inducũt ex nouo iure.*

Imprimis est retentio † plurium beneficiorum incompatibilium *ex Trid. §.24. cap.17. §.7. c.4. c 5.* 5. *Retentio incompatib. benef.*

Secundo *ex Const. Pij V. inc. intolerabilis, quam habet Nauar. in suo man. cap.24. num.110. Flam. Paris. in Trac. de Consid.* Confidentia † beneficialis quam vsus nondum recepit, extra Italiam in Gallia, Charond. *Resp. l.7. cap.190.* neque hic vltra quam ex priori iure inhibitum elicitur. 6. *Confidentia benef.*

Tertio ex Const. Greg. XIII. *Incip. ab ipso*, datio, receptio, promissio alicuius pro obtinenda gratia vel iustitia apud sedem Apostolicam, & in ijs consilium, auxilium, mandatum, quod non porrigitur ad alias Curias, sed restringitur ad Romanam.

Aliud crimen est ex eadem Gregor. Const. omissio † publicationis resignationis beneficij, iuxta formam ibi præscriptam, quæ irrogat priuationem aliter resignanti. 7. *Omissa publicatio resignationis.*

Insuper ex Constit. Sixti V. *Incip. sacrosanctam* non delatio † habitus, tonsuræq; clericalis, aut militiæ conuenientis.

Ex

8. *Habitus incopetens.* Ex Const. eiusdem Sixti V. *Incip sanctam*, ministratio † suspensorum ob ordines male susceptos.

9. *Ministratio male ordinati.* Qui autem sint † effectus priuationis ipso iure irrogatæ, idem Azor. habet *ibid. qu.* 2. & singulatim, an qui ea crimina commiserint, in conscientia sua beneficia sine vlla iudicis declaratione dimittere teneantur.

10. *Qui effectus priuationis talis.* Capite porro 18. idem Azor. enarrat † crimina, ob quæ quis iudicis sententia priuari possit. Non enim priuatio imponi potest nisi in iure decisum sit vt diximus. Eo in genere est concubinatus incorrigibilis, scilicet, post monitiones. *iuxta Concil. Trident. sess. 25 cap. 24.*

11. *Priuatio irroganda ex nouo iure.* Maledictum publicum & post monitiones in Deum & sanctos. *ex Later. vlt.*

Retentio beneficij residentiam requirentis cum alio simili *Trid. s. 7. c. 4.*

Obstinatio permanentis per annum in excommunicatione aut inobedientia. *Trid. s. 25 c. 3. ad fin c. cum bona, de atat. & qual ord.*

Sodomia frequens. *ex Const. Pij V.*

DE POENIT. ET REMISSIONE.

SI *quoties peccant homines, sua fulmina mittat*
Iupiter, exiguo tempore inanis erit

Orbis, Misericordia Domini quia non sumus consumpti. Sed non vult Deus mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, pœniteat, inquam, & remissionem ac indulgentiam accipiat. Sic & Ecclesia obsecrat, increpat, quamdiu

Videt laborantes in vnum
Penelopen, vitreamq; Circen;

Virtutes, inquam, & vitia, vt præmijs & pœnis moueri adhuc peccator possit, qui alioquin cum in profundum venit, contemnit; tamdiu, inquam, Ecclesia seueritatem benignitate temperat, vt tam pœnitentes remissione ac misericordia alliciat, quam infractos austeritate reprimat. Et propterea rectè dicitur pœnitentias omnes hodie esse arbitrarias: eoque citantur permulta iuris loca, *vt in c. de hu. 50. dist. c. si monachus. 90. dist. c. tempora. 26. q. 6. & ibi. gloss. in c quem pœnitet. c mensuram. de pœnit. dist 1. & c. significauit. & c. Deus. qui x. de pœnit.* & c. omnis *vtriusq; sexus h. t.* sacerdotem requirit discretum, & cautum; vt more periti medici superinfundat vinum & oleum vulneribus sauciati. vnum foueat, alterum mordeat. verum de hac re amplè Concilium Trid. de foro pœnitentiali quidem. *s. 14. c. 8. §. debent sacerdotes Domini quantum spiritus & prudentia suggesserit pro qualitate criminum & pœnitentium facultate salutares, & conuenientes satisfactiones iniungere. & cap.* in foro autem externo *sess. 13. cap 1.*

Eam ob causam leuiorum criminum absolutio cuilibet sacerdoti qualificato committitur, grauiorum scelerum remissio Episcopo vel Papæ reseruatur; vt difficultas absolutionis, offensæ intensionem indicet.

1. *Casus reseruati.* Casus † Pontifici reseruati recensentur in Bulla Cœnæ Domini, quam ad longum habet Pias. *in prax. p. 2. cap. 1.* vbi insuper & 42. casus refert Papæ reseruatos, desumptos tam

tam ex iure communi, quam diuersis extrauagantibus, à quibus nullus confessarius sine speciali facultate absoluere potest. Verum bulla cœnæ an casuum reseruatorum absolutiones priuilegiarias mendicantium impediat controuertitur *per citatos apud Dianam.p.3.t.2.r.10.* quod absolutiones sub prætextu prohibeatur; priuilegia autem sint clara, non prætexta. sed praxis pro Bulla stat & reuocatione. Porro Episcopi in suis diocesibus speciales etiam casus suæ censuræ reseruare possunt, à quibus nulli etiam Regulares quorumcumque indultorum prætextu absoluere possunt, etsi ab Episcopo approbati generaliter, sine speciali illius facultatis concessione, vt respondit S. Cong. *B. Carolo Borromæo, ref. Pias.p.2.c.1 n.12 Serol.p.2.v. Abso ad 1.* vbi decretum S. Cong. pro causis Episcoporum refert. Quamuis autem Clemens VIII. declarauerit, & S Cong. mendicantes non posse absoluere à casibus Episcopo reseruatis; posse tamen à censuris, qui non sunt casus, sed pœna casus, existimat Diana.*p.3.t.2.r.13.* contra Marullum: qui putat rationem prohibitionis etiam militare in censuris. quæ magis attendenda sit, quam verba. cui accidit, quod accessorium dicatur sequi naturam, & conditionem sui principalis: & propterea quod decretum est de principali, recipiendum etiam videatur in pœna accessoria Potest tamen Vicarius generalis & audire confessiones, & audiendi licentiam dare, quia ordinariorum nomine comprehenditur, & Episcopum repræsentat *Sanch.l.3.d.29.n.15 Gutier.l 1.can.q.c.11 nu.8.* alioquin Conc exclusisset, *vt s.24.c.6.* Item concedere excommunicationes, pro rebus ablatis, matrimonijs celebrandis assistere, & assistendi licentiam dare: quia dicit Concilium de Ordinarij licētia datum sacerdotem proprium esse: & cognoscere causas matrimoniales, quas Conc.*s.24.c.20.* solis locorum ordinarijs reseruauit. *Sanch. vbi sup. n.17.* In Belgio; si & quam diu durat Bulla Greg. XIV. de qua infra, Officiales diserte ad omnia ea delegantur quæ in illius vim possunt Episcopi. quare nec Doctor nec Licent. Theol. aut iuris sine approbatione aut licentia confessiones audire, aut prædicare potest. *Gutier. can. q.l.1.c.6.n.9.* & Regulares etiam examinari, & approbari debent ab Ordinario, etiā post reductionem Ordinationis Pij V. de anno 1571.8. Augusti. ad terminos Concil. Trid. per Greg. XIII. vt refert binas resolutiones Card. Pias.*ibi.n.11.* Et quidem parochus, quamuis eo ipso approbatus sit, quoad suos, seu in ea ciuitate; non tamen passim per totam ideo diœcesim, sic vt resignato beneficio amplius excipere non possit confessiones, *Pias. ibid.n.10.* & approbatus in hac diocesi, non potest in alia audire. quia Conc. ita intelligi debet, vt sit approbatus ab Ordinario loci, in quo confessio fit, vel electio ex vi Bullæ Cruciatæ. quod & in alijs eiusdem Conc. decretis sæpe vsu venit. *Gutier. can.q.l.1.c.27. dix. sup. de Inst.n.2* Vt decretum Concilij Trid. s.23.c.15. respectiuum sit ad parochiam parochi, & diocesim approbantis. *vide Dianam, & citatos p.3.t.4.r.16. & r.110.* quamuis autem mendicantes ex priuilegijs possunt audire confessiones, approbati in vna diœcesi dum itinerantur in alia, & commode nondum potuerunt se præsentare ordinario: tamen constitutio Vrbani VIII. *incip. cum sicut.17. septemb.1628.* ea abrogauit, nec iuterpretationem vllam admisit. *Diana p.3.t.2.r.123.*

Enimuero Conc. Trid. *s.24.c.6.* permisit Episcopo absolutionem casuum † etiam Papæ reseruatorum, si sint occulti, nec deducti ad forū contentiosum. Porro casus Episcopo de iure reseruatus est leuis percussio clerici, quæ facti potius est, quam iuris adeoque ex omnibus circumstantijs arbitrio Ordinarij committitur. *extrauag. Ioan. XXII. quā refert Pias. vbi sup.n.15.* Excommunicationem mulieres, moniales & aliæ personæ quæ sui iuris non 2. *Occultorū absolutio permissa Episcopo in reseruatis Papæ.*

non sunt si incurrunt; possunt tamen per diocesanum absolui, ob sexum & statum. *c. mulieres, c de monialibus, extr. de sent excom.* Quod Serol. *pr. p. 2. v. exc.* non vult obtinere in extrauagantibus excommunicationem infligentibus cum reseruatione, v.g. ex bulla Pij V. de mulieribus ingredientibus claustra virorum; excepta tamen impotentia & necessitate. alioquin foret consulendus Pontifex, quid actum vellet: vt responsum est *in d. c. mulieres* de excommunicatis potentibus, & ita delicatis vt non possint iter Romanum suscipere.

Et quamuis † grauiora crimina Episcopi sibi possint reseruare, modum tamen vt seruent conuenit: ac primum ne reseruent casus contentos in Bulla Cœnæ, seu alias Papæ reseruatos, nec promiscue eos quibus de iure maior excommunicatio est annexa, neque in quibus absolutio non datur nisi facta restitutione, neque qui versantur circa res parui momenti, neque peccata carnis, nisi cum magna circumspectione. *vt monuit S. Cong. in decreto quod refert Piaf. d. c. 1. n. 15. Riccius dec. 572.* Quinimo in Cathedrali pœnitentiarium instituere tenetur Episcopus, *Trid. s. 24. c. 8.* qui eo ipso ab ei reseruatis absoluere potest, etsi nō subdelegate. *Piaf. ibid. ex Chapea-villa de cas. reser. c. 3. q. 1. diff. 2. quod idem censet Riccius dec. 555. ex opinione Ezech. de rep. eccl. c. 24.* quòd quidem vsu probari videtur cum passim Episcopi per se ipsos vix vnquam confessiones excipiant. adeoque pœnitentiarius Cathed. in eas vices assumptus videatur. quamquam reperio Cong. Concil. id censuisse 17. Iul. 1577. (si quidem conditio adiecta authentica sit) si Episcopus hanc ei tribuerit facultatem. eodēque modo Riccius *d. decis. 555. n. 5.* censuisse refert Cong. eum paschali officio satisfacere, quicumque pœnitentiario confitetur & Episcopum non tantum vicario generali, sed & pœnitentiario *ex c. 6. s. 24* committere posse. Vbi *supra Piasc. n. 17. refert.* vbi & refert *nu. 17.* Cong. Conc. respondisse Confessarium ab Episcopo electū, ab omni casu ipsum Episcopum absoluere posse, à quo alium posset Episcopus. & potest Episcopus non approbato confiteri quasi eo ipso quoad se approbet. *Serol. p. 2. v. absol. ad 12.* Tamen S. Cong. declarauit id nō procedere quoad non sibi subditum: & in eo *per c. 15. s. 23. Trid.* cessare priuilegium cap. fin. *de pœn. & remis. Addit. Prosp. ad Quar. V. Archiepiscopi auth. n. 12.*

4 Conc. Trid. *s. 24. c. 6.* ita decreuit. † *Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum dispensare & in quibuscunque casibus occultis, etiam sedi Apostolicæ reseruatis, delinquentes quoscunque sibi subditos in diœcesi sua per seipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientiæ gratis absoluere, imposita pœnitentia salutari. Idem & in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ eis tantum, non eorum Vicarijs sit permissum.*

Facultas hæc Episcopis datur in quoscumque sibi subditos non ratione domicilij tantum, sed vt comprehendat etiam quacumque alia ratione subiectos, delicti, contractus, moræ, seu præsentiæ, qua vagabundi, peregrini, scholastici, & mercatores propriam diocesim habentes includuntur. *Suar. tom 4. de pœn. disp 30 sect. 2. n. 3. Sanch. in decal. lib. 2 cap. 11. nume. 8. & 9.* quippe verba Capituli, *in diœcesi sua* non limitant iurisdictionem Episcopi, sed id tantum volunt vt Episc. possit absoluere quoscumque sibi subditos, & quomodocumque subdantur. & quia eiusmodi absolutio cum impositione pœnitentiæ salutaris, non est iurisdictionis contentiosæ, sed voluntariæ, credendum est Concilium non obsistere, quo minus Episcopus extra diocesim existens, absolutionem eam impertiri possit. quamuis Henric. *Auill. Emmanuel & Perez. locis à Barbos. hic citatis*, secus sentiat. fateor tamen ea verba (si non abundent,) obscurum textum hic reddere. nisi dicamus referri ad subdi-

tos

tos (verbum immediate non præcedens) vt scilicet Episcopus absoluere possit subditos in diœcesi sua non extra eam existentes. quo forte Suar. & Sanch. *locis ibid. cit.* spectauerint. vt Episcopi absentes etiam absoluere possint in diœcesi existentes quia nō est absolutio sacramentalis quæcumque in foro conscientiæ datur. De hæresi specialiter statuitur, vt Episcopi iudicio reseruetur. Hæresis enim crimen ab initio Ecclesiæ inter reseruata fuit. nam inter decreta Syluestri Papæ refertur, vt nullus presbyter Arrianum resipiscentem suscipiat, nisi Episcopus loci. vnde liquet quam antiqua sit aliquorum casuum reseruatio.

Quoniam vero hic electa est personæ industria, in hoc c. non potest Episcopus cōmittere v.g. absolutionem alicuius ab hæresi, sed per † se debet absoluere: in alijs occultis criminibus potest vel per se vel per Vicariū ab eo specialiter deputandum, non per quēcumque in singulis vicibus delegandum. L. Mol. *de Iust. tr.* 5. *d.* 18. *n.* 2. quin vt ille *ibid. & Serol. p.* 1. *V absol. ad* 4. *p* 2. *eod. V ad* 8. *& Sa. eod. V.* vult, hodie hæc facultas per Bullam Cœnæ *in verb. non obstantibus quibuscumque priuilegijs, etiam à quibusuis Concilij generalis Canonibus concessis*, sublata est. & refert Pial. *prax. p.* 2. *c.* 1. *n.* 12 Clem. VIII. & S. Cong. censuisse Bullam Cœnæ derogare dict. decreto, quoad casus in ea Bulla, expressos. *Sa. V. Exem cœna.* §. 17. quod & Molin. de Gregor. XIII. & ideo *Gutier. Can. quæst. l.* 1. *c.* 13. *n* 26. docet per motum Pij V. *Cal. Febr.* 1572. *& nu.* 29. per Bullam Cœnæ Gregor. XIII. solum Papam absoluere posse ab hæresi, non † obstante d. c. liceat: cui derogatum sit; (etsi dissentire videatur Serol. *prax p.* 2. *V. hæresis.*) per quod tamen eis licebat ea absolutio per seipsos, in alijs papalibus etiam per alium sacerdotem, seu vicarios specialiter, cum casus succedit, tantū deputandos, vt vult Gutier. *Can. q. l* 1. *c.* 13. quasi propterea Conc. vteretur vocabulo futuri temporis. sed id hoc non conuincit, quia eiusmodi conditione recte vtebatur Conc. pro actibus tum futuris. alioqui concessa facultate absoluendi à reseruatis Papæ per Bullam Cœnæ etiam comprehenditur casus hæresis *Sa. ex Cong. Conc. V excom. Cœna* § 17.

5. *Per se in hæresis casu, alijs per se vel deputatū.*

6. *An hodie casus hæresis sit reuocatus.*

Cæterum intentio Concilij fuit, in casibus bullæ Cœnæ dari in materia hæresis authoritatem. quod inde liquet: quia ea seposita non opus est Concilij indulto: cum de iure communi hæresis excommunicationem Papæ reseruatam non habeat. sed ab ea Episcopi eorumque vicarij absoluere possint *Garz. de benef. p.* 11. *c.* 10. §. 1. *num.* 88. vnde quidam sentiunt vbi ea bulla publicata non est, nihil interesse, an dicamus per ea derogari d. c 6. an non si enim non derogatum dicas; vtentur priuilegio d. c. 6. si derogatum; iure communi, scilicet inductam à bulla reseruationem apud se stringere negabunt. sed cum bulla Cœnæ non sine scrupulis tractanda sit, prouincialemque publicationem non pro obligatione sed vt alij sentiunt, maiori notitia requirat, & ex annua illius repetitione, (secus quam in vllis constitutionibus accidat) enixa supremi Ecclesiæ capitis voluntas eluceat, qua quantaue cautela ab ea poterit recedi?

Enimuero sæpius expendenti mihi d. c. 6. vt liceat Episcopis in occultis etiā sedi A. reseruaris per seipsos, aut vicariū ad id specialiter deputandū, absoluere: idē & in hæresis crimine eis tantū non eorū vicarijs sit permissum: sensus planior videtur, vt absolutiones omnes huiusmodi Episcopi tantum possint facere per seipsos aut vicariū ad id specialiter deputandum, idemque in crimine hæresis obtinent: Idem scilicet vt per se aut vicariū ad id specialiter deputandum absoluere liceat, *non eorum vicarijs, sit permissum:* Id est ne ipsi iure sui vicariatus per se, aut à se deputandum id possint. non autē dicit vt Episcopis

 per se

per se dumtaxat liceat absoluere, non per vicarium specialiter deputandum, adeoq; vicarijs, non vt talibus, erit permissum: sed cum specialiter ad id deputabūtur, vt hic id praxis recepit. sed an in vim d. c. 6. an bullæ Greg. XIV. de qua mox, controuerti potest. vide tamen citatos *à Barbosa in Collect. DD. ad Concil. Trid. ad d. c. 6. n. 72. 73.*

7. *De Bulla Gregor. XIII. quoad Belgas.* Quare nescio quid diceretur de facultate † Belgij Episcopis concessa, vt in vtroq; foro omnia etiam enormissima crimina absoluerent, donec omnes ditiones ad obedientiā Regis Catholici redigerentur. quod etsi nondum factum sit, cessarunt per inducias tamē tempestates bellorum, ob quas dici forte posset ea facultas concessa: (sed vero rursus in eadem bella plusquam ciuilia relapsi nunc sumus) præterquam quod Philippo Regi seu ad eius instantiam concessum sit priuilegium, per cuius mortem expirasse videri potest, cum & impossibilis alias temporis conditio adiecta reddita sit, cum amplius ad eius (puta mortui) obedientiam redigi ditiones non possint: nisi viuere Philippum in liberis quis censeat, & priuilegij rigorem eos non excludere, tanquam Papa locutus sit de Principe non de persona, etsi Philippum nominet, quem tamen & simul regem. In Breui ab Vrbano VIII. pro militia nostra renouato facultas datur, sub clausula; *quamdiu hoc bellum durauerit.* de quo mox. quare pro securitate quam Molina *vbi supra* exigit, interpretatio, aut, si opus, prorogatio, meo iudicio recte peteretur. Sane in Breui Clem. VIII. & altero Vrbani VIII. per quod Archiep. Mechliniensem creat delegatum Apostolicum pro exercitu Regio in Belgio, quodque ad beneplacitum sedis Apostolicæ, & quoad bellum durarit, vires habet, datum 20. Febr. 1597. adeoque diu post dictam Bullam Gregor. XIII. facultatem dat absoluendi ab omnibus sedi Apostolicæ reseruatis, semel in vita, & in mortis articulo: in non reseruatis sedi Apostolicæ quoties opportunum erit: à reseruatis tamen excipit crimina hæresis, Maiestatis, conspirationis in personam, vel statum Roman. Pontif. delationis armorum ad partes infidelium, fallificationis litterarum Apostolicarum, iniectionis manuum violentarum in Clericos, ac Prælatos Ecclesiæ. Adeoque horum absolutio si Romæ petenda pro ipsis militibus, etsi tamen

Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur:

& in expeditione, qui agunt, fere censeri possint continuo in mortis articulo versari, & cum vel minimum verentur si sic alea cadat, vix tribus digitis à morte remoti esse: quid dicemus de dicta Bulla quæ de quouis hominum & criminum genere agit? Sed enim ea facultas Gregorij Bulla comprehensa, porrigitur ad omnia crimina grauissima, & delegatio ad omnes & singulos Belgicæ Episcopos & eorum Vicarios seu Officiales generales, vt in vtroque foro per se vel alios ab eis & eorum quolibet, subdelegandos absoluere Apostolica authoritate possint, quoscumque id humiliter petentes, tam suos quam vicinarum diocesium solatio Pastorum destitutarum subditos, quandocumq; per Regem aut eius Gubernatorem generalem requirentur, seu quandocumque vsus & necessitas postulabunt, & donec & quousque inferior Germania in pristina Regis sui obedientia plenarie & integraliter restituta & reposita fuerit: necnon ab irregularitatibus, inhabilitate, infamia dispensandi, & abolendi, tam quoad ipsas personas, quam filios, nepotes, descendentes, cum derogatione contrariorum quorumcumque. 25. *Febr.* 1576.

8. *Facultas [illegible] liceat* Tenet † Suarez *de cens. d. 41. sect. 2. n. 13.* Capitulis sede vacante hanc facultatem d. cap. liceat etsi Episcopis abrogata non foret, tamen non competere, & ita censuisse Cardinales.

les. Sed Sanch. *de Mat. l. 8. d. 2. numer.* 10. asserit competere: quia etiam ea quæ iure speciali Episcopis competunt, ad Capitulum transeunt, si competant iure speciali Ordinario; non autem delegato aut commisso: & hæc est Ordinario dignitati, non personæ competens: vt si diceret Concil. quod Episcop. id faceret, vt in alijs locis tanquam sedis Apostolicæ delegatus: nisi adhuc ea delegatio talis rei esset quam Episc. etiam iure Ordinario facere posset, vt id adderet ad faciliorem executionem: *vt in c. 8. s. 22.* vbi eis committitur, vt extremas voluntates executioni mandari curent, tanquam sedis Apostolicæ delegati, cum tamen id iure suo possint. *c. 3. extr. de test.* Ergo & hoc casu transibit ea facultas ad Capitulum. sicubi tamen plus committeretur sub ea qualitate, quam iure competit. v. g. vt non obstante appell. &c. non transiret ea clausula ad facultatem Capituli. Nec obstat declaratio Card. quia de ea non constat authentice; & forte noluit secludere Capitulum sede vacante, cum in omnibus Episcopi vice fungatur *Sanchez. l. 8. d. 2. num. 10.* *competit Capit. sede vac.*

Quin & alijs Prælatis † competere vult Sanch. *nu.* 11 Iurisdictionem Episcopalem habentibus; quia faculras dispensandi tanquam fauorabilis extendenda sit; præsertim quia hi quoad iurisdict. habent quicquid Episcopi, & sola consecratione differunt: Alijs non æque competit *Ricc. in prax. irreg. dec.* 532. 9. *Et Prælatis Episcopalem iurisdictionem habentibus.*

Nihilo minus religionum † exemptarum superioribus competit quoad suos subditos, quorum respectu & illi vices Episcoporum habent: *c. 2 x de sent. excom.* & pro ea sententia esse dicit quoddam Breue Pij V. Sanch. *l. 8. d. 2. nu. 13.* est Constitutio, *quæ incipit Romana 21. Iul.* 1571. 10. *Et superioribus Religionis exemptaris*

Quid si Episcop. noluit dispensare, sed remittit ad Pontificem, ibique dispensatio peti cœpta est an possit rursus Episcopus admouere manum & dispensare? cum iam ad forum seu iudicium Papæ deducta sit: nam forum & iudicium idem sunt, *c. forus, de verb. sig.* R. Posse: quia quamdiu casus occultus est, potest Episco. dispensare; neque per eam petitionem causa deducta est ad forum contentiosum, quod textus excludit. *Sanch. lib. 8 d. 14. num 9.*

Dicetur occultum † etsi probari possit, tamen in maiori parte vicinæ parochiæ ciuitatis nesciatur, id est, non sciant decem, *Sanch l 8 d 34. n. 55.* vt sc. scandalum non sit: vnde & occultum erit etsi factum sciatur, ius autem nesciatur, i. e. irregularitas ex delicto illo oriens: quia qualitas adiecta verbo, debet intelligi iuxta verbi qualitatem, *l. in delictis, §. 1. ff. de nox. vt & diximus supr. De eo qui cogno. consa. n* 4. 11. *Quod criminosum cultum hic dicatur.*

Non dicetur † autem occultum si ad forum contentiosum deductum sit, siue iuste siue iniuste eo delata res sit: fiet tamen rursus occultum si absolutus reus sit, etiam ex falsis probationibus. *ita Sanch. & authores quos citat l. 8. d. 34. nu. 57. 58 de Mat.* Quanquam forte satius dicetur, & occulta nihilominus esse, si quæ ad forum deducta sunt: nam id significat verbum *alia*, quo vtitur Conc. connectens alia ad litem deducta, occulto homicidio: at ob deductionem ad forum contentiosum, vel cessationem litis & contentionis facere, vt dispensari ab Episcopo possit, vel non possit. vt hic, duæ qualitates inspiciendæ sint. *Ricc. in prax irreg. dec.* 522. 523. 12. *Quod non*

Non sufficit iudicem ex officio super delicto sumere informationes, ad hoc vt dicatur ad forum contentiosum deductum, sed opus est rei citatione, quæ est primus actus iudicij contentiosi. *Sanch. c.* 58.

13. *Diſpenſatio in occulto homicidio.* Ante Conc. Trid. non † licuit Epiſcopis vel in occulto vel caſuali homicidio diſpenſare, neque in quocumque alio; etſi Quar. circa hoc ſecus crediderit, *vt ſecundum Nauarr. in man. c. 27. n. 239 docet L Molin. de Iuſt. tr. 3. d. 79. n. 5.* & diſpenſatio cōceſſa *ſ. 24. c. 6* ſuper occulto homicidio procedit in foro exteriori, & non in ſolo conſcientiæ. Neq; facultas tamen illa valet in homicidio voluntario etſi occulto, ſed caſuali culpabili, aut facto culpabiliter in defenſionē vitæ, moderamen inculpatæ tutelæ excedendo: non tamen in qualicumque doloſo. *Mol ibid. nu. 7 8.* directe intento. quemadmodū citati à Barboſa *in Remiſſ. ad c. 7 ſ. 14.* exiſtiment ſecundum d. cap. 7. partem non agere de eo qui ex ineuitabili neceſſitate occidit, quod is irregularis neq; fiat, neq; diſpenſatione egeat, ſed is tantum, qui exceſſit moderamen inculpatæ tutelæ, diſpenſabilis etiam ab Epiſcopo: tametſi Conc. eius diſpenſationem, cui iure quodammodo eam deberi profiteatur, tamen à Papa impetrandam declarat cum committendam Ordinario decernit. Nec tamen incapax eſt penſionis homicida voluntarius. *Sa. V Homicid. § 20. Ric ex Cong Conc prax. irreg d. 524* cū non ſit beneficium. quo tantum & ordine ſtatuit Concil. vt homicida perpetuo careat. penalia autem noui iuris intra veteres terminos coercentur, niſi diſerte tranſiliant.

Et ſuper irregularitate ex homicidio prouueniente, occulto, iuxta Conc. Trid. diſpenſari etiam debet homicida etiam ita occultus, vt aliter conuinci non poſſit quam per propriam confeſſionem. idemq; obtinet in filio adulterino ſimiliter occulto. *Gutier. can. qq. l. 1. c. 13 n 10. 11 12. 13 14 15. 20.* & quidem à ſolo Papa, ſi voluntarium fuerit; ſi caſuale, ab Epiſcopo. *c. 6. ſ. 24. Trid Gutier ib n. 16. 17. 18.* Caſuale homicidium dicitur quod citra voluntatem, quam caſui opponit Trid accidit. *Ruccius in prax. irr. dec. 521.* vt ſi vnus occidatur pro altero. *idem ex Cong. Conc. dec. 519. vide Gutier can. q. l. 2 c. 6 latiſſime diſcutientem homicidium caſuale* Porro facultas diſpenſandi tributa à *Trid. ſ. 24. c 6.* ſpectat irregularitates natas ex delicto occulto ipſius irregularis, non aliorum. vnde illegitime natus ab Epiſcopo diſpēſari nequit ad ſacros ordines. etſi illegitimatus radicem habeat in occulto delicto parentum & ſi quidam aliter ſentiant. *Dian. p 2. t. 1 miſc. r. 21.*

Et licet facultas abſoluendi ab hæreſi occulta, per bullam cœnæ epiſcopis ablata an ſit, controuertatur; tamen facultas diſpenſandi epiſcopis non eſt ſubtracta ſuper irregularitate ex hæreſi occulta, quia illius Bulla Cœnæ nō meminit, & correctio legis extra expreſſa non porrigitur, nec dicendū prohibito maiori vetari minus, & ſic interdicta abſolutione, diſpēſandi facultatē auferri *c. cū illorum de ſent. excom.* quia textus ipſe contra arguit, abſolutionem maiorē eſſe diſpenſatione, & ſic illa vetita hanc nō prohiberi. *Diana p. 2. t. 1. r. 24.*

Vbi porro Concilium non eſt publicatum, an epiſcopi vti poſſint facultate eis conceſſa *c 6. ſ. 24.* Tridentini diximus *in Conſult. canon. de cognat ſpirit. Conſult. 1.* Homicida ſuper homicidio diſpenſatur à ſolo Papa.

14. Quid ſi maritus vxorem † occiderit propter adulterium cum Clerico commiſſum, an Clericus cenſebitur irregularis? Refert ex Nauarro Serol. *V. irregularitas § 7.* Pium V. affirmatiue reſpondiſſe, ſed vt doctorem non vt Papam, adeoq; ab eo diſſentit; quia non ſit cauſa proxima quæ requiritur ad incurrendam irregularitatem, & ſuapte natura eo directa, etiam in illicitus.

Excommunicatus ab homine an virtute Iubilæi, Bullæ Cruciatæ ſeu ſimilis facultatis à Confeſſario abſolui poſſit, late tradit Gutier *Can. q. l. 1. c. 2* vbi *n. 18.* refert Motum propriū Pij V. 16 *Cal. Decem. 1568.* quo declarat in foro quidem interiori, non autem exteriori eas facultates operari. quod idē obtinet in irregularitate occulta. *idē c. 3. n. 7. 8. 9. 10.* Ab-

Absolutus vi alicuius † Bullæ, vt fit, ab excommunicatione ad aliquem effectum, cum reincidentia, non reincidit nisi in foro exteriori, si res est manifesta; alioquin in omnibus potest se gerere vt absolutum. Ita ait declarasse Greg. XIII. Sa. *V. abs. n* 17. 15.

Excommunicatus † vt contumax, si Ordinario paratum se offerat stare iuri, debet absolui. *Serol p.2 V. excommunicatio* §.2. 16.

Clem. VIII. expendens, † quod quidam Regulares dum superiori conscientiam suam detegere formidant, adduci possint in æternæ damnationis periculū, & spiritualis remedij desperationē, sanxit ne eorū superiores sibi absolutiones reseruent, nisi in casibus expressis, seu eorum aliquibus, cum hæc scil. crimina commissa erunt; *vt habet Quar. V. cas. res.* 17.

Quos casus superiores Regularium reseruare possint.

Veneficia, incantationes, sortilegia, Apostasia à Religione, siue habitu dimisso siue retento, quando eo proueniret vt extra septa monasterij seu conuentus fiat egressio, nocturna & furtiua è monasterio seu conuentu egressio, etiā non animo apostatandi facta: Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale: Iuramentum falsum in iudicio regulari seu legitimo: Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum ad animatum fœtum, etiam effectu non sequuto: Falsificatio manus aut sigilli officialium monasterij aut conuentus; Furtum de rebus monasterij seu conuentus, in ea quantitate quæ sit peccatum mortale; Lapsus carnis voluntarius opere consummatus: Occisio seu vulneratio aut grauis percussio cuiusque personæ: malitiosum impedimentum aut retardatio, aut apertio litterarum à superiori ad inferiores, aut ab inferioribus ad superiores: & quando aliud reseruandum videbitur, fiat ex deliberatione Generalis vel prouincialis in ea Prouincia.

Non audiant superiores Regularium confessiones, nisi aliqui huiusmodi reseruatum admiserint aut sponte petierint; sed habeant duos aut tres alios deputatos, nec vllatenus vlli ea notitia ad externam gubernationem vtantur. possunt tamen in genere granes aliquas pœnitentias, etiam non reseruatis imponendas decernere. Ita Clemens. VIII.

Proprio etiam sacerdoti confiteri debent moniales, non tamen nisi iusta ex causa neganda facultas alieno confitendi: præsertim si abhorreant à suo: quamuis iniuste. quin & sponte aliquoties in anno monialibus extraordinarius est offerendus *ex c.10 Tridentini, h.t.* etiam aliquo casu exemptis ab Ordinario. à quo omnes semper approbandi. ideoque hodie vix ob proprij ignorantiam recurri potest ad alienum. & an moniales confiteri possint mendicantibus sine licentia superiorum, aut non obstante illorum prohibitione latius inquisiuimus *in Consult. canon. h.t. consult.* 4. & de illorum ætate, & assumptione, atq; vbi instar prælatorum sunt, aut horum. Vicarij, prælati exempti, vt sibi confessarium eligunt, an & prælatæ, & an suis & Ordinarius prouideat, non exemptis: *consult.* 5.

Vt autem quam maxime sit prospectum monialibus de sacerdote discreto, cauto, prudente; quæ epitheta requirit Conc. Later. *c. omnis ext de pœnit.* decreuit Greg. XV. *Const. inscrutabili* 1621. vt earum etiam exemptarum confessores Ordinarij & extraordinarij non deputentur, nisi prius ab Episcopo diœcesano idonei iudicentur. & si ei ex rationabili causa videntur amouendi; potest superiorem monere. qui nisi id fecerit, ipse Episcop. præstare potest: quoties & quando opus esse iudicauerit.

Tanquam nouitios absolui posse à casibus episcopo reseruatis, à confessario regulari illius ordinis eos, qui de proximo ingressuri sunt, docet ex Vechio Diana *p.* 3. *t.*2. *r.* 46.

In

In iubilæo requiritur approbatus confessor ab episcopo, etiam quoad regulares, vt quidam docent, & si alij rectius secus sentiant. *Diana p.3.t.2.r.21.* etiam in equitibus D. Iacobi, Calatranæ, Alcantaræ, Montesæ: *idem r.30.* multo magis Melitensibus. vbi tamen *r.21.* probare non possum vt regulares confiteantur approbato à superiori tantum regulari alterius religionis. quia nec verba bullarum satis videntur conuenire, nec ratio; quam in approbatione considerant bullæ, & Concilium Trid. *s.23 c.15.* & dum de sæcularibus penitentibus ibi tantum loquitur, in regularibus sui quemque ordinis confessario vti præsupponere iuxta indulta prohibitiua, de quibus Miranda in Manual prælat.....

18. *Medici ægrotos moneant vt confiteantur, alioquin vltra tres vices non frequentent.* Conc Later. *c. cum infirmitas, ext. de pœnitentiis & remissionibus.* statuit, vt Medici † ægrotos moneant de accersendo medico animarum. Pius V. *in Bulla incip sub gregem. 11. Martij 1566.* vetat ne medici vltra tertium, diem visitent ægrotos in lecto iacentes, nisi peccata confessi fuerint. Cuius Bullæ obseruatio medicis quantum fieri potest commendata est in Synodo Antuerp. an 1609. sed quia morbi hic non ita sunt acuti, vt qui intra paucos dies ægros perimant, sicut in Italia & alijs calidis locis, difficilius præcise in vsum induci

19. *Hebræi non sint.* potest. Grego. XIII 5 *Apr. 1581. in Bulla inc. alias,* vetuit ne Christiani Hebræis † medicis vtantur *quas Bullas refert Quar. V. Medic* Conc. Melchl *an. 1607. t.7. c.6.* mãdat, vt vltimo sup-

20. *Vltimo supplicio afficiendis S. Viaticũ non negetur.* plicio afficiendis † tempestiue prouideatur de sacrosancta Eucharistia. quod & in edicto desuper edito *art. 10.* Principes nostri officiarijs suis mandant, vt procurent etiam in locis vbi contraria hactenus fuerit consuetudo. qualis fuit in Hispania etiam multis improbata, sublata Motu Pij V. 1569. cui Lex regia accessit. *add. Sa. V. Euchar. §. 2.* consonat Clementina 1. *de pœnit c. pen. 13. q. 2. ib. in fin.* Et Concil. Worm. *can. 10.* iubet, vt oblationes pro eis fiant, & Missæ celebrentur, nec eis denegentur sepulturæ. tametsi hoc in his locis non obseruetur, quod spectat ad sepulturam, sed plerique ad exemplum in loco supplicij relinquuntur.

Si quis peccauerit aduersus sacramentum quo peccata deleti debent, solicitando confitentem ad turpia Clemens VIII. Paulus V. & Gregorius XV. seuerissime puniendum censuerunt: confitentesque ad illum denuntiandum obligarunt. sed an præmittenda sit correctio fraterna, an quis denuntiare teneatur se, patrem, vxorem, filium, fratrem, complicem, sacerdos fœminam solicitantem, puer solicitatus sacerdotem, mulier solicitata ante vel post confessionem, vel sub illius prætextu, aut vmbra solicitantem pro tertio, laicum aut sacerdotem non approbatum solicitantem ad alia peccata, quam carnis, mandantem; atque vbi illorum pontificum constitutiones non sunt publicatæ, aut periculum famæ denuntiantis versaretur, *dicimus in Consult. canon. h. t. consult. 6.* denuntiationemque fieri tam episcopis, quam inquisitoribus, & constitutiones modum procedendi addunt, vt singularibus testibus præsumptionibus, indicijs, & alijs adminiculis, delictum arbitrio inquisitorum probatum esse, vt reum omnis generis pœnis subdendum, & curiæ etiam seculari, pro delicti enormitate, tradendum, nullo habito exemptionum respectu, pronuntiare vt possit, decreuit, & vt confessarij iniungant pœnitentibus, vt talia superioribus indicent.

21. *Indulgentia indiscreta prohibita.* Item Conc Lateran. *can. 62.* prohibet indiscretas indulgentias † atque superfluas, quia per eas & claues Ecclesiæ contemnuntur, & pœnitentialis satisfactio eneruatur. Et Conc. Trid. moderationem adhiberi cupit, abususque qui in his irrepserunt tolli. *Decr. de indulg. s.25.* Pius V. reuocauit omnes indulgentias pro quibus consequendis manus adiutrices

iutrices sunt porrigendæ, aut quæ quæstuandi facultatem cōtinent. sicut Trid. *c.9.ſ.21.* omnem quæstuationem prohibuit: indulgentias tamen non sustulit, nec facultatem petendi eleemosynam pro se, vel pro loco, sine indulgentiarum publicatione. *Sa. V. Quæstuarij* § Paul. V. 23 *Maij 1606. Bull. Romanus*, reuocauit indulgentias quascumq; regularibus institutis concessas, easq; moderando reduxit ad præscriptum litterarum suarum *Eman. q. reg. tom. 2. qu. 57. art. 7.* In Hispania, Lusitania, & Gallia sine literis regijs quæstores alicuius Sancti nomine non permittuntur *citat. à Barbosa in Remiss. ad c. 2. ſ. 5. Conc. Trident.* quibus autem circumstantijs licentiam petendi eleemosynam pro pio loco concedi conueniat. vide apud Serol. V. quæstores & formula, iuxta quam sedes Apostolica Ordinario scribit, exstat in libellis qui titulo declarationum Cardinalium circumferuntur. Regulares quidem præsertim ex instituto mendicantes eleemosynas ad vitam sustinendam sine Ordinarij licentia petere posse non est dubitandum, sed si extra ordinem nouā fabricam aliudve pium opus moliantur, seu alias extraordinario titulo eleemosynas quærere intendant non est idem dicendum. Serol. *V. quæstores per bullam Pij V.* licuisse, eamq; per Gregorium XIII. reuocatā esse, & ad terminos iuris communis reductā, adeoq; non licere asserit, neq; enim minus circa eos, quam alios quæstuationum abusus tolli per Episcopos Conc. mandat. Neque obstar quidquam eorum exemptio, quia ea intra muros & septa eorum coarctanda est, non vero vt sub illius vmbra, quod lubet in populo faciant. eidemq; satis derogatur *c.9. ſ.21. Trid.* potestq; illis non tantum quæstuatio, prohiberi, sed & populo ne illis contribuat.

Plenissima peccatorū venia tribuitur anno quoquo centesimo, ex decretali Bonifacij VIII. quinquagesimo ex Clementis VI. vigesimo quinto ex Sixti IV. *c. 1. 24. h. t. in extrauag. com.* accedentibus ad limina Apostolorum. *vt beatissimi*, inquit Bonifacius, *Petrus & Paulus Apostoli eo amplius honorentur, quo ipsorum basilica de vrbe deuotius fuerint à fidelibus frequentata.* vbi petra est fidei, columna & fundamentum religionis nostræ; cathedra iudicij, quo ligatur & soluitur orbis vniuersus. idq; ait Bonifacius ex antiquorum fida relatione proficisci. quare ad suam proportionem laudabiles sunt etiam illæ indulgentiæ, quæ ab Episcopis conceduntur Ecclesiam suam Cathedralem ac parochialem frequentantibus. & dicit Bonifacius non plenam tantum, & largiorem, sed plenissimam omnium peccatorum veniam se concedere, *vnusquisque tamen*, inquit, *plus merebitur, & indulgentiam efficacius consequetur, qui basilicas ipsas amplius & deuotius frequentabit.* vt & plenissimæ remissioni maior efficacia & meritum possit accrescere. plenissimæ etiam sunt indulgentiæ, quæ per modum iubilæi conceduntur sæpius, cum amplissima facultate absoluendi.

Absolutio solemnis † post iuramentum de parendo Ecclesiæ, & satisfactionem, 22
saltem per cautionem iuratoriam, olim fiebat decantando Psalmum pœnitentialem, *Absolutio solemnis.*
c. cum aliquis 11. qu. 3. & ad singulos versus nudas scapulas pœnitentis verberando: sed id nunc omittitur, etsi adhuc sæculo nostro in absolutionibus Regum & Rerump. in personis Oratorum à Papis factitatum constet. In Pontificali Romano habetur solemnis formula: Et huiusmodi absolutiones fiunt extra confessionem, neque sunt sacramentales; & Ordinariam facultatem habentes ita absoluere possunt pro vtroque foro. *Sa. V. Abs. ab excomm.*

Publice † peccantes palam redargui & corrigi iuxta Apostolum, mandat Conc. 23

Publica pœnitētia. Trid *ſ.24.c.8.* Huiuſmodi pœnitentia publica ob publicata peccata etiam clericis & ſacerdotib imponi poteſt.*iuxta c. Sacerdos, de pœn.d.6.c.presbyterum 18.d.* nō tamen poteſt imponi pœnitētiā ſolemnis,*c.confirmandum,c.illud 50.d.ſt.* ob dignitatem ſtatus:ob quam,etſi alicui crimen falſi obiecit Clericus,ſufficit ſi petat veniam. *c Clericus 46. diſt.* ſic vt in nobili etiam tenet Boer.*dec.4.nu.4.* vt nō teneatur canere palinodiam.Sic refert M.Ant. *Gen.in prax c.30.nu.6.* Neapoli in Cur. Archiep. Clericos ob ſuſpicionem abiurantes hæreſim non id facere in Eccleſia vt Laicos,ſed in Camera Vicarij,aut ſaltem in loco tribunalis.Conc.Trid.non diſſimiliter quemcumq; publice & notorie criminoſum (quod & veritatem & certitudinem implicat) vetat Sancto altari miniſtrare, aut ſacris intereſſe. Sic olim proclamabatur in Eccleſia,vt qui non communicaret;locum daret. Verum ea malignitas horum temporum eſt,vt & excommunicatos,& publice hæreticos in Eccleſijs videre cogamur,& non eliminētur,neq; denuncientur.hic à tempore Ciuitatis Antuerp.ad Principis ſui obedientiam reductæ nemo denunciatus eſt,etſi mille meriti ſint, niſi ab improbitate temporum tutarentur,cui malo an ſemper cedendum erit, videbūt Superiores.Sed publicum adhunc locum dicetur, quod vel publica infamia proditum ſit,vel in Iudicio conuictum,vel viciniæ aut Collegio cognitum: occultum, quod aliquo de his modis non ſit notum,ſiue etiam tribus quatuor aut quinque notum ſit,*Sa.V. Manifeſt.* Impedimentum autem matrimonij occultum eſt, quod non conſtat, neque periculum eſt, vt in exteriori foro prodatur. Sed hæc pœnitentia publica ſcandaloſo imponitur, in foro exteriori, in quo etiam ſolo Canones pœnitentiales obtinent, in interiori omnia relicta ſunt arbitrio confeſſarij. *poſt Nauar.Sa.V. ſatiſfactio.* §.12. quin imo Nauarrus ne confeſſarij indirecte rumpant ſigillum confeſſionis decretum Concilij in illis non permittit habere locum;*in manual.c 8. de ſigill.n.*10. ſed in foro mixto exteriori,præſertim cum verba Concilij dirigantur ad Epiſcopos, neque nos cogunt ab antiquo Iure recedere.

Confeſſariorū regularium quamuis ad beneplacitū vel reuocationem ſemel approbatorum reuocatio,ex iuſto arbitrio, non autem irrationabili Epiſcoporum admittēda eſt.*Diana p.3.t.2.r.* 22, 26. vnde multi irrationabiliter reuocatos putant poſſe ex vi iuris communis,*Clementina dudum de ſepultur.* Confeſſiones audire.quaſi Concilium eo in caſu ius commune non correxerit. *idem ibid.r.26.* irrationabilitas apparet,cum omnes approbationes vnius ordinis ſimul reuocantur ad examen. *de quo Diana p.3.t.2 r.27. & nos diximus in Conſult.Canon.*

DE SENTEN. EXCOM.

1\. *Monitoria.* SObrie & cum magna circumſpectione excommunicationis gladium, qui neruus eſt Eccleſiaſticæ diſciplinæ exeri mandat Concil.Tridentin. *ſeſſ.25.cap.3.* quia anathema,vt dicitur *in cap. nemo epiſcoporum 11 qu.3.* eſt æternæ mortis damnatio. ideoque *non niſi,* inquit, *pro mortali debet imponi crimine, & illi qui aliter non potuerit corrigi.* quia boni medici non eſt vrere, & ſecare; quam diu alia medicina ſeruare ægrum poteſt. Iudex eccleſiaſticus,inquit c.1.*b t.in 6.oſtendat ſe proſequi quod corrigentis fuerit & medentis : & caute prouideat. nefas autem* inquit *c.3.ſeſſ.24. Conc. Trident. ſæculari cuilibet magiſtratui prohibere ec-*

bere ecclesiastico Iudici, ne quem excommunicet, aut mandare vt latam excommunicationem reuocet. quin immo si quis per vim aut metum reuocari curauerit latam sententiam non tantum est absolutio irrita, sed extorquentem nouam excommunicationem incurrere hoc ipso voluit Concilium Oecumenicum Lugdunense, *cap. vn. de ijs quæ vi metusue causa in 6.* & si tamen hæc ex facto contingant aliquando vt Iudex excommunicans bonorum temporaliũ apprehensione relaxare censuram cogatur, nã vt Iudex ipse sæcularis soluat, annihilet casset censurã, fieri nequit: dũ ecclesiæ claues creditæ illi nõ sunt, sed ꝙ Petrus ligauit, ligatum erit in cœlo. & nihilominus permittit pro reb. deperditis excõmunicationes fieri, quas monitorias vocãt, quatũ causas per Episc magna maturitate vult examinari, & in eius arbitrio & cõscientia poni, & à nemine altero cõcedi. Vbi tamen Vicarius seu officialis Episcopi nõ excluditur, quia cũ eo idẽ tribunal facit, *Martha. de Iurisd. p.3 c.4. n.49. & seq.* quãuis ante etiã parochus huiusmodi monitorias cõcedere potuerit *c.2. off. de ord.* Neq; dubitandũ est, quin legati, & Nuncij easdẽ possint cõcedere, cũ in prouincia cũ ordinarijs concurrunt, alios inferiores nõ posse verius est: ac nequidẽ superiores regulares in suos subditos: cũ Episcopis id Trid. cõmittat, seu eo: ũ arbitrio & cõscientiæ, q̃uis ab irrationabili denegatione appellari ad superiorem ecclesiasticum possit, qui suppleat negligentiam. *citat. à Barbos. in Collect ad Conc. Trid ad d. c.3 n 3 9 10 11* dum Tridentinum tãtum nolit, *vt ad eas concedendas*, inquit, *cuiusuis sæcularis, etiam magistratus, authoritate adducatur.* Prudenter tamen & expẽsis omnib. circũstantijs rei, personæ, loci, & tẽporis debet ordinarius in ijs versari, *vt latius prosequitur D. Marth de iurisd. p.3 c.4. Gut. Can. q. l.1. c.11.* Res quidẽ non leuis seu vulgaris esse debet, sed vt minimũ 50. scutorum, vt obseruat Curia Romana, *vt refert Marth. ib. n.23.* Personæ pauperi facilius monitoriæ conceduntur, quã diuiti aut nobili. In hoc oppido aut villa carior, & rarior est pecunia q̃ Romæ, adeoq; pro minori quãtitate cõcedentur hic, quã ibi, *Marta ex Nauar. vbi sup.* Tempus etiã facit vt nũc negentur monitoriæ, quæ alias cõcederentur, v.g. in paschate aut Natiuitate solẽt excõmunicationes solui, saltem cum reindicentia, nõ infligi. Pius V. 27 *Iun.* 1570. præscripsit formam pro concedendis monitorijs, *quam ref. rt Piasp.p.2. ca.4. n.84.* & speciatim vt non in genere sed in specie subtracta designentur. *Serol. p.2. V excomm.* § 1.

Nec cõceduntur huiusmodi monitiones nisi interesse habenti, *iuxta Const. Pij V. quam M. Ant. Gen. allegat in prax. Neap. c.1. n 5. & 8.* nec quando ad veritatem alias perueniri potest *Martha vbi supr. Mar. Ant. Gen. ib. num.4. in quo capite multa habet ad praxim huius rei facientia, & Ric. in prax. Monit.* Et cum ex Vrbe huiusmodi rescriptum, vt solet, impetratur, publicandũ est verbotenus sine alteratione sensus, aut sermonis; alioquin excommunicatio esset nulla: præterquam, quod pro idiotis in vernaculam linguam transferri, & ita publicari possit *vt rescripsit S. Congr. Curiæ Arch. Neap. ref. Mar. Ant. Gen. in prax. Neap. c.4. n.12.* Quare cũ personæ certæ sunt, quæ sciant subtractionis authores, non sunt concedendæ monitoriales in genere, sed cogendæ illæ ad reuelãdum, per media, quæ iure cõmuni tradita sunt *x. tit. de testib. cogẽdis.* similiterq; monitoriæ huiusmodi generatim propositę arctant etiã affines, aliosq;, qui ad testimoniũ cogi alias possunt. *cit à Barb. in Coll. ad conc. Tr. ad d c 3. n.1.12.*

Conformiter huic loco *ex cap. si quem sess 22. Conc Trident. ad obseruantiam reducto in Synodo Prouinc. Mechlin. tit.22. cap.12. cui edictum Principis accessit*, Laici occupatores bonorum Ecclesiasticorum declarari † & publicari possunt excommunicati, & mandari vt exeant per restitutionem ex peccato: & procedit causæ cognitio coram Ecclesiastico; etsi 2 *Bonorum Eccles. detentores excomm.*

etsi Laicus neget rem esse Ecclesiæ. Et quamuis textus *in c. si clericus laicum, ext. de foro competenti*, in huiusmodi quæstione dicat, Laicum ad forensem Iudicem trahi debere, de rigore Iuris, etiamsi in multis partibus non de consuetudine, tamen ille textus procedit quando laicus conuenitur ad relaxandam, & restituendam rem possessam, non quando quæritur an sit excommunicatus, vel citatur ad videndum se declarari & publicari excommunicatum, quamuis in consequentiam veniat restitutio bonorum *M. Anton. Gen. in pr. Neap. c.1. n.18.* cum non nisi emendationem promittens, in qua illa comprehenditur possit absolui.

3. *Suspectus per annũ insordescens.* Concil. Trid. *cap.3. sess.25.* dicit contra vnumquemq; † insordescentem per annum scilic. perfectum procedi posse tanquam de hæresi suspectum. Vbi intellige siue ex criminali siue ex ciuili (quod olim controuersum fuit) caussa excommunicatum, nam immediate ante Conc. docuit ex vtraque causa posse excommunicari. *Menoch l.2. Arb cent. 5. c.416. num.54.* Proceditur porro præuia citatione vt se purget, non eo ipso quo insorduerit est hæreticus; est autem hæreticorum pœnis, quæ ipso iure effectum sortiuntur, subiectus. *Menoch. ib. nu.59.* censet.

Id tamen habet moderationem, vt si ob debitum ciuile fuerit quis excommunicatus, verbi gratia ob non solutam pensionem, & insorduerit etiam diutius anno, quia nõ est in eius potestate semper explicare pecuniam: neque hæreticus est, neq; priuatus eo ipso beneficio: nec priuari potest. *vt declarauit Rota apud Gonz. ad reg.8. Cancell gloss 15. num. 107.* atque ita censuit intelligendum esse locum Concilij *in cap.3. sess.25. in fin.* præsertim cum neq; in iure expresse decisum sit, insordescentem mox pro hæretico esse habendum, aut pœnis hæresis subditum, sed dicit Concil. procedendum contra illum, tanquam de hæresi suspectum; non ait conuictum, aut condemnatum, aut iurisfictione pro tali habitum: agatque Concil. de eo qui animo obdurato censuris innexus insorduerit, quod si ergo non ex animi contumacia, sed rerum inopia, aut difficultate explicandæ pecuniæ similiue causa insorduerit, extra hanc causam erit. Quam ob causam in Gallia sacerdotes ob debitum ciuile censuris illigari numquam possunt. *Charond. Resp. l.13. R.4.* Ideoque & Concil. Trident. *d. cap.3. sess.25. §. in causis*, vt abstineant à censuris, vbi realis executio, aut personalis districtio fieri potest, mandat omnibus Ecclesiasticis iudicibus adeo quidem vt si duo sint in solidum obligati, & contra alterum tantum realis fieri possit executio, nec tunc quidem in eum contra quem ad executionem procedi non potest, censuris agendum esse, ad creditoris instantiam censuerit *Cong. Conc. vlt. Iun. 1600.* Vt hodie censurarum remedium sit subsidiarium, priusq; ab alijs incipiendum, tametsi id pro forma Concilium non exigat, aut nullitatem secus actorum inducat: & si imprudenter seu iniuste iudex fecerit. *cit. à Barb. ib. n 21. & seqq.* neq; seculares rursus immiscere se possint, quod decreta d. c.3. non sint obseruata, sed *ad ecclesiasticos*, inquit Concil. *hæc cognitio pertineat.* atq; adeo si appelletur ob omissam d. c.3. obseruantiam, superior ecclesiasticus emendare defectum possit.

Excommunicatio generaliter lata complectitur tantum subditos *cap. à nobis & c.1 de sentent. excommun.* an ergo aduenas & peregrinos? alij aiunt, alij negant, *citati à Diana p. 3. t.5. r.73.* ego affirmantibus accedo: si modo aduenæ & peregrini excõmunicationis censuræ sint ignari, & contemnunt. fiunt enim subditi ratione moræ, quam trahunt, actionumque, quas ibi admittunt. *lib. hæres absens. D. de iudic.* vt etiam exempti ratio-

ratione contractuum, vel quasi; delictorum vel quasi, loci ordinario subijciuntur. *c. volentes de priuileg. in 6.* quemadmodum vice versa subditi extra locum sui iudicis, non tenentur illius statutis. *c. 2 de constitut. in 6. Diana ibid. r. 7. 4.*

In Conc. Tribur. decretum fuit, vt qui post excommunicationem inclinati non fuerint ad pœnitentiam subeundam, per Principem sæcularem † subigantur. Hinc fit vt perseuerantes per tempus aliquod in excommunicatione, puniri possint ante annum pœna temporali, & mulcta pecuniaria, per ipsum etiam Iudicem Ecclesiasticum, quod iuri & praxi consonum probat Gutierres *Can. q. l. 1. c. 12. n. 2. & 6.* & sanxit in Gallia B. Ludouic. an. 1228. *Choppin. l. 3. c fin. num.* §. 4. *Externa etiam pœna cogi potest.*

Quin & excommunicatus intra annum non resurgens iure fit infamis, quod tamen consuetudine Galliæ non seruari contendit Bugn. *leg. abr. l. 6. coll.* 72.

Leo X. *in Concil. Lateran & Concord. Galliæ*, decreuit excommunicatum ab alijs vitandũ † non esse nisi publicatum specialiter, modo notorium Clerici percussorem excipiamus. *iuxta Concil. Basiliens.* quod exactius examinat Gutier. *can. q. l. 1. c. 1.* Et quamuis de iure disputetur, an excommunicatus, non tamen hæreticus aut reus Maiestatis, *c. excommunicatus, §. credentes, de hæreticis, c. felicis, hoc tit. in 6.* sit intestabilis; quod putat glossa *in c. decernimus hoc tit. in 6.* † tamen existimo testamentum eius fuisse validum, etsi illicite Notarius & testes cum eo communicarent. Hodie quia id non obtinet, licite facit & valide testamenta, etiam in multis locis hæretici. *Bus. ad L. 8 digestis qui testam.* vt per Germaniam post *Interim* Caroli V. qua de re pro Belgio nostro dixi *supra de hæreticis.* 5. *Vitandus tantum publicatus, & clerici notorius percussor.*

Vnde credo quod dicit Bugnion. *leg. abr. l. 4. Clemen. 68.* exceptionem excommunicationis *iuxta c. fin. de exceptio. c. 1. eod. t. in 6. Cl. 1.* obsoleuisse in Gallia natum esse, sed id obtinet solum, quamdiu non est publice denuntiatio facta. *iuxta d. Conc. Bas.*

Sed neque ad vitandi obligationem sufficit notorietas percussionis clerici, nam Couarruuias, Fagundes, Sayrus, quos Diana. *citat. p. 3. t. 5. r. 14.* recte tradunt notoriam non tãtum esse debere ex facto percussionem, sed ipsam etiam iniuriam, ita vt percussio nulla iuris allegatione tegi, nulla tergiuersatione celari possit: non vis arcendæ, non iniuriæ depellendæ, non ebrietatis, non ignorantiæ occasione percussionem accidisse. *c. 10. x. de sent. excom.* memini enim à viris iuris peritissimis responsum, non incidisse in excommunicationem rusticum, qui presbytero, qui conuitiando mentiri illum dixerat, ligone graue vulnus in caput inflixerat, quod non suadente diabolo, sed subita iustaque (si laicum huiusmodi casu licet occidere, aut saltem male excipere, *Diana p. 3. t. 5. R. 96.*) colera percusserat: nec alium, qui de possessione rei cuiusdam mobilis concertans dum rem vterq; trahit, contusione tractu, collisione caput presbytero læserat, tuber dederat, sanguinem è naribus euocarat. licite enim laicus rem suam defendit, etiam aduersus clericum. notoria ergo sit oportet non tantum percussio, sed & iniuria, antequam clerici notorius percussor sit vitandus, percussio porro clerici qualis sit notoria, variant opiniones: optima ad iudicis arbitrium remittit. *Diana p. 2. t. 2. Miss. r. 24.* vt itidem quæ sit leuis, aut grauis, vt in dubio pro leui habenda est. *Diana ibid. 2. 23.* & hic pro graui requirit iniuriam notabilem ad scandalum: quamuis sit facta in publica v. g. platea. 6.

Et quamuis Concil. Tridentin. raro † & magna cum circunspectione vtendum esse censuris decreuerit; non tamen omnino ita nunquam, vt eius vsus & auctoritas oblitteretur, cum neruus sit ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in officio populos valde salutaris. *Raro sed nonnunquam censuris vtendum.*

salutaris. *vt inquit cap. 3. session. 24.* Et edicta nostrorum Principum aut concordata non aliter exerceri censuras vetant quam contra officiarios seculares.

Imo diserte eadem concordata executiones decretorum & sententiarum Ecclesiasticarum per censuras fieri permittunt. Quinimo ipsi Caluinistæ ex suo instituto publice peccantes & Consistorio suo inobedientes abscindunt, à mysterijs suæ iniquitatis arcent, & in profanis suis sacris communicare eis nolunt.

DE INTERDICTO.

1. Pro causa ciuili non interdicitur vniuersitas, aut Collegium.

INterdici non potest ciuitas, terra, vniuersitas pro debito pecuniario † sine licentia Papæ. *ex Constit. Clemen. VII post Bonif. VIII vt refert Serol. p. secund. V. Interdictum. Idem Leo X. in Concord. Galliæ sanxerat, quæ omnia refert P. Matth. S.D l. 2. tit. 8. c 1. 2. 3. & ante Car. V. Gall. Rex 5. Ianuar. 1369. Choppin. in Præfat. de Sac. For. num.* 8. Et ex Concord Brabant. nec pro delicto priuatæ personæ, sed pro delicto Domini, officiarij, vel communitatis delinquentis, nec etiam cessatio fieri à diuinis. *dict. Concord.* § *propter scandala* quæ magis est quid facti, quam Iuris; non enim ex sententia irrogatur, vt interdictum, sed ex voluntate cessantium; ex rationabili tamē caussa, offensa manifesta & emendatione negata. *quæ tradit latius Daniel. Venat. in Anal. Iur. Pont. hoc tit.* Censuras & Interdicta etiam ordinariorū à regularibus in eorum Ecclesijs publicari & seruari mandat Concilium *Trid. s. 25. de regul. c. 12.* adeoque priuilegia mendicantium quoad celebrandum tempore interdicti esse reuocata censuit S. Cong. quod de specialibus illorum priuilegijs, quoad quædam illorum festa aliqui non accipiendum putant. *Diana p. 3. p. 2.* 133. quamuis caput 22. Tridentini *ibid.* amplissimas habeat derogationes.

Vt non nisi specialiter denunciati, vel notorij clericorum percussores vitandi sunt, sic de interdictis specialiter publicandis & vbi nullo modo potest crimen & censura occultari statuit Martinus *V. apud Canisium in sum. h. t.*

Interdicto subijciuntur ditiones, vbi ab ecclesiasticis portoria exiguntur. *c. penult. de cens. in 6.* contra illos repressaliæ conceduntur: *c. 1. de iniur. in 6.* qui Cardinalem, aut Episcopum suum hostiliter tractauerint. *c fin. de pœn in 6.* Vrbs, si vacante sede, præscripta non obseruauerit *c. vbi de elect. in 6.* qui Nuntium Apostolicum non receperint. *c. 1. de consult. in extrauag. com.* Sed interdicta & cessationes hodie etiam excommunicatione rariora sunt.

Dabit Deus meliora cum merebimur, tempora; quibus Ecclesiæ disciplina instaurari poterit. Interea innocenter viuamus, expectantes beatam spem, refrenantes concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam vitæ: memores sequacesque dogmatis Horatiani;

Nil admirari, prope res est vna, (Numici,)
Solaque, quæ possit facere, & seruare beatum.

F I N I S.

INDEX

INDEX RERVM NOTABILIVM QVÆ IN HIS QVINQVE LIBRIS IVRIS pontificij noui Analyticæ enarrationis, continentur.

Solem-

Quid

Dis-

Duel-

casus

& à

Mis-

Ele-

Regu-

Indul-

Antici-

Visita-

FINIS.

ERRA

ERRATA.

Pagina 2. linea 4. à fine, lege inhibeant .p.11 .lin.15. lege inferioris. p.14. l.23. constiterit.p.17. l.22. quia. p.19 .l.1 supple Trid.Conc.mandat.p.21.l.8.resciuerit.p.22.l 13.pro tertia, lege tamen. p.25.l.1. ex senatus.p. 28.l. antep.cum facultate. p 33.l.4 .electus. p.34.l.4. degens.scandalose. p.36.l.25.pontificalia. p.39 l.10.Ill. p.40 l.11. egeat p.41.l.20.c.Odoard 29.asylum.p.42.l. 15.constito.l.28.perspecto.29.adsumitur.p.48 dele tit de cler.pereg. p.68.l.10.distincta dioceses, p.71.l.antep.impretrationem.p.72.l.5.degradationem, p.76 l.38. lex non ad alternatiuam.34 .lin.antep.effectum.p.100.l.2.publici.p.111 l.2.pro co.l.antep sine episc.pen. sine prælat.p 118.l.30. Varrone p.120.l.17.probabilis.p 127.l.2.alea.p.151 l.33.censuit.p.167.l.5.dispensatum.p.180.l.34. voluptatem, p.198 l.30.deperdita.p,200.l.6 quia p 207.l.10.Mandat.Trid.Conc p.209.l.25.art.p.210.l.29.Hospitio. p.219.l.28. Auenione.p.222.l.7. ante verba ex voto transfer. verba inferius posita hæc: cum habitu tamen nunc clericali. Trid.s.23.c.6.p.228.l.5.postulata.p.253.l.10.atque illud.l.31.regaliam.32.S.Ludouicus, p.255.l.3 officij 5.an decanis.p.257.l.3.pastus.p.262.l.8.Clemens.p.265.l.6. canendum. p.267 l. antep.facile.p.298.l.23. & si Episcopi super denuntiationibus dispensant, hic in ipsis literis.p.303.l.5.puniri mandat.l.13.veluti per causa. p.304 l.45. pueris.l.28.sponsalia contrahunt.p.311.l.21.quo se. p.312 .l,39.gratis. p.314.l.29. eis.p.343.l 7.honestas. l.11. intestatarum.p.353.l.2.lego bis, vix vllam. p.355.l.7.non labor. p.357.l.19. cum non ab hom. p.361.l.13.vt olim. p.364.l.16.constitutionem Vicarij. 26. videntur. 29.XIII. 34. notas. p.370.l.16.exceptis. p.382.l.25. illegitimitas. pagin. 383. linea 29. Tridentin. de regular. hæc aliaque minutiora disputationesque Lector corrigat benigne.





